MESSIAS JUDAEORUM.

MESSIAS JUDAEORUM,

LIBRIS EORUM PAULO ANTE ET PAULO POST CHRISTUM NATUM CONSCRIPTIS ILLUSTRATUS.

EDIDIT

ADOLPHUS HILGENFELD.

LIPSIAE.
SUMPTU FUESIANO
(R. REISLAND).
1869.

PRAEFATIO.

Messiam Judaeorum libris eorum paulo ante vel paulo post Christum natum conscriptis illustrare conatus sum. comperi enim, iam multos viros doctos Judaeis huius aetatis Messiae venturi exspectationem modo non adimere, quasi Christiani Jesum Nazarenum Messiam credentes praecessissent Judaeos Messiam venturum sperantes. qua sententia verus ordo invertitur et ipsa Christianismi origo obscuratur. refelli vero illa sententia melius non potest, quam ipsis antiquitatis documentis. quam ob rem eos Judaeorum libros, qui huic aetati vindicandi sunt, collegi et edidi.

hos vero libros edere difficillimum erat. nam textus eorum aut valde corruptus est, id quod in Psalmis Salomonis dolendum erat, aut plane deperditus. Ezram prophetam variae versiones, Mosis assumptionem una versio ex parte conservavit. hi igitur libri primitivo sermone restituendi sunt. graece restitui adiuvantibus Paulo Lagardio, cui donum linguarum datum esse videtur, et Hermanno Roenschio, latini sermonis peritissimo. in Ezrae prophetae versionibus edendis me adiuverunt idem

PRAEFATIO.

Messiam Judaeorum libris eorum paulo ante vel paulo post Christum natum conscriptis illustrare conatus sum. comperi enim, iam multos viros doctos Judaeis huius aetatis Messiae venturi exspectationem modo non adimere, quasi Christiani Jesum Nazarenum Messiam credentes praecessissent Judaeos Messiam venturum sperantes. qua sententia verus ordo invertitur et ipsa Christianismi origo obscuratur. refelli vero illa sententia melius non potest, quam ipsis antiquitatis documentis. quam ob rem eos Judaeorum libros, qui huic aetati vindicandi sunt, collegi et edidi.

hos vero libros edere difficillimum erat. nam textus eorum aut valde corruptus est, id quod in Psalmis Salomonis dolendum erat, aut plane deperditus. Ezram prophetam variae versiones, Mosis assumptionem una versio ex parte conservavit. hi igitur libri primitivo sermone restituendi sunt. graece restitui adiuvantibus Paulo Lagardio, cui donum linguarum datum esse videtur, et Hermanno Roenschio, latini sermonis peritissimo. in Ezrae prophetae versionibus edendis me adiuverunt idem

Hermannus Roenschius Lobensteinensis, Franciscus Praetorius Berolinensis, aethiopicae linguae accurate gnarus, Hermannus Steiner Heidelbergensis, arabici sermonis scientissimus, Henricus Julius Petermann Berolinensis, armeniae linguae cognitione clarissimus. quibus viris doctissimis non me solum, sed omnes fere viros doctos gratias habituros esse quam maximas non dubito. codicum latinorum optimorum notitiam accuratam debeo Hermanno Zotenberg Parisiensi, Ottoni Fridolino Fritzschio Turicensi. etiam E. Foerstemanno, qui Dresdensi Bibliothecae regiae praefectus est, propter ipsum codicem Dresdensem transmissum gratias dico.

taedet me laborem ingentem praedicare. duodecim fere annorum fructum viris doctis trado, quem sapientibus non plane displiciturum esse spero. illis quidem displicebit, qui Judaeos Jesu et apostolorum temporibus Messiae iam fere oblitos esse putant, sed argumenta mea refellant. ceteri quoque emendent. faxit Deus O. M., ut etiam hoc libro Christianismi origo aliquantulum illustretur.

scribebam **Jenae d. XXV. m. Martii MDCCCLXIX.**

PROLEGOMENA.

Messiam Judaeos exspectasse antequam Christiani Jesum Nazarenum Messiam agnovissent, et hanc quidem fidem ex illa exspectatione quodam modo profectam esse, prioribus temporibus certissime constitit. equidem Judaeorum libros apocalypticos ad Christianae fidei primitivae limina ducere vel hanc fidem praeparavisse demonstravi[1]). ipsam viam a Daniele propheta inceptam, a Sibylla iudaica et Enocho apocalyptico continuatam progredi ad Ezrae apocalypsin vel prophetiam a. 30 ante Chr. conscriptam, et Essenos Therapeutasque, quibus Joannes baptista cognatus erat, iam ipsam ecclesiam primitivam quodammodo praefigurare ostendi.

haec vero sententia permultis displicuit et valde impugnata est. iam Fridericus Schleiermacher Judaismi et Christianismi connexum historicum in ipsa Messiae figura repraesentatum sustulit, quem secutus est Christianus Weisse. Gustavus Volkmar autem hunc connexum invertere studuit, quasi in Messiae imagine Judaei potius Christianos, quam Christiani Judaeos secuti essent[2]). itaque Enochi apocalypsin

---

1) Die jüdische Apokalyptik in ihrer geschichtlichen Entwickelung. Ein Beitrag zur Vorgeschichte des Christenthums. Jenae 18˙7.

2) Die Religion Jesu und ihre erste geschichtliche Entwickelung, Lips. 1857. p. 112 sq.: „Es ist früher die Annahme, namentlich von Bertholdt, ausgebildet worden, die auch Strauss noch theilte, und die seiner ganzen Evangelien-Ansicht, dieser Verwirrung, zu Grunde liegt: die Juden hätten schon längst vor Jesu einen in's Detail ausgebildeten Messias-Begriff gehabt, wonach er diese oder jene Wunderkraft habe vollbringen müssen. Diese Annahme ist namentlich durch B. Bauer auf's lebhafteste bekämpft und wirklich in

Barcocheba demum rebellante a. 132 post Chr. scriptam esse contendit[1]), id quod nemini persuasisse videtur[2]). Ezrae vero prophetiam non ante, sed post Christum natum Nerva demum imperante a. 97 conscriptam esse et christiani Messiae exemplum quodammodo sequi permultis persuasit[3]). antiquiorem huius libri aetatem equidem defendi[4]) et evidenter

---

dieser Totalität als eine Vermengung der verschiedenen Zeiten nachgewiesen worden. Der Messias-Begriff der spätern jüdischen Schriften hat sich erst dem Christenthum gegenüber und nach ihm, nach den christlichen Evangelien selbst erst näher bestimmt und verabenteuerlicht zugleich."

1) Beiträge zur Erklärung des B. Henoch nach dem äthiop. Text, in: Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft 1860. fasc. I. II. p. 87 sq.; Einige Bemerkungen über Apokalyptik, über Esra IV und Henoch im Besondern, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1861. II. p. 111 sq.; Ueber die katholischen Briefe und Henoch ib. 1861. IV. p. 422 sq., 1862. I. p. 46 sq.; Eine Neu-Testamentliche Entdeckung und deren Bestreitung, oder die Geschichts-Vision des Buches Henoch im Zusammenhang, Turici 1862.

2) cf. commentationes meas: Die jüdische Apokalyptik und die neuesten Forschungen (Zeitschr. f. wiss. Theologie 1860. IV. p. 319 sq.); die Entstehungszeit des ursprünglichen Buchs Henoch, ibid. 1861. II. p. 212 sq.; Noch ein Wort über das B. Henoch, ib. 1862. p. 216 sq.

3) Handbuch der Einleitung in die Apokryphen. Zweite Abtheilung: Das vierte B. Esra, zum erstenmale vollständig herausgegeben, als ältester Commentar zum Neuen Test. Tubingae 1863. praeter Henricum Lang adstipulati sunt T. Colani (Jésus Christ et les croyances Messianiques de son temps, ed. I. Strasbourg 1864. p. 34, ed. II. p. 53), Josephus Langen, das Judenthum in Palästina zur Zeit Christi. Ein Beitrag zur Offenbarungs- und Religions-Geschichte als Einleitung in die Theologie des NT. Friburgi Bris. 1866. p. 112 sq. Henr. J. Holtzmann (Die Messias-Idee zur Zeit Jesu, in: Jahrbb. f. deutsche Theologie 1867. III. p. 389 sq.), P. Hofstede de Groot (Basilides am Ausgange des apostol. Zeitalters etc. Deutsche vermehrte Ausgabe. Leipz. 1868. p. 92 sq.), Theodorus Keim (Geschichte Jesu v. Nazara. Vol. I. Turici 1867. p. 238) al.

4) Die Propheten Esra u. Daniel u. ihre neuesten Bearbeitungen. Hal. 1863. Das Adler-Gesicht des Propheten Esra, nach den neu eröffneten Quellen hergestellt, Zeitschr. f. w. Theol. 1867. p. 263 sq. —

demonstrasse mihi videbar publicata Mosis assumptionis parte priori[1]), quae iam anno fere 44 p. Chr. conscripta et Enochi et huius Ezrae prophetae notitiam usumque ostendat. sed de hoc fragmento bellum exarsum est, quo vix vehementior fuit archangeli Michaelis et diaboli altercatio de Mosis mortui corpore (Jud. epi. v. 9). sibi potius quam mihi favere Mosis assumptionem Volkmarus iam triumphans proclamavit[2]), et quamvis omnia Turicensis theologi argumenta statim refutasse mihi viderer[3]), neque deessent, qui ante Hierosolyma a Romanis a. 70 diruta hunc librum conscriptum esse censerent[4]), tamen etiam Volkmarus plausum tulit[5]).

---

1) in Novo Testamento extra canonem receptum, Lips. 1866. fasc. I. p. 93 sq. (post Clementis Romani epistulas). —

2) Mose Prophetie und Himmelfahrt. Eine Quelle für das Neue Testament zum ersten Male deutsch herausgegeben, im Zusammenhang der Apokrypha und der Christologie überhaupt. Hierbei der Codex nach neuer Collation nebst Facsimile, und die Zeittafeln. Lipsiae 1867.

3) Volkmar und Pseudo-Moses (Zeitschrift für wiss. Theologie 1867. II. p. 217 sq.), Die Psalmen Salomo's und die Himmelfahrt des Moses, griechisch hergestellt und erklärt. B. Die Himmelfahrt des Moses (ib. 1868. III. p. 273 sq.). —

4) Mauricius Schmidt et Adalbertus Merx: Die Assumptio Mosis mit Einleitung und erklärenden Anmerkungen, in huius viri docti: Archiv für wissenschaftliche Erforschung des Alten Test. Hal. 1868. fasc. II. p. 117—252, Carolus Wieseler, Die jüngst aufgefundene Aufnahme Mose's nach Ursprung und Inhalt untersucht, Jahrbb. f. deutsche Theologie 1868. IV. p. 624 sq. —

5) adplauserunt Ferdinandus Philippi: Das Buch Henoch, sein Zeitalter und sein Verhältniss zum Judasbriefe. Ein Beitrag zur NTlichen Isagogik, nebst einem Anhange über Judä V. I und die Mosesprophetie, Stuttgart. 1868, Henricus Lang: Die Himmelfahrt des Moses, in: Zeitstimmen aus der reformirten Kirche der Schweiz, 1868. no. 5. p. 93 sq., T. Colani: L'Assomption de Moise, in: Revue de théologie. Troisième série. Vol. VI. 2e livraison. Mars—Avril. Strasbourg et Paris 1868. p. 65 sq. (quamvis non omni ex parte Volkmarum secutus). quanta apud Turicenses Volkmari sit auctoritas, etiam Joannes Dieringer docuit, qui in Max. Buedingeri Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte, Vol. I. Lips. 1868 diligenter conscripsit:

controversia gravissima diiudicari nequit nisi restitutis ipsis antiquitatis monumentis. itaque iam edidi Psalmos Salomonis et graece reddidi Mosis assumptionem[1]), etiam Ezrae prophetae et ipsius graece restituendi editionem pollicitus. hoc enim trifolio inde ab anno 48 ante Chr. usque ad a. 44 post Chr. composito ipse Messias a Judaeis exspectatus praebetur, antequam Christianismus ortus vel latius propagatus esset. promisso steti et Ezram prophetam nunc edo, in difficillimo opere a viris doctissimis adiutus. volebam etiam Baruchi apocalypsin addere, quam Antonius Maria Ceriani e syriaca versione latine publicavit. sed haec Apocalypsis, Ezram prophetam omnino secuta et imitata, paulo post Hierosolyma a Romanis diruta conscripta est, et syriacam editionem exspectare volui.

iam habes Messiam Judaeorum illustratum libris eorum, qui inde ab Hierosolymis a Romanis a. 63 ante Chr. expugnatis usque ad Hierosolyma a. 70 p. Chr. a Romanis diruta editi sunt. habes corpus quoddam Messianum Judaeorum non Nerva, Traiano, Adriano, sed Juliis imperantibus compositum.

hoc autem corpus Messianum Christiani potius quam Judaei, quos spes fefellit, conservaverunt. itaque christianae manus iudaicis libris nonnulla addiderunt, id quod Ezrae prophetae contigisse constat[2]). christiana additamenta in iudicio, non in editione removenda esse censui. nam et ipsa

---

„Beiträge zu einer kritischen Geschichte Trajan's.“ ibi enim p. 171 dicitur: „Sonderbarer Weise giebt der Verfasser des Buches Judith keine Andeutungen über das Erdbeben“ (urbis Antiochiae a. 115 p. Chr.), quasi vera Judithae libri origo non iam diu demonstrata esset, cf. Zeitschrift für wiss. Theologie 1861. IV. p. 335 sq.

1) in commentatione supra p. IX. not. 3 memorata.

2) iam Enocho prophetae partem magnam a Christianis additam esse demonstravi in libro: Die jüdische Apokalyptik p. 148 sq., qua in re mihi assenserunt Volkmarus, Colanius, alii. argumenta mea minime concussit Josephus Langen l. l. p. 42 sq., contra quem pauca iam disserui (Zeitschrift f. wiss. Theol. 1867. p. 88. not. 2).

horum librorum gravia sunt testimonia. iam singula illustranda sunt, quae in hoc corpore Messiano Judaeorum continentur.

A. Psalmi Salomonis.

Praeter psalmos Veteris Testamenti canonicos etiam alii ferebantur in ecclesia christiana antiqua. non dico illos haereticos psalmos, quos fragmentum quod dicunt Muratorianum l. 82—84 memoravit: „qui etiam novum psalmorum librum marcioni conscripserunt,“ vel quos dammavit Tertullianus (de carne Christi c. 17. 20) Valentini psalmos, sed psalmos Salomonis, quos Athanasii synopsis scripturae sacrae inter Veteris Testamenti *ἀντιλεγόμενα* septimo loco recensuit (*ψαλμοὶ καὶ ᾠδὴ Σολομῶντος*), Nicephori stichometria ibidem quarto loco (*ψαλμοὶ καὶ ᾠδὴ Σολομῶντος. στίχοι ,βρ'*), quos index ille Anastasii Quaestionibus et responsionibus additus[1]) extra sacras scripturas nono loco posuit (*Ψαλμοὶ Σολομῶντος*). eosdem Salomonis psalmos iisdem fere verbis ad Synodi Laodicenae canonem LIX[2]) notaverunt Zonaras et Balsamon[3]).

I. Salomonis psalmi XVIII, quorum X^mo^ et XIV^mo^ titulus *Ὕμνος τῷ Σαλομών*, XV^mo^ *Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ' ᾠδῆς*, XVII^mo^ *ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ' ᾠδῆς τῷ βασιλεῖ*, reperti sunt in Bibliotheca Augustana, Constantinopoli ad D. Hoeschelium allati. Andreas Schott codicem misit Joanni Ludovico de Cerda[4]), qui libellum graece et latine editum scho-

---

1) cf. Cotelerii Patr. app. I, 196, J. B. Pitrae Juris ecclesiastici Graecorum historiae et monumentorum Tom. I. Romae 1864. p. 100. de codice Bibliothecae Seguierianae sive Coislinianae cf. Bernardi de Montfaucon Bibliothecam Coislinianam olim Seguierianam, Paris 1715. p. 194. J. A. Fabricii Cod. V. T. pseudepigr. T. II. p. 308.

2) *ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.*

3) *ἐκτὸς μὲν τῶν ρν' ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ πατέρες καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο.*

4) Fabricius quidem retulit, a Schotto Cerdam apographum se

controversia gravissima diiudicari nequit nisi restitutis ipsis antiquitatis monumentis. itaque iam edidi Psalmos Salomonis et graece reddidi Mosis assumptionem[1]), etiam Ezrae prophetae et ipsius graece restituendi editionem pollicitus. hoc enim trifolio inde ab anno 48 ante Chr. usque ad a. 44 post Chr. composito ipse Messias a Judaeis exspectatus praebetur, antequam Christianismus ortus vel latius propagatus esset. promisso steti et Ezram prophetam nunc edo, in difficillimo opere a viris doctissimis adiutus. volebam etiam Baruchi apocalypsin addere, quam Antonius Maria Ceriani e syriaca versione latine publicavit. sed haec Apocalypsis, Ezram prophetam omnino secuta et imitata, paulo post Hierosolyma a Romanis diruta conscripta est, et syriacam editionem exspectare volui.

iam habes Messiam Judaeorum illustratum libris eorum, qui inde ab Hierosolymis a Romanis a. 63 ante Chr. expugnatis usque ad Hierosolyma a. 70 p. Chr. a Romanis diruta editi sunt. habes corpus quoddam Messianum Judaeorum non Nerva, Traiano, Adriano, sed Juliis imperantibus compositum.

hoc autem corpus Messianum Christiani potius quam Judaei, quos spes fefellit, conservaverunt. itaque christianae manus iudaicis libris nonnulla addiderunt, id quod Ezrae prophetae contigisse constat[2]). christiana additamenta in iudicio, non in editione removenda esse censui. nam et ipsa

---

„Beiträge zu einer kritischen Geschichte Trajan's.“ ibi enim p. 171 dicitur: „Sonderbarer Weise giebt der Verfasser des Buches Judith keine Andeutungen über das Erdbeben“ (urbis Antiochiae a. 115 p. Chr.), quasi vera Judithae libri origo non iam diu demonstrata esset, cf. Zeitschrift für wiss. Theologie 1861. IV. p. 335 sq.

1) in commentatione supra p. IX. not. 3 memorata.

2) iam Enocho prophetae partem magnam a Christianis additam esse demonstravi in libro: Die jüdische Apokalyptik p. 148 sq., qua in re mihi assenserunt Volkmarus, Colanius, alii. argumenta mea minime concussit Josephus Langen l. l. p. 42 sq., contra quem pauca iam disserui (Zeitschrift f. wiss. Theol. 1867. p. 88. not. 2).

horum librorum gravia sunt testimonia. iam singula illustranda sunt, quae in hoc corpore Messiano Judaeorum continentur.

A. Psalmi Salomonis.

Praeter psalmos Veteris Testamenti canonicos etiam alii ferebantur in ecclesia christiana antiqua. non dico illos haereticos psalmos, quos fragmentum quod dicunt Muratorianum l. 82—84 memoravit: „qui etiam novum psalmorum librum marcioni conscripserunt,“ vel quos dammavit Tertullianus (de carne Christi c. 17. 20) Valentini psalmos, sed psalmos Salomonis, quos Athanasii synopsis scripturae sacrae inter Veteris Testamenti *ἀντιλεγόμενα* septimo loco recensuit (*ψαλμοὶ καὶ ᾠδὴ Σολομῶντος*), Nicephori stichometria ibidem quarto loco (*ψαλμοὶ καὶ ᾠδὴ Σολομῶντος. στίχοι ,βρ'*), quos index ille Anastasii Quaestionibus et responsionibus additus [1]) extra sacras scripturas nono loco posuit (*Ψαλμοὶ Σολομῶντος*). eosdem Salomonis psalmos iisdem fere verbis ad Synodi Laodicenae canonem LIX [2]) notaverunt Zonaras et Balsamon [3]).

I. Salomonis psalmi XVIII, quorum X^{mo} et XIV^{mo} titulus *Ὕμνος τῷ Σαλομών*, XV^{mo} *Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ᾽ ᾠδῆς*, XVII^{mo} *ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν μετ᾽ ᾠδῆς τῷ βασιλεῖ*, reperti sunt in Bibliotheca Augustana, Constantinopoli ad D. Hoeschelium allati. Andreas Schott codicem misit Joanni Ludovico de Cerda [4]), qui libellum graece et latine editum scho-

---

1) cf. Cotelerii Patr. app. I, 196, J. B. Pitrae Juris ecclesiastici Graecorum historiae et monumentorum Tom. I. Romae 1864. p. 100. de codice Bibliothecae Seguierianae sive Coislinianae cf. Bernardi de Montfaucon Bibliothecam Coislinianam olim Seguierianam, Paris 1715. p. 194. J. A. Fabricii Cod. V. T. pseudepigr. T. II. p. 308.

2) *ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.*

3) *ἐκτὸς μὲν τῶν ρν' ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ πατέρες καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο.*

4) Fabricius quidem retulit, a Schotto Cerdam apographum se

liisque illustratum addidit Adversariis sacris (Lugd. 1626). titulus est *Ψαλτήριον Σολομῶντος*. subscriptum est: *Ψαλμοὶ Σολομῶντος ιη'. ἔχουσιν ἔπη ,α. τέλος σὺν θεῷ*. hanc editionem principem repetiit Jo. Alb. Fabricius in Codice pseudepigrapho Veteris Testamenti [1]), qui nonnulla quidem emendavit, sed etiam nonnulla mendose edidit [2]). Fabricius l. l. p. 973 notavit, etiam alium ms. codicem in Bibliotheca Caesarea (Vindobonensi), ubi hi psalmi medii inter librum Sapientiae et Siracidis legantur, memorare Lambecium lib. III. p. 20. idem animadvertit, Salomonis psalmos etiam in codice Alexandrino graecorum Bibliorum antiquissimo ad calcem Novi Testamenti subiunctos fuisse, sed abscissos aut perditos esse. catalogus Alexandrino codici praemissus post Clementis epistulam utramque addidit

ομου βιβλια . . . . (numerus evanuit)
ψαλμοι σολομωντος ιη.

sed ipse codex iam in Clementis Romani epistula altera mutilatus Salomonis psalmos omnino non praebet.

codicem autem Vindobonensem recensuit Dan. de Nessel [3]). quo codice quum nemo usus esset, a viro clarissimo

---

accepisse fateri. sed Cerda in scholiis (ad II. 4. IV, 21. V, 16. VI. 7. 9. VIII, 13. 40. XI, 6. XII, 4. XIII, 10. XVI, 11. XVII, 6. 9) ipsum codicem eiusque dubias lectiones descripsit et praefatus est: „misit ad me Rev. Pater Andreas Schottus societatis nostrae hos Psalmos Salomonis recens in membranis antiquissimis Bibliothecae Augustanae repertos, graece solum manu scriptos, et tibi legendos propino utraque lingua graeca et latina.“ quaerenti mihi ipsum codicem Augustanum v. cl. Doellingerus respondit, eum neque Monaci neque in Catalogo codicum Augustanorum reperiri. itaque cod. Aug. e sola editione principe cognoscitur.

1) ed. I. Hamburgi et Lipsiae 1713 p. 914 sq. ed. II. Hamburgi 1722. Vol. I. p. 914 sq.

2) cf. Ps. S. I, 3. II. 17. 33. III, 2. 11. V, 8. 18. VII, 8. VIII. inscr. VIII, 8. 33. IX, 17. X, 3. XIII, 6. XVI, 12. XVII, 2. 47.

3) Catalogus sive recensio specialis omnium codicum mstorum graecorum Bibliothecae Caesareae Vindobonensis. Vindobon. et Norimberg. 1690. p. 31 sexto.

Carolo Theodoro Otto petii, ut eiusdem cum Fabriciana editione priori collati discrepantiam mihi recenseret vel recensendam curaret. hic mihi roganti non defuit, sed ipse negotiis occupatus virum doctissimum Josephum Haupt, Bibliothecae Caesareae praepositum rogavit, ut codicem cum Fabriciana illa editione accurate conferret, huiusque viri fidem testatus codicis Vindobonensis discrepantiam accurate notatam mihi transmisit.

Vindobonensis codex nunc signatus est cod. gr. theol. 7, Ottone iudice seculo X vel XI, Hauptio arbitro seculo X conscriptus. scripsit unus idemque scriba litteris minusculis, sed quadrato quem dicunt characteri similibus. atramentum ex parte iam expalluit, etiam qui minio scripti sunt singulorum psalmorum tituli litteraeque initiales. Salomonis psalmi continentur inde a folio 105 verso usque ad folium 118 rectum. singulorum foliorum altitudo $13^1/_2$ digiti Vindobonenses, latitudo $10^1/_4$ digiti Vindobonenses. duabus columnis singulae paginae scriptae sunt, margine praeparato ad scholia adscribenda. singularum columnarum lineae 26, altitudo $7^1/_2$ digiti Vindobonenses. haec fere de codice mihi relata et specimine transscripto confirmata sunt. equidem codicem Vindobonensem meliorem et antiquiorem cognovi Augustano, ubi iam nonnulla propter homoeoteleuta omissa sunt (IX, 16. XI, 9. XII, 4). ipse quidem Vindobonensis iam multa praebuit corrupta, quae etiam codex Augustanus exhibet, sed plerumque puriorem textum servavit. quem quomodo a viro clarissimo P. A. Lagardio egregie adiutus restituerim, viri docti decernant.

II. Salomonis psalmorum nullam in veterum monumentis memoriam invenire potuit Cerda. quae Fabricius addidit huius libelli testimonia e Synopsi Athanasii, Nicephori stichometria, Zonara et Balsamone, iam auxi et etiam augebo. Judaeus ille, qui a. 30 ante Chr. n. Ezram prophetam (librum Ezrae IV) conscripsit, his psalmis iam usus est.

Ps. Sal. II, 1. cf. 4 Ezr. III, 8. — Ps. S, VIII, 34. XI, 3 sq. cf. 4 Ezr. XIII, 39 sq. — Ps. S. IX, 18, cf. 4 Ezr. IV, 25. X. 22. — Ps. S. XVII, 21. cf. 4 Ezr. VI, 24. — Ps. S.

liisque illustratum addidit Adversariis sacris (Lugd. 1626). titulus est *Ψαλτήριον Σολομῶντος.* subscriptum est: *Ψαλμοὶ Σολομῶντος ιη'. ἔχουσιν ἔπη ,α. τέλος σὺν Θεῷ.* hanc editionem principem repetiit Jo. Alb. Fabricius in Codice pseudepigrapho Veteris Testamenti [1]), qui nonnulla quidem emendavit, sed etiam nonnulla mendose edidit [2]). Fabricius l. l. p. 973 notavit, etiam alium ms. codicem in Bibliotheca Caesarea (Vindobonensi), ubi hi psalmi medii inter librum Sapientiae et Siracidis legantur, memorare Lambecium lib. III. p. 20. idem animadvertit, Salomonis psalmos etiam in codice Alexandrino graecorum Bibliorum antiquissimo ad calcem Novi Testamenti subiunctos fuisse, sed abscissos aut perditos esse. catalogus Alexandrino codici praemissus post Clementis epistulam utramque addidit

ομου βιβλια . . . . (numerus evanuit)
ψαλμοι σολομωντος ιη.

sed ipse codex iam in Clementis Romani epistula altera mutilatus Salomonis psalmos omnino non praebet.

codicem autem Vindobonensem recensuit Dan. de Nessel [3]). quo codice quum nemo usus esset, a viro clarissimo

---

accepisse fateri. sed Cerda in scholiis (ad II. 4. IV, 21. V, 16. VI. 7. 9. VIII, 13. 40. XI, 6. XII, 4. XIII, 10. XVI, 11. XVII, 6. 9) ipsum codicem eiusque dubias lectiones descripsit et praefatus est: „misit ad me Rev. Pater Andreas Schottus societatis nostrae hos Psalmos Salomonis recens in membranis antiquissimis Bibliothecae Augustanae repertos, graece solum manu scriptos, et tibi legendos propino utraque lingua graeca et latina." quaerenti mihi ipsum codicem Augustanum v. cl. Doellingerus respondit, eum neque Monaci neque in Catalogo codicum Augustanorum reperiri. itaque cod. Aug. e sola editione principe cognoscitur.

1) ed. I. Hamburgi et Lipsiae 1713 p. 914 sq. ed. II. Hamburgi 1722. Vol. I. p. 914 sq.

2) cf. Ps. S. I, 3. II. 17. 33. III, 2. 11. V, 8. 18. VII, 8. VIII. inscr. VIII, 8. 33. IX, 17. X, 3. XIII, 6. XVI, 12. XVII, 2. 47.

3) Catalogus sive recensio specialis omnium codicum mstorum graecorum Bibliothecae Caesareae Vindobonensis. Vindobon. et Norimberg. 1690, p. 31 sexto.

Carolo Theodoro Otto petii, ut eiusdem cum Fabriciana editione priori collati discrepantiam mihi recenseret vel recensendam curaret. hic mihi roganti non defuit, sed ipse negotiis occupatus virum doctissimum Josephum Haupt, Bibliothecae Caesareae praepositum rogavit, ut codicem cum Fabriciana illa editione accurate conferret, huiusque viri fidem testatus codicis Vindobonensis discrepantiam accurate notatam mihi transmisit.

Vindobonensis codex nunc signatus est cod. gr. theol. 7, Ottone iudice seculo X vel XI, Hauptio arbitro seculo X conscriptus. scripsit unus idemque scriba litteris minusculis, sed quadrato quem dicunt characteri similibus. atramentum ex parte iam expalluit, etiam qui minio scripti sunt singulorum psalmorum tituli litteraeque initiales. Salomonis psalmi continentur inde a folio 105 verso usque ad folium 118 rectum. singulorum foliorum altitudo $13^1/_2$ digiti Vindobonenses, latitudo $10^1/_4$ digiti Vindobonenses. duabus columnis singulae paginae scriptae sunt, margine praeparato ad scholia adscribenda. singularum columnarum lineae 26, altitudo $7^1/_2$ digiti Vindobonenses. haec fere de codice mihi relata et specimine transscripto confirmata sunt. equidem codicem Vindobonensem meliorem et antiquiorem cognovi Augustano, ubi iam nonnulla propter homoeoteleuta omissa sunt (IX, 16. XI, 9. XII, 4). ipse quidem Vindobonensis iam multa praebuit corrupta, quae etiam codex Augustanus exhibet, sed plerumque puriorem textum servavit. quem quomodo a viro clarissimo P. A. Lagardio egregie adiutus restituerim, viri docti decernant.

II. Salomonis psalmorum nullam in veterum monumentis memoriam invenire potuit Cerda. quae Fabricius addidit huius libelli testimonia e Synopsi Athanasii, Nicephori stichometria, Zonara et Balsamone, iam auxi et etiam augebo. Judaeus ille, qui a. 30 ante Chr. n. Ezram prophetam (librum Ezrae IV) conscripsit, his psalmis iam usus est.

Ps. Sal. II, 1. cf. 4 Ezr. III, 8. — Ps. S, VIII, 34. XI, 3 sq. cf. 4 Ezr. XIII, 39 sq. — Ps. S. IX, 18, cf. 4 Ezr. IV, 25. X. 22. — Ps. S. XVII, 21. cf. 4 Ezr. VI, 24. — Ps. S.

XVII, 36. XVIII, 6. 8. cf. 4 Ezr. VII, 28. XII, 32. XIII, 25 sq. 52. — Ps. S. XVII, 37. cf. 4 Ezr. XIII, 9. — Ps. S. XVIII, 4 *ἡ παιδεία σου ἐφ' ἡμᾶς ὡς υἱὸν πρωτότοκον μονογενῆ*, cf. 4 Ezr. VI, 58 *ἡμεῖς δὲ ὁ λαός σου, ὃν ἐκάλεσας τὸν πρωτόγονον, τὸν μονογενῆ, τὸν ζηλωτόν σου* (etiam V, 28). ab utroque scriptore vocc. *πρωτότοκος* vel *πρωτόγονος* et *μονογενής* ita coniunguntur, ut alterum alterum secutum esse constet. Pseudo-Salomon autem simplicior est et antiquior.

etiam ad Christianos transisse Salomonis psalmos eiusdem Odae V docent psalmis additae, quas liber gnosticus *Πίστις Σοφία*, medio fere sec. III. conscriptus servavit [1]). quod Odarum secunda, non prima inscripta est „Oda XIX Salomonis," nos non impedit, quominus odas psalmis Salomonis additas esse censeamus. nam psalmorum numerum variatum esse codex Vindobonensis docet (cf. ps. III. V. VI. VII. VIII). psalmorum igitur XVII numero additae odae V ipsum numerum literarum hebraicarum (XXII) compleverunt.

etiam saeculo V. ineunte Salomonis psalmos a Christianis lectitatos esse coniicio ex Hieronymi adv. Vigilantium c. 10 (Opp. II, 394 ed. Vallars.): „Nam in commentariolo tuo quasi pro te faciens de Salomone sumis testimonium, ut, qui habes alterum Esdram, habeas et Salomonem alterum." (cf. Ps. S. XIV, 6. XV, 7. 13 sq.).

Nicephori quidem stichometria versuum (*στίχων*) numerum MMC recensuit, quamvis tantum M *ἔπη* subscripta sint. sed *στίχοι* vel *ἔπη* varie numerabantur, etiam *ἡμίστιχοι* tamquam *στίχοι* recensebantur, fortasse additis Salomonis odis.

1) Odas Salomonis e codice Askewiano coptice edidit et latine vertit Woidius in dissertatione de versione Bibliorum Aegyptiaca (in Appendice ad editionem Novi Testamenti graeci e cod. ms. Alexandrino, Oxon. 1799. p. 148 sq.). totus liber „Pistis Sophia" iam editus est: Pistis Sophia. opus gnosticum Valentino adiudicatum e codice coptico Londinensi descripsit et latine vertit M. G. Schwartze. edidit J. H. Petermann. Berolini 1851. p. 114 [73] sq. de hoc libro cf. C. R. Koestlini commentationem: Das gnostische System des Buches Pistis Sophia, in: Theol. Jahrbb. 1853. I, 1 sq. II, 137 sq.

III. Salomonis ipsius esse hos psalmos primus editor evincere studuit argumentis levissimis [1]). Petr. Dan. Huetius [2]) hos psalmos Hellenistae alicuius opus esse censuit, hominis in librorum sacrorum lectione detriti plurimaque cum ex Davidis psalmis tum ex Isaia et Ezechiele et aliunde etiam ad id opus mutuati. aliquanto post Christi tempora scriptum esse, quia ad sanctorum Patrum notitiam non pervenerit. Salomonis autem personam auctorem assumpsisse, quod psalmos complures a Salomone scriptos intercidisse sciret, non ut lectoribus faceret fucum et ab incautis pro genuina Salomonis lucubratione haberi vellet, sed ut se ad imitationem Salomonis componeret et ea ex illius persona proferret, quae ipse proferre potuisset. quod autem a Judaeo proficisci hoc opus potuisse Cerdanus negavit, quia quae de Christo vaticinatur religionem christianam adversus Judaeos firment, de nihilo esse. nam et ei quem exspectant Messiae eadem Judaeos tribuisse, et in prophetarum libris similia reperiri. nunc inter omnes constat, non esse Salomonis illos psalmos. sed ipsa aetas etiam nunc controversa est. nam Ewaldus [3]) quem C. L. W. Grimm [4]) et A. Dillmann [5]) secuti sunt, statim post Hierosolyma a. 170 ante Chr. ab Antiocho Epiphane occupata, F. C. Movers [6]), Franc. Delitzsch [7]), Josephus Langen (l. l. p. 64 sq.) et Theodorus Keim [8]) rectius paulo post Hieroso-

---

1) iam refutaverunt Jo. Euseb. Nierenberg (de origine sacrae scripturae c. 37 sq.) et Jo. Geo. Neumann (diss. de Psalterio Salomonis, Witeb. 1687.).

2) Demonstr. evang. IV. p. 397, apud Fabricium l. l. p. 914 sq.

3) Geschichte des Volkes Israel ed. III. Vol. IV. Gotting. 1864. p. 392 sq. (343 sq.).

4) Das erste Buch der Maccabäer, Lips. 1855. p. XXVII.

5) Pseudepigraphen des Alten Test. in Herzogii „Real-Encyklopädie für protestantische Theologie und Kirche" Vol. VII. (Gothae 1860) p. 705 sq.

6) Apokryphen-Literatur in: Wetzeri et Weltii „Kirchenlexikon" I. p. 340.

7) Commentar über den Psalter. Vol. II. Lips. 1860. p. 381 sq.

8) Geschichte Jesu von Nazara. Vol. I. Turic. 1867. p. 243.

lyma a. 63 a. Chr. a Pompeio expugnata hos psalmos conscriptos esse censuerunt[1]). ceterum etiam hi viri docti non omnino consentiunt. nam Langenius statim post Hierosolyma a Pompeio expugnata Salomonis psalmos compositos esse censuit, Moversius, Delitzschius et Keimius iam regnante Herode Idumaeo, itaque post a. 40 a. Chr. (cf. XVII, 8 sq. VIII, 18 sq.). equidem mediam fere viam ingressus statim post Pompeium occisum (a. 48 a. Chr.) hos psalmos scriptos esse censeo (cf. II, 30 sq.).

eosdem psalmos hebraice scriptos, graece versos esse, modo non omnes viri docti consentiunt, quibus equidem assentiri non possum[2]). graece scriptos esse etiam Sapientiae Salomonis paulo antiquioris notitia et usus docent.

---

1) Abr. Geiger, qui modo non omnia ad Sadducaeismi et Pharisaeismi discrimen reducit, ita iudicavit (Jüdische Zeitschrift für Wissenschaft und Leben. Vol. VI. fasc. III. Vratislav. 1868. p. 240): „Die „salomonischen Psalmen“ sind ein sehr farbloses Product (!), dem irgend ein charakteristisches Moment, eine bestimmte Hindeutung auf Zeitverhältnisse kaum zu entnehmen ist (!), so dass der Streit darüber, ob es der makkabäischen oder herodäischen Zeit angehöre, aus ihm selbst kaum zu entscheiden ist, aber auch gerade desshalb der ganze Streit gegenstandslos ist. Es geht wohl ein Zug durch das Ganze, die Priesterherrschaft, wenn sie auch nicht bestritten wird, zu ignoriren und die Ewigkeit der Herrschaft bei dem Davidischen Stamme zu betonen. Das passt aber für alle Zeiten bei den Gegnern der Zadokiten, der priesterlichen Makkabäer und der Sadducäer. In XVII, 36 ist *χριστὸς κύριος* gewiss die Aenderung eines christlichen Abschreibers (!) für *κυρίου* gerade wie in der LXX Klgl. IV, 20.“ meliora sunt, quae vir doctissimus addidit: „Die Worte XVII, 34: *ἔρχεσθαι ἔθνη ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἰδεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ, φέροντας δῶρα τοὺς ἐξησθενηκότας υἱοὺς αὐτῆς* hat [haben] offenbar die Stelle Jes. LXVI, 20 vor Augen mit Einschaltung des את vor כל אחיכם (vgl. diese Zeitschr. Bd. V. S. 284 f.), allein so fassen die Stelle auch bereits die LXX auf, wie denn der ganze Charakter dieses Psalteriums ein schroff absondernder ist. — Eine besondere Beachtung verdient die mehrmalige Erwähnung der Mischehen [?], welche mehr der frühern Zeit entspricht, besonders der Ausdruck *ἐν φυρμῷ ἀναμίξεως* (II, 15), welcher eine Parallele ist für die *ἀμιξία* und *ἐπιμιξία* in dem zweiten Buche der Makkabäer XIV, 3 und 38, worauf schon Urschrift S. 71 und Anm. 3 hingewiesen worden.“

2) primitus graece scriptos esse censeo hos psalmos. cf. II, 36 *τὴν*

Sap. Sal. I, 11 *φυλάξασθε τοίνυν γογγυσμὸν ἀνωφελῆ.* idem singularis voc. *ἀνωφελής* usus reperitur in Ps, Sal. XVI, 8 *ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνωφελοῦς.*

Sap. Sal. I, 16 *συνθήκην ἔθεντο πρὸς αὐτόν.* Ps. Sal. VIII, 11. 12 *συνέθεντο αὐτοῖς συνθήκας μετὰ ὅρκου περὶ τούτων.*

Sap. Sal. V, 17 *ὅτι τῇ δεξιᾷ σκεπάσει αὐτοὺς καὶ τῷ βραχίονι ὑπερασπιεῖ αὐτῶν.* XIX, 8 *οἱ τῇ σῇ σκεπαζόμενοι χειρί.* Ps. Sal. XIII, 1. 2 *δεξιὰ κυρίου ἐσκέπασέ με, δεξιὰ κυρίου ἐφείσατο ἡμῶν, ὁ βραχίων κυρίου ἔσωσεν ἡμᾶς κτλ.* ab utroque scriptore *ἡ δεξιὰ ἡ σκεπάζουσα* et *ὁ βραχίων* coniunguntur.

Ps. Sal. V, 24 *ἐρημώσει πᾶσαν τὴν γῆν ἀνομία.* Ps. Sal. XVIII, 24 *ἠρήμωσεν ὁ ἄνομος τὴν γῆν αὐτῶν ἀπὸ ἐνοικούντων αὐτήν.*

Sap. Sal. VI, 26 *εὐστάθεια δήμου.* Ps. Sal. IV, 11 *ἐν εὐσταθείᾳ ὡς ὄφις.* VI, 17 *ἐν εὐσταθείᾳ καρδίας.* voc. *εὐστάθεια* praeter haec in libris sacris V. Ti. non reperitur nisi 2 Macc. XIV, 6.

Sap. Sal. XI, 21 *πάντα μέτρῳ καὶ ἀριθμῷ καὶ σταθμῷ διέταξας.* Ps. Sal. V, 6 *ὅτι ἄνθρωπος καὶ ἡ μερὶς αὐτοῦ παρὰ σοὶ ἐν σταθμῷ.*

ὑπ' οὐρανόν. V, 3 *μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ.* VII, 1 *οἱ μισήσαντες ἡμᾶς δωρεάν.* VIII, 15 *ἐπότισεν αὐτοὺς ποτήριον οἴνου ἀκράτου εἰς μέθην.* VIII, 39. XV, 14 *εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.* XVI, 8 *παντὸς ὑποκειμένου ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνωφελοῦς* XV, 14 *ἐν χειρὶ σαπρίας αὐτῆς.* XVII, 7 *ἀντὶ ὕψους αὐτῶν.* XVII, 17 *ἐν μέσῳ ἐθνῶν συμμίκτων*: XVII, 31 XVIII, 10 *διάψαλμα.* XVII, 36 *χριστὸς κύριος.* Derenburgius mihi oblocutus est in Abr. Geigeri annalibus: Jüdische Zeitschrift für Wissenschaft und Leben. Vol. VI. fasc. III. Vratislav. 1868. p. 240: XVII, 1 *Κύριε, σὺ αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι* docere scriptum fuisse ה' אתה הוא מלכנו לעולם ועד. *αὐτὸς* vero non positum est pro הוא, sed significat: ipse (cf. V. 22), *εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι* (cf. IX, 20. XI, 9. XVII, 51) vero etiam graeca Biblia praebuerunt Exod. XV, 18 *κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι*, Jes. XLV, 17 *ἕως τοῦ αἰῶνος ἔτι.* Dan. XII, 3 (Theodotion.) *εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.* ceterum si graece versi essent Salomonis psalmi, optime versi essent.

Sap. Sal. XV, 2 ὅτι σοὶ λελογίσμεθα. Ps. Sal. IX, 16 ὅτι σοί ἐσμεν.

quae omnia, quamvis non eadem vi, mihi quidem Salomonis Sapientiam Psalmis antiquiorem probare videntur, et ipsis graece conscriptis. Sibyllae quoque iudaicae notitiam usumque in his psalmis animadvertere licet[1]). eo magis probatur, in Aegypto, ubi Pompeius occisus est, Salomonis psalmos compositos esse. Alexandrinam rationem ipsi sapiunt XIV, 2 ὁ παράδεισος κυρίου, τὰ ξύλα τῆς ζωῆς ὅσιοι αὐτοῦ[2]).

B. Ezras propheta.

Salomonis Psalmos secutum esse Ezram prophetam iam demonstravi. huius libri titulos, versiones, editiones, additamenta, originem et auctoritatem exponam.

I. Ezrae prophetae tituli.

Ezrae libri prophetici titulus antiquissimus est Ἔζρας [vel Ἔσδρας] ὁ προφήτης. Clemens Alexandrinus Strom. III, 16, 100 p. 556 laudavit 4 Ezr. V, 35: Ἔσδρας ὁ προφήτης λέγει. etiam Ambrosius Mediolanensis, quamvis iam alio libri titulo usus, Ezram hunc prophetam appellavit, de bono mortis c. 12, cf. 4 Ezr. (VI), 75. Opus imperfectum in ev. Matth. Hom. XXXIV (post Chrysostomi opp. T. VI. p. CXLVIII ed. Montfc.): dicit enim propheta Ezra (4 Ezr. V, 42). „Liber Ezrae prophetae secundus", quem Christianus aliquis sec. III. addidit (4 Ezr. I. II. XV. XVI), sola latina interpretatione servatus est. compendium illius libri arabicum (cf. infra II, 2^h) inscriptum est: „compendium libri Ezrae prophetae." aethiopicae versionis titulus est in codice Berolinensi et uno Francofurtano (F^c): „Ezrae prophetae" (sc. liber), cf. etiam codi-

1) cf. quae ad Ps. Sal. XI, 3—7. XIII, 1 (ad marginem) XV, 8. XVII, 51 notata sunt. graecam Sap. Sirachi contuli ad Ps. Sal. VII, 8.

2) Philo paradisi arbores interpretatus est virtutes, de mundi opif. §. 54 (Opp. I. p. 37. ed. Mangey.), cf. Leg. Alleg. I, 17. 18 (Opp. I, 54 sq.), de migr. Abrah. §. 9 (Opp. I, 441 sq.), in Genesin serm. I, 6 sq. (Opp. armen. II, 4 sq.).

cis Berolinensis subscriptionem et Francofurtani codicis (F^b) inscriptionem[1]). armenia quoque versio VIII, 19: „preces prophetae Ezrae."

Ἔσδρα ἀποκάλυψιν index Anastasii Sinaitae Quaestionibus et responsionibus additus et Codex Bibliorum Seguierianae sive Coislinianae (v. supra p. XI. not. 1) inter sacrae scripturae apocrypha loco XIV. recensuerunt. Nicephorus homologeta can. 4 *τὴν ἀποκάλυψιν Ἔσδρα* reprobavit. eodem fere titulo *Λόγος καὶ ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου προφήτου Ἐσδρὰμ καὶ ἀγαπητοῦ τοῦ θεοῦ* a Christiano serioris aetatis conscriptus est, quem e codice Parisiensi (graec. 929) primus edidit Constantinus Tischendorf[2]).

alii huius libri tituli ferebantur, quia Ezrae liber propheticus ceteris Ezrae libris in sacra scriptura conservatis inserebatur. primum locum tamquam omnium antiquissimus obtinuit apud Christianos orientales plerosque. syriaca versio inscripta quidem est: „Liber Ezrae scribae, qui appellatur Salathiel," sed subscriptum est: „explicit liber primus Ezrae." versio arabica inscripta est: „Primus liber Ezrae scribae legis," subscriptio secundum librum adnuntiat. etiam compendio arabico subscriptum est: „liber I. Ezrae finitus est." aethiopica versio Laurencii inscripta est: „Ezrae primum," subscriptum est: „Ezrae I." e codicibus Francofurtanis unus

1) Nomine Dei misericordis et clementis, cuius via remote, cuius misericordia multa, et iusti equidem scribam librum Ezrae prophetae, cuius precatio et donatio auxilii sit cum amante eius in saecula saeculorum. Amen.

2) Apocalypses apocryphae Mosis, Esdrae, Pauli, Johannis, item Mariae dormitio — maximam partem nunc primum edidit C. Tischendorf. Lips. 1866. graecae huius Ezrae apocalypseos mentionem fecerat Joan. Car. Thilo in Prolegomenis Actorum S. Thomae apostoli, Lips. 1823. p. LXXXII sq. nonnulla publicaverat Chr. Jac. van der Vlis in disputatione critica de Ezrae libro apocrypho vulgo quarto dicto, Amstelod. 1839. p. 5 sq. — nihil ad rem faciunt libri astrologici mss., quos Lambecius (Biblioth. Vindob. lib. VI. p. 118 et lib. VII. p. 240) recensuit: *Ἐσδρᾶ τοῦ προφήτου περὶ τῶν ἐπιβαρίων ἡμερῶν τῶν δώδεκα μηνῶν* et *ἀγαθαί ἡμέραι ἃς ἔδειξεν ὁ θεὸς τῷ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ.*

continet librum „Esea Sutuel (i. e. Ezram prophetam) ante librum Ezrae canonicum[1]), ceteri librum „Esea Sutuel vel librum Ezrae II.“ nam liber Ezrae canonicus etiam antecessit. versio armenia inscripta est: „Ezr(as) tertius“, quia praecedebant Ἔζρας α' (graecus) et Ἔζρας β' (canonicus).

apud Latinos nemo inscripsit: „Ezrae liber I“, sed varii numeri titulique ferebantur. antiquissimus titulus: „Ezras propheta“ mutabatur, quia hic liber non solum ceteris Ezrae libris sacris addebatur, sed etiam „libro Ezrae prophetae secundo“ (4 Ezr. I. II. XV. XVI) auctus est. hoc additamento ipse liber prior turbatus est. nam II, 48 angelus dixit Ezrae: „Vade, adnuntia populo meo, qualia et quanta mirabilia domini dei vidisti.“ haec ad ipsius Ezrae prophetae visiones referebantur, quae hoc loco insertae „libri Ezrae prophetae secundi“ ordinem interruperunt. itaque iam unum librum propheticum non divisum praebent praeter textum vulgatum codices Turicensis et Musei Brit. Biblioth. Sloan. codex no. 1521. plut. IV. B.[2]). „Liber Esdrae IV“ inscriptus est in Tur. et vulg., „Esdras III“ in hoc codice anglico[3]). uterque titulus iam reperitur apud Ambrosium de spiritu sancto II, 7: „Esdras nos docuit dicens in tertio (vulg. quarto) libro“ (cf. 4 Ezr. VI, 41). Hieronymus autem praefatus est in Ezram (Opp. IX, 1524 ed. Vallars.): „Nec quemquam moveat, quod unus a nobis editus liber est, nec apocryphorum tertii (Ezrae

---

1) Fa incipit: „Primum orationis Ezrae, qui erat in terra Babylonis; benedictio Dei eius et donatio auxilii eius sit cum servo eius in saecula saeculorum. Amen.

2) De anglicis codicibus cf. Ricardi Laurence General Remarks p. 283 sq. post versionem aethiopicam. — hos codices non curans Volkmarus l. l. p. 276 scripsit: „Die rohe Vermengung der drei [Apokalypsen] datirt von dem ersten Drucke Joh. Fust's und Pet. Schöffer's, und hat sich ebenso viel durch päpstliche Autorität als Gedankenlosigkeit bisher erhalten zum grössten Nachtheil für das Verständniss des N. T.“

3) „Liber Esdre tertius“ etiam Biblia vulgata impressa per Georgium de Rivabenis Venetiis 1487, ubi Ezras I (et Neemias) et Ezras graecus (II) praemittuntur. —

graeci) et quarti (Ezrae prophetae) somniis delectetur. quia et apud Hebraeos Ezrae Neemiaeque sermones in unum volumen coarctantur, et quae non habentur apud illos, nec de XXIV senibus, sunt procul abiicienda." Ezras propheticus tertius dicebatur, aut Ezra canonico non diviso, aut Ezra graeco non addito; quartus dicebatur, si Ezrae I. II. (canonicis libris Ezrae et Neemiae) Ezras III. (graecus) addebatur[1]). sed nondum sublato prioris et secundi prophetici libri discrimine etiam plures Ezrae libri numerabantur.

prima pars (4 Ezr. I. II) in codice antiquissimo Sangermanensi teste Zotenbergio inscripta est: „Liber Ezrae secundus"; in Ms. Bodleiano (Laud. C. infra α, 12) et Hatton. D. 4, 8, etiam in Mss. Musei Brit. Bibl. I. B. VIII. et I. E. I., Bibl. Harlei. no. 2814: Esdras II, praecedente Ezrae (et Neemiae) libro canonico non diviso. „Liber Esdrae III." inscriptus est in codice Dresdensi et in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa; „Prologus Esdrae lib. IV." in Ms. Magdal. no. 64. nulla inscriptio reperitur in Ms. Bodlei. (Mus. 5, 20) et Novi Collegii no. 316, ubi Ezras graecus tamquam III. praecedit, sed primae litterae coloribus pictae et maiores sunt. subscriptum est primae parti in codice Sg. (Z.): „Explicit liber Ezrae secundus, incipit liber Ezrae tertius." sed hic tertius liber constat ex Ezrae graeci I, 1—II, 15. sequitur Ezras graecus tamquam III. etiam in Ms. Bodl. Laud. C. et Hatton. D. 4, 8, Novi Collegii no. 1. et in Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII. et I. E. I. sequitur Ezras graecus (tamquam IV) in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa.

secunda pars (4 Ezr. III—XIV) inscribitur: „Libér Ezrae IV." in codice Sg. (Z.), Dresdensi et in Ms. Magdal. no. 54., „Esdras IV" in Ms. Bodl. Laud. C. et Musei Brit. Bibl. Harlei. no. 2814. sed etiam inscribitur „Liber Ezrae III" in Ms. Mus. Brit. (Harlei. no. 1793), ubi Ezras graecus praecedit tamquam „liber Esdrae II. apoc.", 4 Ezr. I. II.

---

1) hunc librorum Ezrae ordinem in codice Turicensi v. cl. O. F. Fritzsche testatus est.

omnino desunt. „Esdras V“ est titulus in Musei Brit. Ms. Bibl. Burn. 6 Aa.

tertia pars (4 Ezr. XV. XVI) inscripta est „Liber V Ezrae“ in codice Sg. (Z.), „Liber Esdrae V“ in codice Dresd. et in Ms. Magdal. 54; „Esdras V“ in Ms. Bodlei. (Hatton. D. 4, 8), Novi Collegii no. 1 et in Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII, I. E. I., Bibl. Harlei. no. 1793. 2807. 2814[1]); „Esdras VI“ in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa.

varii hi tituli omnes redeunt ad „Ezrae prophetae“ utriusque discrimen et ad illum Ezrae librorum ordinem, quem iam Hieronymus testatus est. Ἔζρας ὁ προφήτης additus est Ἔζρᾳ τῷ ἱερεῖ, qui titulus est Ezrae graeci (I), nonnunquam etiam Ezrae canonici graece versi (II).

II. Ezrae prophetae versiones.

Ezrae prophetae textus graecus deperditus est. pauca graece servaverunt Clemens Alexandrinus (cf. 4 Ezr. V, 35) et Constitutiones apostolicae (cf. 4 Ezr. VIII, 23). sed exstant versiones V vel VI.

1. latina interpretatio antiquissima est. Volkmarus l. l. p. 273 iam Tertullianum inter huius libri testes recensuit, qui de habitu mul. 3 eadem fere narravit, quae 4 Ezr. XIV, 37 sq. leguntur. quod autem Tertullianus de praescr. haer. 3 scripsit: „sed oculi, inquit, domini alti,“ non ad 4 Ezr. VIII, 20, sed ad Jes. II, 11 revocare debemus. certius testimonium est Cypriani in epi. ad Demetrianum (cf. 4 Ezr. V, 54. 55). Ambrosius Mediolanensis iam saepius hoc libro latine converso tamquam scriptura sacra usus est, etiam libro Ezrae prophetae II. de bono mortis c. 10—12: „animarum autem superiora esse habitacula scripturae testimoniis valde probatur, siquidem et in Ezrae libris legimus, quia cum venerit iudicii dies — — Esdrae usus sum scriptis, ut cognoscant gentiles ea quae in philosophiae libris mirantur translata de nostris. — — denique et scriptura habi-

1) Ms. Bodlei. (Laud. C.) mutilatum est neque continet c. XV. XVI.

tacula illa animarum promptuaria nuncupavit (4 Ezr. VII, 32. 33). — — mirabiliter ait coronae esse similem iudicii diem (cf. 4 Ezr. V, 42). — — comparavit enim utero mulieris partus huius saeculi (cf. 4 Ezr. V, 53—55). — — iustarum autem animarum per ordines quosdam digesta laetitia (cf. 4 Ezr. (VI), 64—76). — — unde ait propheta ad angelum: „Ergo dabitur tempus animarum (l. animabus), postquam separatae fuerint de corpore, ut videant, de quo modo dixisti?“ et dixit angelus — — non timeamus recipi ab hominibus, non vereamur illum debitum ab omnibus finem, in quo Esdras remunerationem suae devotionis invenit, dicente ei domino (cf. 4 Ezr. XIV, 9). — Esdras revelavit secundum collatam in se revelationem, iustos cum Christo futuros, futuros et cum sanctis.“ de spiritu sancto II, 7: „Esdras nos docuit dicens in tertio (vulg. quarto) libro“ (cf. 4 Ezr. VI, 41). de excessu Satyri I, 2: „scriptum est enim, in communi dolore“ etc. (cf. 4 Ezr. X, 6—11). Comm. in ev. Luc. I, 60 sq.: „Revelabitur enim, inquit, filius meus“ etc. (cf. 4 Ezr. VII, 28—30). epi. ad Horontianum (Opp. ed. Colon. V, 146. E): „de quo tibi Esdrae librum legendum suadeo, qui et illas philosophorum nugas despexerit et abditiore prudentia, quam collegerat ex revelatione, perstrinxerit eas (i. e. animas) substantiae esse superioris (cf. 4 Ezr. (VI), 39). epi. 29 (Tom. II, 909 ed. Bened., vel in Jesai. LII. Tom. II, 524 E ed. Colon.): „non utique de hoc tecto (Luc. XVII, 31) dixit, sed de illo: Extendit coelum sicut cameram“ (cf. 4 Ezr. XVI, 60). — Vigilantium Hispanum anno fere 400 p. Chr. Ezrae libro prophetico usum vituperavit Hieronymus adv. Vigilantium c. 10 (Opp. II, 393): „Tu vigilans dormis et dormiens scribis et propinas mihi librum propheticum, qui sub nomine Esdrae a te et similibus tui legitur, ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro aliis gaudeat deprecari, quem ego librum nunquam legi. — qui habes alterum Esdram etc. (cf. 4 Ezr. (VI), 82. VII, 45 lat.). itaque Hieronymus librum Ezrae (et Neemiae) canonicum latine edidit, missis apocryphorum librorum (tertii et quarti) somniis (cf. supra p. XX sq.).

sed qui ei supposuit Comm. in Marc. XV, 33, usus esse videtur 4 Ezr. V, 5. etiam Opus imperfectum in ev. Matth. Hom. XXXIV (v. supra p. XVIII) laudavit „Ezram prophetam" (4 Ezr. V, 42), qui quamvis ab Hieronymo damnatus in Bibliis latinis ferebatur.

hanc libri auctoritatem docent codices Sangermanensis sec. IX., Turicensis sec. XIII., Dresdensis sec. XV., alii, confirmat orationis Ezrae 4 Ezr. VIII, 20 — 36 usus liturgicus [1]. eiusdem auctoritatis testes clarissimi sunt Roger Bacon in Opere maiori, Petrus Alliacus (in libro: imago mundi c. 8), quem secutus Christophorus Columbus reges Hispaniae ad 4 Ezr. VI, 42 revocavit [2], etiam Picus Mirandolanus, qui in Apologia I. p. 82 secretos illos LXX libros 4 Ezr. XIV, 46. 47 Cabbalae mysteria continentes se evolvisse iactavit [3]. Tridentina quidem Synodus librum IV Ezrae in canonem non recepit, sed Bibliis vulgatis coniungitur. etiam inter Protestantes Ezrae liber IV., quamvis a Luthero reiectus et contemptus, ferebatur et aestumabatur [4], ipsis Bibliis Turicensibus (1530) insertus.

---

1) cf. quae p. 70. 147 adnotata sunt. Sixtus Senensis Biblioth. sanct. Tom. I. p. 28. ed. Colon. 1586: „singulo quoque anno in tertia feria Pentecostes sacrosancta missae mysteria ab ea sententia, quae in 2. cap. (v. 36. 37) huius voluminis legitur: „Accipite iucunditatem gloriae vestrae gratias agentes deo, qui vos ad coelestia regna vocavit," et in solennitatibus martyrum de praemiis eorum, qui fortiter pro Christo occubuerunt, ex eodem cap. (v. 45) decantat illud: „Modo coronantur et accipiunt palmam."

2) cf. Friderici Luecke: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes oder allgemeine Untersuchung über die apokalyptische Litteratur überhaupt und die Apokalypse des Johannes insbesondere, ed. II. Bonn. 1852. p. 167 sq.

3) cf. Fabricii cod. pseudepigr. V. T. I. p. 1155. II. p. 179 sq.

4) cf. Fabricii l. l. II. p. 178 sq., Volkmari l. l. p. 278. 330. Fabricius scripsit: „Anabaptistae etiam, Schwenckfeldiani atque Weigeliani apud B. D. Jo. Mullerum nostrum in Anabaptismo edito germanice Hamb. 1644. 8. p. 30 sq. sacris scripturis quartum Esdrae visionesque in eo recensitas divinis annumerant. societatis quidem Rosicruceae

latina interpretatio typis impressa est in Bibliis latinis. editionem principem etiam Volkmarus l. l. p. 273 illam recensuit, quam Joannes Fust et Petrus Schöffer curaverunt Mogunt. 1462. sed vere princeps editio est illa, quam Pfisterus Bamberg. 1460 (neque loco neque anno notato) publicavit. hanc editionem mihi suppeditavit Bibliotheca academica Jenensis. eam a multis vitiis textus vulgati inveni immunem. IV, 12 intelligere lexi (genuina lectio: intellexi). haec pleraque ex ed. pr. adnotavi (III, 7. IV, 32 etc.). iam nonnulla addo. IV, 31 gramini (l. gramen) pro: granum. 36 om.: in 41 assimulata. V, 8 perient pro: parient. 9 omnes in semetipsos. 43 et futuri sunt. VI, 3 om. „et“ primum et tertium. 32 aquam pro: quam. 56 simulasti. VII, 9 accipiat. contuli etiam Biblia latina ed. Norimb. 1478. fol. (apud Ant. Koburger) et Venet. 1487. quart. (per Georgium de Rivabenis). nonnulla hic notare licet. I, 21. Nor. et Ven. Philistinos. 31 Nor. et Ven. neomenia. 40. Nor. et Ven. Malachim. II, 10 Nor. et Ven. Hierusalem. 18 Nor. et Ven. Hieremiam. 47 Nor. et Ven.: qui respondens. III, 7 Nor. et Ven. in eum mortem. 24 Nor. et Ven. ibi pro: tibi. IV, 33 Nor. et Ven. Quo. V, 3 Ven. impositio. 28 Nor. et Ven. disperdisti. VI, 3 in Nor. et Ven. et primum et tertium desunt. 20 Nor. incipiat, Ven. incipiet. 34 Nor. et Ven. ut non. 46 Nor. serviret. 48 Nor. multa. VII, 5 Nor. et Ven. venire quomodo. 12 Ven. magno opere. 16 quod futurum sine: est. 38 Nor. et Ven. sanctionem. 44 Nor. abscisa. 45 Nor. et Ven. vincit. 46 Nor. et Ven. hic sermo. 50 Nor. pessime. 52 Nor. et Ven. reposita gloria. 56 Nor. et Ven. quid. 62 Nor. om.: quod. 67 Nor. et Ven. inhereditabant. 69 Nor. ignoraverit. ib. Nor. et Ven. derelinquentur innumerabili. VIII, 5 Ven. prophetare voles — est datum. 13 Ven. tua creatura. ib. Nor. et Ven. tuum opus. 35 Nor. confidenti-

---

membra quaedam pro canonico admiserunt teste B. D. Abrahamo Calovio T. I. Systematis theologici p. 515. cuius generis homines non mirum est visionibus illis somniisque duci, quem in modum Antonia Bourignonia quartum Esdrae non modo inter canonicos referendum, sed et reliquis anteferendum statuit.“

bus. IX, 9 Nor. mirabuntur. 18 contradixit mihi. 19 Nor. mense. 27 Nor. sicut et ante. X, 13 Nor. et Ven. evenit. 41 Nor. et Ven. amara. 55 Nor. et Ven. visu. XI, 20 Nor. et Ven. compatesoebant. 25. Nor. hec subalares, Ven. hee subalares. 45 Nor. et Ven. vanum. XII, 32 Nor. et Ven. scerptiones. 33 Nor. et Ven. iudicium. 45 Nor. meliores sumus. XIII, 4 Nor. et Ven. quiescit. 18 intelligo nunc. 37 Ven. advenerunt. 39 Nor. et Ven. Josie. 50 Nor. plura. XIV, 1 Nor. tertia. XV, 15 Nor. et Ven. super. 20 Ven. ab austro, ab euro. 22 Nor. et Ven. innocuum. 34 Nor. a septentrione. 36 Ven. fumus. 39 Nor. et Ven. suscitavit. 43 Nor. et Ven. usque Bab. 44 Nor. et Ven. circuibunt. 52 Nor. et Ven. zelabo. 53 Ven. diceres. 56 Nor. et Ven. facis. 60 Nor. ociosam. ib. Nor. et Ven. exterrent. ib. Nor. et Ven. conversam. XVI, 7 Nor. repellat. 10 Nor. choruscabit. 16 Nor. sicut non. 43 habiturus. haec omnia iam docent, etiam textum nostrum vulgatum post artis typographae incunabula sensim ortum esse, quam originem accuratius investigandam aliis relinquo.

vulgatum textum iam praebuit Conradus Pellicanus, „cuius scholia in quartum librum Esdrae exstant in eius operibus Tomo V., edito Tiguri a. 1535. fol. Theodorus Bibliander expositione somniorum capitis XII et XIII. Basil. 1545. 4 pauca quaedam mutavit et interpolavit etiam, latinam versionem recensens Sebastianus Castellio, et qui maiore licentia usus est in ea pro lubitu mutanda Franciscus Junius.“ haec Jo. Albertus Fabricius praefatus est suae editioni[1]), qui vulgatum quidem textum non sine mendis[2]) repetiit, sed etiam nonnunquam bene emendavit[3]) et adno-

---

1) in Codicis pseudepigraphi Veteris Testamenti Vol. II. Hamburgi 1723. p. 177 sq.

2) IV, 12 nosse pro esse. 47 ita pro: sta. X, 13 venit pro: evenit. 59 tuarum pro: terram. XII, 3 spiritu pro: spiritui. 25 recapitulabant pro: recapitulabunt. 47 tentione pro: tentatione. XIV, 40 tibi pro: bibi.

3) VI, 20 incipiet. XI, 24 de sex pro: sex. XII, 32 unctus pro: ventus. XIII, 4 cera pro: terra.

tationem utilem addidit. Fabricius iam arabicae versionis varietates omnes et supplementa (VII, 35) addere voluit „et vulgato una cum locis quibusdam veterum libri illius quaedam allegantium adiungere.“ non omnes quidem arabicae versionis varietates adnotavit, sed rem omnino promovit. secutus est Petrus Sabatier, cuius „Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae seu vetus Itala“ Tom. III. part. II. Parisiis 1751. p. 1069 sq. etiam librum Esdrae IV continent[1]). vir doctissimus non tantum patrum latinorum loca Ezrae librum propheticum laudantium accurate adnotavit, sed etiam codicis antiquissimi S. Germani a pratis „annorum 900. num. 4“ varias lectiones „non contemnendas“ in notis additit[2]). ita de edendo hoc libro bene meritus est, et vix quisquam dubitavit, eum codicis Sangermanensis varias lectiones omnes accurate adnotasse.

modo non saeculo praeterlapso Christianus Jacobus van der Vlis Ultraiectinus rem promovit. qui iam edita versione aethiopica scripsit „Disputationem criticam de Ezrae libro apocrypho vulgo quarto dicto,“ Amstelodami 1839, cuius capite primo (p. 10—74) versionis latinae vitia emendare

1) mendose edidit VI, 49 tuas pro: duas. IX, 28 cor pro: os. XI, 43 om. tua. 45 om. vanum. XIII, 4 quiescet pro: quiescit. XV, 29 feretur pro: fertur (ed. pr. Norimb. 1478. Venet. 1487 et Fabric. recte: fertur).

2) iam Benedictini Ambrosii operum editores (Tom. I. Paris. 1686. col. 387 sq.) in Introductione ad librum de bono mortis scripserunt: „Quin etiam eundem hunc librum [4 Ezr.] inter canonicos descriptum in quibusdam antiqui aevi mss. reperire est, non tamen in omnibus, nec sine discrimine aliquo. namque in quodam pervetusto codice, qui nostra in Bibliotheca adservatur [i. e. in Bibliotheca monasterii St. Germain des Prés] compactis in unum duobus canonicis libris Esdrae, secundus a primo capite huiusce quarti sumit exordium, haud dubie, quia eius illud initium est: Liber Esdrae prophetae secundus: tum ex eius atque tertii libri capitibus inter se permixtis quatuor libelli conficiuntur. doctissimus Faber Ludovici XIII praeceptor (nota: Epistola ad Cardinal. Baronium) quemdam eiusdem quarti libri ms. adeo discrepare ab editione deprehendit, ut varias eius lectiones Card. Baronio transmittendas putaret.“

conatus est. permulta bene correxit, sed etiam multa emendanda reliquit. Lueckius l. l. p. 146 iudicavit: „Eine kritische Ausgabe des lat. Textes ist grosses Bedürfniss. Apparat ist genug dafür vorhanden. Einen guten Anfang dazu hat van der Vlis a. a. O. gemacht.“ Vlisii labores continuavit Gustavus Volkmar, qui libro suo iam laudato (p. I. not.) etiam hunc titulum praemisit: „Ezra propheta. nunc primum integrum edidit ex duobus manuscriptis Italae, adhibitis orientalibus prorsus recognitis, cum commentario et glossario Gustavus Volkmar. Tubingae 1863.“ vir doctissimus, quamvis etiam de edendo Ezra propheta bene meritus, nimium praedicavit. Ezram prophetam iam J. A. Fabricius integrum edidit, imo integriorem, non remotis capp. I. II. XV. XVI. Volkmarus quidem praefatus est: „Es folgt daher hier zum erstenmal der Itala-Text nach dem ältesten der bisher bekannten Mss. (Sangerman.) unter theilweise neuer Vergleichung, sowie nach dem wichtigen, erst hier verglichenen Codex Turicensis, unter Anmerkung der Abweichungen der Vulgata. Ergänzt und berichtigt wird dieses altlateinische Daguerrotyp des griechischen Originals durch die beiden orientalischen Uebersetzungen, welche gleichfalls erst hier vollständig und nach näherer Prüfung verglichen vorliegen, so weit nöthig, im Originale selbst.“ de versionibus orientalibus infra dicendum est. in latina vero versione Volkmarus Sabaterio nimium confidit. perpauca codicis Sangermanensis loca Car. Benedictus Hase Parisiensis illo rogante denuo contulit. nihilo minus Volkmarus l. l. p. 304 proclamavit: „Die neue, auf buchstäbliche Treue abgelegte Collation zu XI, 2. 19. XII, 2. 30. XIV, 11 zeigt die Genauigkeit von Sabatier im Ganzen, bis auf ein äusserlich kleines, doch greifendes Uebersehen und Uebergehen zu XIV, 11.“ mihi quidem roganti Hermannus Zotenberg Parisiensis totum codicem accuratissime contulit et haec rescripsit:

Paris d. 20. Mai 1868.

„Geehrter Herr. Inliegend erhalten Sie die gewünschte Vergleichung, welche viel länger gedauert und mühevoller

gewesen, als ich vorausgesetzt; denn, wie Sie erkennen werden, ist die Arbeit Sabatier's ganz unbeschreiblich nachlässig ausgeführt. Es würde mich freuen, wenn der Text Ihnen Nützliches bieten möchte. Ich habe alle Lesarten ausgehoben (ausgenommen u für v, i für j u. s. w.), weil dieselben, ebenso wie die vielen Schreib- und Sprachfehler, für die Sprachwissenschaft von Bedeutung sind. Die Handschrift, welche dem IXten Jahrhundert angehört, ist sehr schön und sorgfältig ausgeführt."

Turicensem quidem codicem Volkmarus primus contulit, sed etiam hic eum nonnunquam errasse viri clar. O. Fridolini Fritzsche collatio accuratissima me docuit. codex conservatur in Bibliotheca civitatis Turicensis et signatus est „cod. Bibliorum latinorum C. 16. 5." fol. 182 sq. scriptus est secundum Volkmarum (l. l. p. 214) sec. XII aut XIII, secundum O. F. Fritzschium sec. XIII.

ceterum Volkmari editio, cui codicis Turicensis primam notitiam debemus, inter omnes minime accurata est. plurima sunt vitia leviora et graviora: III, 2 habitant pro: habitabant. 8 ambulabat pro: ambulavit. 12 multiplicarunt pro: multiplicaverunt. 18 posuisti pro: statuisti. 30 om.: eos. IV, 2 ad me pro: mihi. 3 om.: coram te. 21 „quae super" recte quidem secundum Zotenbergium, sed contra Sabaterium, qui in codice Sg. om.: quae. 32 secutae contra omnes codices. 35 interrogarunt pro: interrogaverunt. 36 om.: fuerit. 37 excitabit pro: excitavit. 42 festinavit pro: festinat. 49 superarunt pro: superaverunt. V, 13 et horum pro: horum. 50 mihi dederis vitam pro: dederis mihi viam. VI, 18 venient pro: veniunt. 31. 33 om.: tibi. 34 Sg. in (non: cum) prioribus temporibus. 36 om.: iterato. 38 prima pro: primo. 41 secunda pro: secundo. 42 et in pro: et. 51 om.: ut (in)habitet in ea. 58 amatorem pro: aemulatorem. VII, 3 est positum pro: positum est. 25 om. Ezra. 28 in annis pro: annis (Sg.). 32 animas pro: animae. 36 peccaverant pro: peccaverunt. 45. 46 mendose uncinis includuntur: respondi et. 61 perperam uncinis includitur: eorum. 66 om.: quoniam

continet librum „Esea Sutuel (i. e. Ezram prophetam) ante librum Ezrae canonicum[1]), ceteri librum „Esea Sutuel vel librum Ezrae II.“ nam liber Ezrae canonicus etiam antecessit. versio armenia inscripta est: „Ezr(as) tertius“, quia praecedebant *Ἔζρας α'* (graecus) et *Ἔζρας β'* (canonicus).

apud Latinos nemo inscripsit: „Ezrae liber I“, sed varii numeri tituli que ferebantur. antiquissimus titulus: „Ezras propheta“ mutabatur, quia hic liber non solum ceteris Ezrae libris sacris addebatur, sed etiam „libro Ezrae prophetae secundo“ (4 Ezr. I. II. XV. XVI) auctus est. hoc additamento ipse liber prior turbatus est. nam II, 48 angelus dixit Ezrae: „Vade, adnuntia populo meo, qualia et quanta mirabilia domini dei vidisti.“ haec ad ipsius Ezrae prophetae visiones referebantur, quae hoc loco insertae „libri Ezrae prophetae secundi“ ordinem interruperunt. itaque iam unum librum propheticum non divisum praebent praeter textum vulgatum codices Turicensis et Musei Brit. Biblioth. Sloan. codex no. 1521. plut. IV. B.[2]). „Liber Esdrae IV“ inscriptus est in Tur. et vulg., „Esdras III“ in hoc codice anglico[3]). uterque titulus iam reperitur apud Ambrosium de spiritu sancto II, 7: „Esdras nos docuit dicens in tertio (vulg. quarto) libro“ (cf. 4 Ezr. VI, 41). Hieronymus autem praefatus est in Ezram (Opp. IX, 1524 ed. Vallars.): „Nec quemquam moveat, quod unus a nobis editus liber est, nec apocryphorum tertii (Ezrae

1) F[a] incipit: „Primum orationis Ezrae, qui erat in terra Babylonis; benedictio Dei eius et donatio auxilii eius sit cum servo eius in saecula saeculorum. Amen.

2) De anglicis codicibus cf. Ricardi Laurence General Remarks p. 283 sq. post versionem aethiopicam. — hos codices non curans Volkmarus l. l. p. 276 scripsit: „Die rohe Vermengung der drei [Apokalypsen] datirt von dem ersten Drucke Joh. Fust's und Pet. Schöffer's, und hat sich ebenso viel durch päpstliche Autorität als Gedankenlosigkeit bisher erhalten zum grössten Nachtheil für das Verständniss des N. T.“

3) „Liber Esdre tertius“ etiam Biblia vulgata impressa per Georgium de Rivabenis Venetiis 1487, ubi Ezras I (et Neemias) et Ezras graecus (II) praemittuntur. —

graeci) et quarti (Ezrae prophetae) somniis delectetur. quia et apud Hebraeos Ezrae Neemiaeque sermones in unum volumen coarctantur, et quae non habentur apud illos, nec de XXIV senibus, sunt procul abiicienda." Ezras propheticus tertius dicebatur, aut Ezra canonico non diviso, aut Ezra graeco non addito; quartus dicebatur, si Ezrae I. II. (canonicis libris Ezrae et Neemiae) Ezras III. (graecus) addebatur[1]). sed nondum sublato prioris et secundi prophetici libri discrimine etiam plures Ezrae libri numerabantur.

prima pars (4 Ezr. I. II) in codice antiquissimo Sangermanensi teste Zotenbergio inscripta est: „Liber Ezrae secundus"; in Ms. Bodleiano (Laud. C. infra *a*, 12) et Hatton. D. 4, 8, etiam in Mss. Musei Brit. Bibl. I. B. VIII. et I. E. I., Bibl. Harlei. no. 2814: Esdras II, praecedente Ezrae (et Neemiae) libro canonico non diviso. „Liber Esdrae III." inscriptus est in codice Dresdensi et in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa; „Prologus Esdrae lib. IV." in Ms. Magdal. no. 64. nulla inscriptio reperitur in Ms. Bodlei. (Mus. 5, 20) et Novi Collegii no. 316, ubi Ezras graecus tamquam III. praecedit, sed primae litterae coloribus pictae et maiores sunt. subscriptum est primae parti in codice Sg. (Z.): „Explicit liber Ezrae secundus, incipit liber Ezrae tertius." sed hic tertius liber constat ex Ezrae graeci I, 1—II, 15. sequitur Ezras graecus tamquam III. etiam in Ms. Bodl. Laud. C. et Hatton. D. 4, 8, Novi Collegii no. 1. et in Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII. et I. E. I. sequitur Ezras graecus (tamquam IV) in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa.

secunda pars (4 Ezr. III—XIV) inscribitur: „Libér Ezrae IV." in codice Sg. (Z.), Dresdensi et in Ms. Magdal. no. 54., „Esdras IV" in Ms. Bodl. Laud. C. et Musei Brit. Bibl. Harlei. no. 2814. sed etiam inscribitur „Liber Ezrae III" in Ms. Mus. Brit. (Harlei. no. 1793), ubi Ezras graecus praecedit tamquam „liber Esdrae II. apoc.", 4 Ezr. I. II.

---

1) hunc librorum Ezrae ordinem in codice Turicensi v. cl. O. F. Fritzsche testatus est.

omnino desunt. „Esdras V" est titulus in Musei Brit. Ms. Bibl. Burn. 6 Aa.

tertia pars (4 Ezr. XV. XVI) inscripta est „Liber V Ezrae" in codice Sg. (Z.), „Liber Esdrae V" in codice Dresd. et in Ms. Magdal. 54; „Esdras V" in Ms. Bodlei. (Hatton. D. 4, 8), Novi Collegii no. 1 et in Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII, I. E. I., Bibl. Harlei. no. 1793. 2807. 2814[1]); „Esdras VI" in Ms. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa.

varii hi tituli omnes redeunt ad „Ezrae prophetae" utriusque discrimen et ad illum Ezrae librorum ordinem, quem iam Hieronymus testatus est. Ἔζρας ὁ προφήτης additus est Ἔζρᾳ τῷ ἱερεῖ, qui titulus est Ezrae graeci (I), nonnunquam etiam Ezrae canonici graece versi (II).

II. Ezrae prophetae versiones.

Ezrae prophetae textus graecus deperditus est. pauca graece servaverunt Clemens Alexandrinus (cf. 4 Ezr. V, 35) et Constitutiones apostolicae (cf. 4 Ezr. VIII, 23). sed exstant versiones V vel VI.

1. latina interpretatio antiquissima est. Volkmarus l. l. p. 273 iam Tertullianum inter huius libri testes recensuit, qui de habitu mul. 3 eadem fere narravit, quae 4 Ezr. XIV, 37 sq. leguntur. quod autem Tertullianus de praescr. haer. 3 scripsit: „sed oculi, inquit, domini alti," non ad 4 Ezr. VIII, 20, sed ad Jes. II, 11 revocare debemus. certius testimonium est Cypriani in epi. ad Demetrianum (cf. 4 Ezr. V, 54. 55). Ambrosius Mediolanensis iam saepius hoc libro latine converso tamquam scriptura sacra usus est, etiam libro Ezrae prophetae II. de bono mortis c. 10—12: „animarum autem superiora esse habitacula scripturae testimoniis valde probatur, siquidem et in Ezrae libris legimus, quia cum venerit iudicii dies — — Esdrae usus sum scriptis, ut cognoscant gentiles ea quae in philosophiae libris mirantur translata de nostris. — — denique et scriptura habi-

1) Ms. Bodlei. (Laud. C.) mutilatum est neque continet c. XV. XVI.

tacula illa animarum promptuaria nuncupavit (4 Ezr. VII, 32. 33). — — mirabiliter ait coronae esse similem iudicii diem (cf. 4 Ezr. V, 42). — — comparavit enim utero mulieris partus huius saeculi (cf. 4 Ezr. V, 53—55). — — iustarum autem animarum per ordines quosdam digesta laetitia (cf. 4 Ezr. (VI), 64—76). — — unde ait propheta ad angelum: „Ergo dabitur tempus animarum (l. animabus), postquam separatae fuerint de corpore, ut videant, de quo modo dixisti?" et dixit angelus — — non timeamus recipi ab hominibus, non vereamur illum debitum ab omnibus finem, in quo Esdras remunerationem suae devotionis invenit, dicente ei domino (cf. 4 Ezr. XIV, 9). — Esdras revelavit secundum collatam in se revelationem, iustos cum Christo futuros, futuros et cum sanctis." de spiritu sancto II, 7: „Esdras nos docuit dicens in tertio (vulg. quarto) libro" (cf. 4 Ezr. VI, 41). de excessu Satyri I, 2: „scriptum est enim, in communi dolore" etc. (cf. 4 Ezr. X, 6—11). Comm. in ev. Luc. I, 60 sq.: „Revelabitur enim, inquit, filius meus" etc. (cf. 4 Ezr. VII, 28—30). epi. ad Horontianum (Opp. ed. Colon. V, 146. E): „de quo tibi Esdrae librum legendum suadeo, qui et illas philosophorum nugas despexerit et abditiore prudentia, quam collegerat ex revelatione, perstrinxerit eas (i. e. animas) substantiae esse superioris (cf. 4 Ezr. (VI), 39). epi. 29 (Tom. II, 909 ed. Bened., vel in Jesai. LII. Tom. II, 524 E ed. Colon.): „non utique de hoc tecto (Luc. XVII, 31) dixit, sed de illo: Extendit coelum sicut cameram" (cf. 4 Ezr. XVI, 60). — Vigilantium Hispanum anno fere 400 p. Chr. Ezrae libro prophetico usum vituperavit Hieronymus adv. Vigilantium c. 10 (Opp. II, 393): „Tu vigilans dormis et dormiens scribis et propinas mihi librum propheticum, qui sub nomine Esdrae a te et similibus tui legitur, ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro aliis gaudeat deprecari, quem ego librum nunquam legi. — qui habes alterum Esdram etc. (cf. 4 Ezr. (VI), 82. VII, 45 lat.). itaque Hieronymus librum Ezrae (et Neemiae) canonicum latine edidit, missis apocryphorum librorum (tertii et quarti) somniis (cf. supra p. XX sq.).

sed qui ei supposuit Comm. in Marc. XV, 33, usus esse videtur 4 Ezr. V, 5. etiam Opus imperfectum in ev. Matth. Hom. XXXIV (v. supra p. XVIII) laudavit „Ezram prophetam" (4 Ezr. V, 42), qui quamvis ab Hieronymo damnatus in Bibliis latinis ferebatur.

hanc libri auctoritatem docent codices Sangermanensis sec. IX., Turicensis sec. XIII., Dresdensis sec. XV., alii, confirmat orationis Ezrae 4 Ezr. VIII, 20 – 36 usus liturgicus [1]). eiusdem auctoritatis testes clarissimi sunt Roger Bacon in Opere maiori, Petrus Alliacus (in libro: imago mundi c. 8), quem secutus Christophorus Columbus reges Hispaniae ad 4 Ezr. VI, 42 revocavit [2]), etiam Picus Mirandolanus, qui in Apologia I. p. 82 secretos illos LXX libros 4 Ezr. XIV, 46. 47 Cabbalae mysteria continentes se evolvisse iactavit [3]). Tridentina quidem Synodus librum IV Ezrae in canonem non recepit, sed Bibliis vulgatis coniungitur. etiam inter Protestantes Ezrae liber IV., quamvis a Luthero reiectus et contemptus, ferebatur et aestumabatur [4]), ipsis Bibliis Turicensibus (1530) insertus.

---

1) cf. quae p. 70. 147 adnotata sunt. Sixtus Senensis Biblioth. sanct. Tom. I. p. 28. ed. Colon. 1586: „singulo quoque anno in tertia feria Pentecostes sacrosancta missae mysteria ab ea sententia, quae in 2. cap. (v. 36. 37) huius voluminis legitur: „Accipite iucunditatem gloriae vestrae gratias agentes deo, qui vos ad coelestia regna vocavit," et in solennitatibus martyrum de praemiis eorum, qui fortiter pro Christo occubuerunt, ex eodem cap. (v. 45) decantat illud: „Modo coronantur et accipiunt palmam."

2) cf. Friderici Luecke: Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes oder allgemeine Untersuchung über die apokalyptische Litteratur überhaupt und die Apokalypse des Johannes insbesondere, ed. II. Bonn. 1852. p. 167 sq.

3) cf. Fabricii cod. pseudepigr. V. T. I. p. 1155. II. p. 179 sq.

4) cf. Fabricii l. l. II. p. 178 sq., Volkmari l. l. p. 278. 330. Fabricius scripsit: „Anabaptistae etiam, Schwenckfeldiani atque Weigeliani apud B. D. Jo. Mullerum nostrum in Anabaptismo edito germanice Hamb. 1644. 8. p. 30 sq. sacris scripturis quartum Esdrae visionesque in eo recensitas divinis annumerant. societatis quidem Rosicruceae

latina interpretatio typis impressa est in Bibliis latinis. editionem principem etiam Volkmarus l. l. p. 273 illam recensuit, quam Joannes Fust et Petrus Schöffer curaverunt Mogunt. 1462. sed vere princeps editio est illa, quam Pfisterus Bamberg. 1460 (neque loco neque anno notato) publicavit. hanc editionem mihi suppeditavit Bibliotheca academica Jenensis. eam a multis vitiis textus vulgati inveni immunem. IV, 12 intelligere lexi (genuina lectio: intellexi). haec pleraque ex ed. pr. adnotavi (III, 7. IV, 32 etc.). iam nonnulla addo. IV, 31 gramini (l. gramen) pro: granum. 36 om.: in 41 assimulata. V, 8 perient pro: parient. 9 omnes in semetipsos. 43 et futuri sunt. VI, 3 om. „et" primum et tertium. 32 aquam pro: quam. 56 simulasti. VII, 9 accipiat. contuli etiam Biblia latina ed. Norimb. 1478. fol. (apud Ant. Koburger) et Venet. 1487. quart. (per Georgium de Rivabenis). nonnulla hic notare licet. I, 21. Nor. et Ven. Philistinos. 31 Nor. et Ven. neomenia. 40. Nor. et Ven. Malachim. II, 10 Nor. et Ven. Hierusalem. 18 Nor. et Ven. Hieremiam. 47 Nor. et Ven.: qui respondens. III, 7 Nor. et Ven. in eum mortem. 24 Nor. et Ven. ibi pro: tibi. IV, 33 Nor. et Ven. Quo. V, 3 Ven. impositio. 28 Nor. et Ven. disperdisti. VI, 3 in Nor. et Ven. et primum et tertium desunt. 20 Nor. incipiat, Ven. incipiet. 34 Nor. et Ven. ut non. 46 Nor. serviret. 48 Nor. multa. VII, 5 Nor. et Ven. venire quomodo. 12 Ven. magno opere. 16 quod futurum sine: est. 38 Nor. et Ven. sanctionem. 44 Nor. abscisa. 45 Nor. et Ven. vincit. 46 Nor. et Ven. hic sermo. 50 Nor. pessime. 52 Nor. et Ven. reposita gloria. 56 Nor. et Ven. quid. 62 Nor. om.: quod. 67 Nor. et Ven. inhereditabant. 69 Nor. ignoraverit. ib. Nor. et Ven. derelinquentur innumerabili. VIII, 5 Ven. prophetare voles — est datum. 13 Ven. tua creatura. ib. Nor. et Ven. tuum opus. 35 Nor. confidenti-

---

membra quaedam pro canonico admiserunt teste B. D. Abrahamo Calovio T. I. Systematis theologici p. 515. cuius generis homines non mirum est visionibus illis somniisque duci, quem in modum Antonia Bourignonia quartum Esdrae non modo inter canonicos referendum, sed et reliquis anteferendum statuit."

bus. IX, 9 Nor. mirabuntur. 18 contradixit mihi. 19 Nor. mense. 27 Nor. sicut et ante. X, 13 Nor. et Ven. evenit. 41 Nor. et Ven. amara. 55 Nor. et Ven. visu. XI, 20 Nor. et Ven. compatesoebant. 25. Nor. hec subalares, Ven. hee subalares. 45 Nor. et Ven. vanum. XII, 32 Nor. et Ven. scerptiones. 33 Nor. et Ven. iudicium. 45 Nor. meliores sumus. XIII, 4 Nor. et Ven. quiescit. 18 intelligo nunc. 37 Ven. advenerunt. 39 Nor. et Ven. Josie. 50 Nor. plura. XIV, 1 Nor. tertia. XV, 15 Nor. et Ven. super. 20 Ven. ab austro, ab euro. 22 Nor. et Ven. innocuum. 34 Nor. a septentrione. 36 Ven. fumus. 39 Nor. et Ven. suscitavit. 43 Nor. et Ven. usque Bab. 44 Nor. et Ven. circuibunt. 52 Nor. et Ven. zelabo. 53 Ven. diceres. 56 Nor. et Ven. facis. 60 Nor. ociosam. ib. Nor. et Ven. exterrent. ib. Nor. et Ven. conversam. XVI, 7 Nor. repellat. 10 Nor. choruscabit. 16 Nor. sicut non. 43 habiturus. haec omnia iam docent, etiam textum nostrum vulgatum post artis typographae incunabula sensim ortum esse, quam originem accuratius investigandam aliis relinquo.

vulgatum textum iam praebuit Conradus Pellicanus, „cuius scholia in quartum librum Esdrae exstant in eius operibus Tomo V., edito Tiguri a. 1535. fol. Theodorus Bibliander expositione somniorum capitis XII et XIII. Basil. 1545. 4 pauca quaedam mutavit et interpolavit etiam, latinam versionem recensens Sebastianus Castellio, et qui maiore licentia usus est in ea pro lubitu mutanda Franciscus Junius.“ haec Jo. Albertus Fabricius praefatus est suae editioni[1]), qui vulgatum quidem textum non sine mendis[2]) repetiit, sed etiam nonnunquam bene emendavit[3]) et adno-

---

1) in Codicis pseudepigraphi Veteris Testamenti Vol. II. Hamburgi 1723. p. 177 sq.

2) IV, 12 nosse pro esse. 47 ita pro: sta. X, 13 venit pro: evenit. 59 tuarum pro: terram. XII, 3 spiritu pro: spiritui. 25 recapitulabant pro: recapitulabunt. 47 tentione pro: tentatione. XIV, 40 tibi pro: bibi.

3) VI, 20 incipiet. XI, 24 de sex pro: sex. XII, 32 unctus pro: ventus. XIII, 4 cera pro: terra.

tationem utilem addidit. Fabricius iam arabicae versionis varietates omnes et supplementa (VII, 35) addere voluit „et vulgato una cum locis quibusdam veterum libri illius quaedam allegantium adiungere." non omnes quidem arabicae versionis varietates adnotavit, sed rem omnino promovit. secutus est Petrus Sabatier, cuius „Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae seu vetus Itala" Tom. III. part. II. Parisiis 1751. p. 1069 sq. etiam librum Esdrae IV continent[1]). vir doctissimus non tantum patrum latinorum loca Ezrae librum propheticum laudantium accurate adnotavit, sed etiam codicis antiquissimi S. Germani a pratis „annorum 900. num. 4" varias lectiones „non contemnendas" in notis additit[2]). ita de edendo hoc libro bene meritus est, et vix quisquam dubitavit, eum codicis Sangermanensis varias lectiones omnes accurate adnotasse.

modo non saeculo praeterlapso Christianus Jacobus van der Vlis Ultraiectinus rem promovit. qui iam edita versione aethiopica scripsit „Disputationem criticam de Ezrae libro apocrypho vulgo quarto dicto," Amstelodami 1839, cuius capite primo (p. 10—74) versionis latinae vitia emendare

1) mendose edidit VI, 49 tuas pro: duas. IX, 28 cor pro: os. XI, 43 om. tua. 45 om. vanum. XIII, 4 quiescet pro: quiescit. XV, 29 feretur pro: fertur (ed. pr. Norimb. 1478. Venet. 1487 et Fabric. recte: fertur).

2) iam Benedictini Ambrosii operum editores (Tom. I. Paris. 1686. col. 387 sq.) in Introductione ad librum de bono mortis scripserunt: „Quin etiam eundem hunc librum [4 Ezr.] inter canonicos descriptum in quibusdam antiqui aevi mss. reperire est, non tamen in omnibus, nec sine discrimine aliquo. namque in quodam pervetusto codice, qui nostra in Bibliotheca adservatur [i. e. in Bibliotheca monasterii St. Germain des Prés] compactis in unum duobus canonicis libris Esdrae, secundus a primo capite huiusce quarti sumit exordium, haud dubie, quia eius illud initium est: Liber Esdrae prophetae secundus: tum ex eius atque tertii libri capitibus inter se permixtis quatuor libelli conficiuntur. doctissimus Faber Ludovici XIII praeceptor (nota: Epistola ad Cardinal. Baronium) quemdam eiusdem quarti libri ms. adeo discrepare ab editione deprehendit, ut varias eius lectiones Card. Baronio transmittendas putaret."

conatus est. permulta bene correxit, sed etiam multa emendanda reliquit. Lueckius l. l. p. 146 iudicavit: „Eine kritische Ausgabe des lat. Textes ist grosses Bedürfniss. Apparat ist genug dafür vorhanden. Einen guten Anfang dazu hat van der Vlis a. a. O. gemacht." Vlisii labores continuavit Gustavus Volkmar, qui libro suo iam laudato (p. I. not.) etiam hunc titulum praemisit: „Ezra propheta. nunc primum integrum edidit ex duobus manuscriptis Italae, adhibitis orientalibus prorsus recognitis, cum commentario et glossario Gustavus Volkmar. Tubingae 1863." vir doctissimus, quamvis etiam de edendo Ezra propheta bene meritus, nimium praedicavit. Ezram prophetam iam J. A. Fabricius integrum edidit, imo integriorem, non remotis capp. I. II. XV. XVI. Volkmarus quidem praefatus est: „Es folgt daher hier zum erstenmal der Itala-Text nach dem ältesten der bisher bekannten Mss. (Sangerman.) unter theilweise neuer Vergleichung, sowie nach dem wichtigen, erst hier verglichenen Codex Turicensis, unter Anmerkung der Abweichungen der Vulgata. Ergänzt und berichtigt wird dieses altlateinische Daguerrotyp des griechischen Originals durch die beiden orientalischen Uebersetzungen, welche gleichfalls erst hier vollständig und nach näherer Prüfung verglichen vorliegen, so weit nöthig, im Originale selbst." de versionibus orientalibus infra dicendum est. in latina vero versione Volkmarus Sabaterio nimium confidit. perpauca codicis Sangermanensis loca Car. Benedictus Hase Parisiensis illo rogante denuo contulit. nihilo minus Volkmarus l. l. p. 304 proclamavit: „Die neue, auf buchstäbliche Treue abgelegte Collation zu XI, 2. 19. XII, 2. 30. XIV, 11 zeigt die Genauigkeit von Sabatier im Ganzen, bis auf ein äusserlich kleines, doch greifendes Uebersehen und Uebergehen zu XIV, 11." mihi quidem roganti Hermannus Zotenberg Parisiensis totum codicem accuratissime contulit et haec rescripsit:

Paris d. 20. Mai 1868.

„Geehrter Herr. Inliegend erhalten Sie die gewünschte Vergleichung, welche viel länger gedauert und mühevoller

gewesen, als ich vorausgesetzt; denn, wie Sie erkennen werden, ist die Arbeit Sabatier's ganz unbeschreiblich nachlässig ausgeführt. Es würde mich freuen, wenn der Text Ihnen Nützliches bieten möchte. Ich habe alle Lesarten ausgehoben (ausgenommen u für v, i für j u. s. w.), weil dieselben, ebenso wie die vielen Schreib- und Sprachfehler, für die Sprachwissenschaft von Bedeutung sind. Die Handschrift, welche dem IXten Jahrhundert angehört, ist sehr schön und sorgfältig ausgeführt."

Turicensem quidem codicem Volkmarus primus contulit, sed etiam hic eum nonnunquam errasse viri clar. O. Fridolini Fritzsche collatio accuratissima me docuit. codex conservatur in Bibliotheca civitatis Turicensis et signatus est „cod. Bibliorum latinorum C. 16. 5." fol. 182 sq. scriptus est secundum Volkmarum (l. l. p. 214) sec. XII aut XIII, secundum O. F. Fritzschium sec. XIII.

ceterum Volkmari editio, cui codicis Turicensis primam notitiam debemus, inter omnes minime accurata est. plurima sunt vitia leviora et graviora: III, 2 habitant pro: habitabant. 8 ambulabat pro: ambulavit. 12 multiplicarunt pro: multiplicaverunt. 18 posuisti pro: statuisti. 30 om.: eos. IV, 2 ad me pro: mihi. 3 om.: coram te. 21 „quae super" recte quidem secundum Zotenbergium, sed contra Sabaterium, qui in codice Sg. om.: quae. 32 secutae contra omnes codices. 35 interrogarunt pro: interrogaverunt. 36 om.: fuerit. 37 excitabit pro: excitavit. 42 festinavit pro: festinat. 49 superarunt pro: superaverunt. V, 13 et horum pro: horum. 50 mihi dederis vitam pro: dederis mihi viam. VI, 18 venient pro: veniunt. 31. 33 om.: tibi. 34 Sg. in (non: cum) prioribus temporibus. 36 om.: iterato. 38 prima pro: primo. 41 secunda pro: secundo. 42 et in pro: et. 51 om.: ut (in)habitet in ea. 58 amatorem pro: aemulatorem. VII, 3 est positum pro: positum est. 25 om. Ezra. 28 in annis pro: annis (Sg.). 32 animas pro: animae. 36 peccaverant pro: peccaverunt. 45. 46 mendose uncinis includuntur: respondi et. 61 perperam uncinis includitur: eorum. 66 om.: quoniam

multiplicat magis misericordias. VIII, 4 contra Sg.: devora. 6 contra Sg.: si non, contra omnes codices: in corde. ib. om.: omnis. 7 contra omnes codd. et edd.: tu. 15 contra omnes codices: et nunc quid dicens dicam? 17 et his pro: et pro eis. ib. vidi pro: video. 27 testamenta pro: testimonia. 28 falso pro: false. 35 aut pro: et. 51 om.: de. 52 om.: est post: aedificata. 61 contra omnes codices: nunc. IX, 1 tempus conntra Sg. 6 habent contra Sg. ib. signis pro: in signis. 23 intromittes pro: intromittas. 26 saturationem pro: saturitatem. 31. om. ego. X, 10 om. ambulant. 21 desolata pro: deserta. 24 faciat pro: faciet. 26 magno pro: magnum. 27 magna voce pro: voce magna. 46 et tunc pro: tunc. 48 thalamo suo pro: suo thalamo. 55 expavescet pro: expavescat. XII, 31 audivisti pro: audisti. XIII, 11 extimui contra Sg. (exstiti). 39 om.: eum. 47 in pace pro: cum pace. XIV, 1 tertia pro: tertio. 8 vidisti pro: tu vidisti (l. audivisti). 17 iam ipse Volkmarus correxit, cuius coniecturas felices in notis non reticui, infelices (cf. V, 7 noctua pro: noctu) aliis relinquo colligendas.

iam paranti mihi latinae versionis editionem accuratiorem praeter duos codices: Sangermanensem, quem Zotenbergius, Turicensem, quem O. F. Fritzschius diligentissime contulerunt, etiam tertius codex optimus subvenit, Dresdensis Bibliothecae regiae A. fol. 47 (sec. XV), quem E. Foerstemann, illi Bibliothecae praepositus, liberaliter transmisit. hunc codicem descripsit C. Falckenstein (Beschreibung der kgl. Bibliothek zu Dresden. Dresd. 1839. p. 186): „Biblia latina. V. et N. T. Mit abweichender Anordnung, z. B. nach dem Briefe an die Colosser folgt der Brief an die Laodicenser. — Die Apostelgeschichte zwischen den Briefen an die Hebräer und dem ersten Brief Petri. — Vor den Makkabäern zwei Briefe des Rab. Maurus.[1]). — Bei Matth. VI, 2 liest man:

---

1) inter Psalmos et Proverbia Salomonis exhibetur (Hermae) Pastor (f. 247—266), valde discrepans a textu vulgato, plerumque congruus codici Vaticano, sed huic praeferendus.

„Panem supersubstantialem." Perg. — und Pap. — Handschr. d. 15. Jahrh. in fol. (in Polen oder in Böhmen geschrieben) mit schön gemalten und vergoldeten Anfangsbuchstaben. Die Miniaturen und Arabesken in ungewösnlichem Style". in hoc codice „Liber Esdre prophete tercius" (4 Ezr. I. II) legitur fol. 183. 184, „Liber Esdre quartus" (4 Ezr. III—XIV) fol. 184—191, „Liber Esdre quintus" (4 Ezr. XV. XVI) p. 191—193.

Bibliotheca academica Jenensis mihi suppeditavit Bibliorum latinorum codicem (Mss. fol. 11) seculi XIV ineuntis, qui inter Ezrae (et Neemiae) librum canonicum (II) et Ezram graecum (III) „in cedula" addidit „Confessionem hesdre, i. e. 4 Ezr. VIII, 20—36.

vulgatum textum (*vulg.* vel *v.*) hausi e Sabaterio. Sangermanensem, cuius summa est auctoritas, signavi *Sg.*, ubi lectio iam a Sabaterio recte adnotata est, *Sg. (Z.)*, ubi Zotenbergius lectionem retulit. Turicensem codicem non contemnendum signavi *T.*, Dresdensem omni laude dignum signavi D.[1]). nonnulla textus latini vitia secundum orientales versiones emendavi. omnino vero edidi, non correxi latinam interpretationem, ubi nonnulla iam exciderunt, IV, 45: si ergo viventes vivent in unum (cf. syr.) post: a te creatam creaturam in unum. VI, 51 dedi secundum optimos illos tres codices, quamvis voc. coeperunt (vulg.) vix deesse possit[2]). XIV, 18 voc. „Loquar" excidit, quod ex orientalibus interpretibus non recepi. alia in notis memorata sunt.

2. *arabica versio* inter orientales prima publicata est. codex, quem scriba die XII. m. Martii anno 1336 post Chr.

---

1) ceterum moneo, me in codd. Tur. et Dresd. non semper notasse scriptionem *e* pro *ae*, solucio pro: solutio, talia, ne adnotatio nimium augeretur. Fritzschius in codice Tur. haec omnia notaverat, sed idemne factum sit in codice Sangerm., nescio. itaque etiam aequalitas quaedam petenda erat. addo, in codd. Tur. et Dresd. ubique fere scriptum esse *e* pro *ae*.

2) etiam Herm. Past. Vis. II, 1 p. 8, 16 cod. Dresd, om. voc. coepi.

absolvit, servatur in Bibliotheca Bodleiana[1]). eum anglice vertit Simon Ockley[2]). itaque J. A. Fabricius varias arabicas lectiones in notis latine addidit. sola anglica versione usus est Volkmarus, qui se primum hanc interpretationem integram adhibuisse dixit. arabice eam edidit Henricus Ewald[3]). mihi quidem arabicam interpretationem ex anglico sermone latine reddenti subvenit Hermannus Steiner Heidelbergensis, qui non tantum Ockleii versionem anglicam emendavit[4]), sed etiam meam versionem latinam secundum ipsum textum arabicum correxit. huic igitur viro doctissimo debemus primam arabici interpretis versionem accuratam. arabicam interpretationem signavi: *ar.*[1].

b. etiam „compendium libri Ezrae prophetae" arabicum servatur in Bibliotheca Bodleiana[5]). arabice primus edidit Ewaldus (l. l. p. 48 sq.), germanice vertit Steinerus (l. l.) hanc epitomen neque repetendam neque latine vertendam esse censui, sed signavi *ar.*[2].

etiam aliam arabicam versionem in Bibliotheca Vaticana servari dici Ewaldus l. l. p. 100 memoravit.

3. *versionem aethiopicam*, iam Jobo Ludolf notam, ex uno codice primus edidit Ricardus Laurence[6]). sed iam Vli-

---

1) cf. A. Nicoll, Bibliothecae Bodleianae codd. mss. orient. catalogi part. II. vol. I. (Oxon. 1821) p. 13, apud Vlis. l. l. p. 3 sq. codex signatus est N. VI. 1°.

2) in appendice ad Guilelmi Whiston Primitive Christianity reviv'd. Vol. IX, London 1711. Vlisius hunc librum non vidit.

3) Das vierte Ezrabuch nach seinem Zeitalter, seinen Arabischen Uebersetzungen und einer neuen Wiederherstellung. Aus dem XI. Bande der Abhandlungen der Kön. Gesellschaft der Wiss. in Goettingen. Gottingae 1865.

4) in commentatione: „Der arabische Auszug des „Propheten Esra" nebst Berichtigungen zu der arabischen Uebersetzung (Zeitschrift f. wiss. Theologie 1868. IV. p. 396 sq.).

5) cf. Nicolli l. l. p. 11, apud Vlis. l. l. p. 3. codex signatus est N. III. 21°.

6) Primi Ezrae libri, qui apud vulgatam appellatur quartus, versio

sius hunc codicem vitiis abundare ab editore raro emendatis animadvertit et ipse emendare studuit (l. l. cap. II. p. 75 — 151). Lueckius l. l. p. 149 iudicavit: „Leider konnte Laurence nur Einen Codex benutzen, der noch dazu nach dem Urtheile der Sachkenner voll Schreibfehler ist, die er nicht immer bemerkt hat, wie denn auch seine lat. Uebersetzung des äthiop. Textes vielfach der Berichtigung durch eine genauere Kenntniss des Aethiopischen bedarf. In dieser zwiefachen Hinsicht hat sich van der Vlis in der angef. Abhandlung grosse Verdienste um die äthiop. Uebersetzung erworben, freilich, da er eben nur auf die kritische Hülfe der lat. und arabischen Uebersetzung und seiner genauern Kenntniss der äthiopischen Grammatik beschränkt war, meist nur durch Conjectur."

iam auctus est apparatus criticus. Augustus Dillmann complurium codicum variantes lectiones collegit, quas publicavit Ewaldus l. l. p. 92 sq. praeter has varias lectiones, quibus codex Laurencianus saepe emendatur, etiam alio codice usus sum. nam roganti mihi v. cl. Aemilius Roediger non defuit, sed Francisco Praetorio Berolinensi, cuius fidem testatus est, non tantum Dillmannianorum codicum, sed etiam codicis Berolinensis varias lectiones latine reddendas tradidit. hic igitur vir doctissimus Laurencii versionem latinam emendavit et Dillmannianas Berolinensesque lectiones variantes adnotavit. de codice Berolinensi haec retulit: servatur in regiae Bibliothecae Berolinensis Mss. orientt. qu°. 283 codex aethiopicus membraneus, cuius paginae binis columnis linearum fere XXX una eademque manu conscriptae continent: 1. Proverbia Salomonis (paginis 23), 2. Ecclesiasten (paginis 14), 3. Sapientiam Salomonis (pagg. 17), 4. Isaiam (pagg. 53), 5. Susannae et Danielis historiam, Danielis librum, Beli et draconis Babylonii historias (pagg. 20), 6. Ezrae librum

---

aethiopica, nunc primo in medium prolata et latine angliceque reddita a Ricardo Laurence. Oxoniae 1820.

propheticum (pagg. 23), 7. fragmentum Dan. XI, 7—45 (pagg. 2).

hic illic Franciscus Praetorius etiam tres illos codices aethiopicos contulit, quos Eduardus Rueppell Bibliothecae civitatis Francofurtanae a. M. donavit [1]). ex his codicibus unus continet: „Das Buch Esea Sotuel oder das zweite Buch Esra," secundus post V. Ti. libros propheticos et poeticos: „Esea Sotuel oder das zweite Buch Esra," tertius primo loco continet: „Esea Sotuel," quem librum statim sequitur liber Ezrae canonicus, incipiens a 2 Chron. XXXV.

itaque Laurencii versionem ipsam emendatam et e ceteris codicibus suppletam sanatamque edidi. Laurencii codicem, quem Abbuna vel patriarcha Aethiopum scribi iussit, meliorem quidem textum praebere cognovi, sed negligenter descriptum, plurimis omissis, quae e ceteris codicibus supplenda sunt. res promota erit, quamvis non ad finem perducta. aethiopicam versionem, quam ipsam alii edant, signavi *ae.*, Laurencii codicem *vulg.* aut *v.*, eiusdem versionem *L.*, Praetorii versionem *Pr.*, Berolinensem codicem *B.*, Francofurtanos tres codices *Fa. b. c.*

versionis aethiopicae aetatem testatur „Organon beatae virginis Mariae," quod Brucius anno 1240 compositum esse censuit. ex hoc libro sacro Laurencius (General Remarks l. l. p. 306 sq.) haec retulit: Precum in diem lunae initio: „Aperi os meum ad celebrandam virginitatem matris Dei, sicut aperuisti os Ezrae, qui XL per dies non quiescebat, donec continuaverat scribere verba legis et prophetarum, quae Nebuchadnezar Babylonis rex combusserat" (cf. 4 Ezr. XIV, 40 sq.). in eiusdem libri precibus in diem Jovis mediis Ezras prophetis adnumeratur, statim post Isaiam et Jeremiam collocatus: „Ezra Sutael XXX annos post deleta Israelis oppida (cf. 4 Ezr. III, 1) et in captivitatem deductos Sionis liberos lamentari coepit Sionem. et cum acerbissime fleret de obsignata

---

1) cf. Eduardi Rueppell Reise in Abyssinien, Vol. II. Francof. a. M. 1840. p. 403 sq. no. 2. 4. 7.

lege et captivitate Levitarum, Sion illi se obtulit facie splendescente solis radiorum instar, et montium fundamenta concussa sunt, dum loquebatur. Ezra solatium accepit conspecto gloriae splendore" etc. (cf. 4 Ezr. X, 25 sq. vel 38 sq.)

Franciscus Praetorius etiam e codice hymnorum aethiopicorum Berolinensi haec hausit:

Sicut nunciat Ezras propheta ab initio, festinant praeterire tempora huius mundi, non potest perfecte portare spem sanctorum, cf. 4 Ezr. IV, 26. 27 (II, 35).

Dixit Ezras: „Per quem visitas mundum tuum, narra id servo tuo." dixit ei: „Dicam tibi: primum per hominem, postremo autem ego ipse." praedicavit igitur Ezras nativitatem Christi ex virgine, cf. 4 Ezr. V, 56. VI, 1 (III, 69. IV, 1).

Pax sit Ezrae, origini octateuchi, praeceptori, canali fontis sapientiae! bibit aquam scientiae, cuius color igneus, XCIV libros in XL diebus (scripsit). nunquam cessavit a loqui eorum verba, cf. 4 Ezr. XIV, 39 sq. (41 sq.).

4. *versio armenia* iam edita erat in Bibliis armeniis (Venet. 1805). sed hanc versionem existere primus animadvertit Antonius Maria Ceriani[1]). tum Ewaldus e capp. XI. XII plurima germanice vertit[2]). inscribitur „Ezras III." Ezram I. armenium esse Ἔσδραν α' (graec.) ed. Tischendorf. Vol. I. p. 578 sq., Ezram II. armenium Ἔσδραν β' (ibid. p. 598 sq.) Lagardius mihi rescripsit. totam versionem v. cl. Jul. Henr. Petermann me rogante latine vertit, collatis IV codicibus Mechittaristarum Venetorum. clausulam libri Hierosolymis, ubi septentrionalis Germaniae consulatu fungebatur, latine vertit

---

1) Monument. sacr. et profan. Tom. I. fasc. 1. Mediolani 1861. praef. p. XIII. Sul Das vierte Ezrabuch del Dottor Enrico Ewald, osservazioni — letto nella tornata del 12 maggio 1864 della Classe di lettere e scienze morali e politiche Estratte dalle Memorie del R. Istituto Lombardo di scienze e lettere. Milano 1865. p. 2. Monum sacr. et profan. Tom. V. fasc. II, 1. Mediolani 1868. p. 41 sq.

2) Nachrichten von der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften und der G. A. Univ. zu Göttingen, 1865. no. 18. p. 507 sq.

mihique transmisit.[1]). itaque etiam hanc versionem comparare licet, quamvis valde auctam, mutatam et a textu primitivo deflectentem.

5. denique accessit *versio syriaca*. iam Julius Caesar Scaliger[2]) adversus Hieronymum Cardanum scripsit: „Arcana multo plura continentur in libris Esdrae atque potiora quavis enarratione. eos libros, quod hoc eloqui ausus es, suspicor te non vidisse, quorum admirabile ac divinum compendium apud me est Syra conscriptum lingua. in iis igitur longe, ut dixi, praestantiores sententiae continentur, quam in concionibus sordidissimi calumniatoris atque impurissimi impostoris Emanuelis." Fabricio quidem (cod. pseudepigr. V. T. II. p. 179) Scaliger loqui visus est „de compendio LXX librorum sub Esdrae nomine proditorum, quos summa sibi impensa conquisitos lectosque testatus est in Apologia sua Joh. Picus Mirandulanus" (cf. Fabricii l. l. I. p. 1155 not.). neque in catalogo Mss. Bibliothecae Leidensis legati Scaligeriani Fabricius ullam talis compendii mentionem reperire potuit (l. l. II. p. 176).

nobis non epitome, sed versio syriaca innotuit. A. M. Ceriani[3]) hanc versionem annuntiavit: „Venio iam ad codicem syrum B. 21. Inf. [Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis], inter pretiosissimos Europae iam numerandum. — continet praeter libros canonicos V. T. versionis Pescito, de quibus postea dicam, plura alia omnino digna studiis doctorum. habentur enim in eo praeter apocrypham Baruch epistolam, editam in Polygl. Parisiensibus et Londinensibus, sequentes libri:

---

1) equidem Petermanni versionem in notis adscribendis huius operis rationi accommodavi et valde doleo, quod viro clarissimo Hierosolymis moranti singulas plagulas emendandas transmittere non licuit. ipsam versionem fideliter edidi, solis omissis vocabulis armeniis, quia typi deerant, et ipse linguam armeniam omnino non intellego.

2) Exotericarum exercitationum lib. XV, de subtilitate ad Hieronymum Cardanum. Lutet. 1557. p. 422.

3) Monum. sacr. et profan. Tom. I. fasc. 1. Mediolani 1861. p. XIII.

Liber revelationis Baruch filii Neriae versus e graeco in syriacum, cuius finem constituit repetita epistola Baruch modo allata cum aliqua varietate. IV Esdrae cum hoc titulo: Liber Esdrae scribae, qui vocatur Salathiel: — ceterum in nostro codice hic liber praeit canonico, qui inscribitur: Eiusdem Esdrae sermo secundus. quocum ut unius libri coniungitur Nehemia." debitas huius versionis laudes Cerianius pronuntiavit in libello de Henrici Ewaldi libro (Das vierte Ezrabuch etc.) conscripto (Mediolani 1865). ipsam versionem syriacam latine edidit in „Monumentis sacris et profanis opera collegii doctorum Bibliothecae Ambrosianae Tom. I. fasc. II. Mediolani 1866. p. 99 — 124, haec praefatus (p. IV): „Liber noster in codice Apocalypsin Baruch subsequitur in eadem columna, in qua ille finit, incipiens usque ad fol. 276 r°. col. III., quem pone sequuntur Esdrae liber canonicus et liber Nehemiae sine interruptione in unum librum coniuncti ex antiquissimo more hebraeo et graeco. interpretaturus librum in latinum eam inii rationem, ut subiecta latina versione cum variantibus lectionibus, quas illi addidit Sabatier ex libro Sangermanensi et ex patribus, omnia ex iis servarem, quae ad literam Syro responderent, cetera vero ipse verterem ea ratione, quam iam in Apocalypsi Baruch eram secutus. orthographiam vero et interpunctionem ab editione Romana a. 1592 retinui, nisi Syrus aliter postularet."

hanc Ceriani interpretationem latinam ego recepi quidem, sed in scriptione, interpunctione etc. nonnulla mutavi neque ea omnia recepi, quae Cerianius coniectura emendavit. eiusdem notas addidi plerasque, iis solis omissis, quae nullius fere momenti sunt. etiam meas adnotationes addidi. syriacum interpretem signavi *syr*.

cum versio syriaca iam typis imprimeretur, Franciscus Praetorius mihi misit ipsam editionem syriacam in Ceriani „Monumentorum sacrorum et profanorum" Tomi V. fasc. 1. Mediolani 1868. p. 41 — 111. ibi Cerianius suas emendationes publicavit easque, quas A. Le Hir in libro: „Études religieuses, historiques et littéraires", Déc. 1866, Fév., Mars, Mai

1867 ediderat. hac editione (ed. syr.) in ipso libro imprimendo usus sum, et quae in notis sub textu imprimi non poterant addidi p. 261. XII, 32 permittente editione syriaca dedi: „servavit“, non: „servat“ cum latina versione.

itaque omnia fere contuli, quae innotuerunt, ut iam plenum habeamus apparatum criticum. latine, arabice, aethiopice, armeniace, syriace versus est Ezras propheta, sed textus ipse deperditus est. quaerendus igitur est e versionibus, quae omnes fere ad graecum textum revocandae sunt.

III. Ezras propheta graecus.

Latinum interpretem ipsum textum graecum reddidisse nemo dubitat. hanc rationem omnia confirmant: III, 23 *οἱ χρόνοι — οἱ καιροί* interpres vertit: tempora — anni. 31 *καταληπτή* legit *καταλείπτη*. 34 *ῥοπὴ ζυγοῦ* vertit: momentum puncti. 36 *κατ' ὄνομα* vertit: per nomina. Roenschius contulit Joan. X, 3. 3 Joan. 15. IV, 5 *σάτον* reddidit: satum. 7 *εἰ ἤμην ἐπερωτῶν* vertit: si eram interrogans. 8 *ἔλεγες ἄν μοι* vertit: dicebas fortassis mihi. 13. 15 *ἐλογίσαντο λογισμὸν* vertit: cogitaverunt cogitationem (Roenschius contulit Jerem. XI, 19). 18 *εἰ δὴ ἦς* vertit: si enim eras. *ἤμελλες* vertit: incipiebas. 26 *ἐὰν μένῃς* legit *ἐὰν μὲν ἦς*. 37 *τοὺς χρόνους* et *τοὺς καιροὺς* vertit: tempora (bis). 42 *καὶ ταῦτα σπεύδει* verbo tenus reddidit: et haec festinat. 50 *πλεονάζει* vertit: crescit. V, 4 *τὴν μετὰ τὴν τρίτην* (vel *τὴν μετέπειτα τρίτην*) vertit: post tertiam. 5 *αἰθρία* legit *αἴθρια*. 8 *χάος* retinuit. *ἀνεθήσεται* vertit: remittetur. 15 *ὁ λαλήσας ἐν ἐμοὶ* verbo tenus reddidit: qui loquebatur in me. 16 *Φαλτιήλ* legit *Ψαλτιήλ*. 18 *γεῦσαι ἄρτον τινὸς* vertit: gusta panem alicuius. 25 *ἐκλήρωσας* legit *ἐπλήρωσας*. 37 *σκοπὸν* legit *κόπον*. 53 *ὑπὸ τὸν καιρὸν τοῦ γήρως*, *ἐκλειπούσης τῆς μήτρας* verbo tenus vertit: sub tempus senectutis, deficientis matricis. 55 *ὡς ὅτι ἤδη γηρασκούσης τῆς κτίσεως καὶ τὴν ἰσχὺν τῆς ἀκμῆς παρελθούσης* verbo tenus reddidit: quasi iam senescentis creaturae et fortitudinem iuventutis praeterientis. VI, 16 (*τὰ θεμέλια*) *τρομήσει καὶ σαλευθήσεται* verbo tenus vertit: tremi-

scet et commovebitur. 42 διακονούμενα tamquam medium vertit: ministrantia. 46 τῷ πλασθησομένῳ ἀνθρώπῳ vertit: futuro plasmato homini. 57 καταπατεῖν legit et vertit: καταφαγεῖν. 59 ἐν τῷ αἰῶνι vertit: cum saeculo. VII, 4 ἔστι legit ἔσται (nisi fort. scriptum erat ἂν εἴη). ὁμοίαν (τὴν θάλασσαν) vertit: similis (mare). 5 ὃς δ' ἂν θέλων θελήσῃ vertit: quis enim volens voluerit. ib. αὐτὴν (τὴν θάλασσαν) vertit: eam (praecedente voc.: mare). 11 ἐκρίθη τὸ γενόμενον vertit: iudicatum est quod factum est. 12. 14 πόνηραι, πόνηρα vertit: mali, mala. 20 ὁ προκείμενος τοῦ θεοῦ νόμος vertit: quae anteposita est dei lex. 22 ἠπείθησαν vertit: non sunt persuasi. 24 ἡ μνηστὴ καὶ ἐπιφανὴς πόλις vertit: sponsa et apparescens civitas. 33 συσταλήσεται vertit: congregabitur. 57 τοῦ ἀγῶνος, ὃν ἀγωνιεῖται vertit: certaminis, quem certabit. 60 οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτὸν προφήταις vertit: nec post eum prophetis. 61 ἐπὶ τῶν πεισθέντων σωτηρίᾳ vertit: super eos, quibus persuasa est salus. 65 χαρίζεσθαι θέλει μᾶλλον ἢ ἀπαιτεῖν vertit: donare vult pro exigere. VIII, 3 ὥσπερ δὴ vertit: quomodo autem. 5 ἄκουσα prius legit et vertit ἀκούουσα. 6 τύπον legit et vertit τόπον. 8 ὅτε legit et vertit ὅτι. ib. ἀνέχεται τὸ πλάσμα σου τοῦ κτίσματός σου τοῦ ἐν αὐτῷ κτισθέντος verbo tenus reddidit: patitur tua plasmatio tuae creaturae, quae in ea creata est. 28 ἐκ προαιρέσεως σοῦ τὸν φόβον vertit: ex voluntate tua (pro: tuum) timorem. 38 πλάσμα retinuit. 43 ὅτι perperam vertit: quoniam. 44 οὗτος (ὁ σπόρος) vertit: hic (semen). IX, 8 ὅτε legit et vertit ὅτι. 21 ἀφ' ὕλης πολλῆς legit et vertit ἀπὸ φυλῆς πολλῆς. 31 ἐν αὐτῷ (i. e. τῷ νόμῳ) verbo tenus reddidit: in eo (lege). X, 7 πενθεῖ τε legit πενθεῖτε. XI, 4 μείζων τῶν ἄλλων κεφαλῶν verbo tenus reddidit: maius aliorum capitum. 32 ἐκράτησε legit et vertit ἐκρότησε. 39 δι' αἰτῶν (i. e. τῶν ζώων) vertit: per eos (praecedentibus: de IV animalibus). XII, 3 αὐτὰ (i. e. τὰ πτερύγια) verbo tenus reddidit: ipsa (quamvis praecesserit voc.: alae). 47 εἰς αἰῶνα legit et vertit εἰς ἀγῶνα. XIII, 4 ἐτάκησαν legit et vertit ἐκάησαν. 12 τὸ δέκατον (nominativum) vertit: decimam (accusativo). 14 ἔκδυσαι vertit:

exue te. 39 τοῦτο (τὸ ποτήριον) vertit: hoc (praecedente voc.: calix).

etiam *aethiopicum* interpretem ipsa graeca vertisse constat. IV, 4. 43 (II, 5. 51) ἰδεῖν vertit tamquam εἰδέναι. IV, 37 (II, 46) ἐξεγερεῖ vulg. legit et vertit ἐξερεῖ. VI, 10 (IV, 17) ἄλλο legit ἀλλά. V, 5 (III, 10) αἰθρία legit αἰθέρια vel ἄστρα. V, 8 (III, 11) χάος legit et vertit ἦχος. V, 25 (III, 31) ἐκλήρωσας legit ἐπλήρωσας (cf. lat.). VI, 28 (IV, 32) τοσαύταις legit ταύταις. VI, 38 (IV, 41) κτίσεως legit κρίσεως. VII (V), 12. 14 πόνηραι, πόνηρα etiam ae. vertit tamquam πονηραί, πονηρά. VII, 33 (V, 34) τῆς κρίσεως legit: τῆς κτίσεως. VII, 57 (32) τοῦ ἀγῶνος legit et vertit τοῦ αἰῶνος. VIII, 4. 5 (7. 8) fort. νοῦς legit οὖς. VIII, 21 (24) ἀτίμητος legit ἀνίκητος. IX. 5. 6 ἐμφανῆ legit ἐν φωνῇ, ἐμφαναῖς legit ἐν φωναῖς. IX, 17 (16) κτίσις legit κρίσις. X, 28 (43) ἔκστασιν legit ἐξέτασιν. X, 35 (4) ᾔδειν vertit: vidi. XI, 3 (3. 4) 11 (12). 23—25 (27—29). 31 (35). XII, 19 (23). 31 (35) πτερύγια vertit: capita, quasi significarent: extremitatem. XII, 1 τοῦ λέοντος legit τοῦ ἐλεοῦντος (vel ὁ λέων legit ὁ ἐλεῶν). XII, 3 (4) τοῦ ἀετοῦ legisse videtur τοῦ αὐτοῦ. XII, 3 (6) ἐκστάσεως legit ἐξετάσεως. XII, 18 (22) εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτῆς vertit: in loco ditionis eius. XII, 38 (55) ἁγιάσματος legit ἀγαλλιάματος. XIII, 29 (36) ὅτε B. v. legerunt ὅτι. etiam XIV, 3 varia lectio ὅτε et ὅτι. XIV, 48 (53) κτίσεως legit κρίσεως. ceterum Franciscus Praetorius monuit, in versione aethiopica vocabulo ʿâlam (= עולם) et voc. αἰών (lat. saeculum) et voc. κόσμος reddi.

syrus quoque interpres graecum textum reddidit. IV, 26. V, 16. 37. VII, 12. 14. IX, 19 eadem falsa exhibet, quae apud latinum interpretem animadvertimus. IV, 11 αὕτη legit αὐτῇ. IV, 30. 31 voc. κόκκος vocabulo feminino reddidit, sed cum verbis masculinis iunxit. XII, 45 ἔκλαιον vertit tamquam 1. sing. (cf. ar.[1]).

arabicum interpretem ipsa graeca reddidisse equidem non dubito. sed iam J. A. Fabricius l. l. p. 176 arabica e syriacis, syriaca e graecis versa esse coniecit. eandem sententiam Volk-

marus (l. l. p. 318) pronuntiavit: „Die Grundschrift für Ar. mag, wie gewöhnlich, eine syrische gewesen sein, aber diese war die Uebertragung eines griechischen Textes.“ etiam Cerianius (Mon. sacr. et prof. I, 1. praef. p. XIII) arabicam versionem e syriaca processisse asseruit. Lueckius vero (l. l. p. 149 not.) arabicam versionem fortasse e coptica confectam esse censuit. Ewaldus (l. l. p. 22) copticam versionem Arabi supposuit, cuius sermo sit Coptorum christianorum. mihi quidem Arabs ipsa graeca vertisse videtur. III, 19 *πάγος* male vertit: pulverem. V, 8 *χάος* vertit: inertia et admiratio. VI, 2 *ἀστραπῶν* legit *ἄστρων* (cf. ae. arm.). VIII, 5 *ἄκουσα* prius legit *ἀκούουσα*. VIII, 39 *ἐπιδημίᾳ* legit pro *ἀποδημίᾳ*. IX, 8 *ἐν τοῖς ὁρίοις μου* vertit tamquam *ἐν τῷ ὄρει μου*. IX, 17 *κτίσις* legit *κρίσις* (cf. ae.). IX, 39 *καὶ ἀφῆκα* — *διαλογισμοὺς* vertit: et permansi in cogitationibus. X, 28 *αἴτησις* vertit tamquam *εἴδησις*. X, 57 *καθὼς καὶ ὀλίγοι* vertit: sicut parvorum infantium. XI, 4 *τῶν ἄλλων* legit *τῶν ὅλων*. XI, 6 *πῶς* legit *ἕως*. XI, 8 *Μὴ* vertit interrogative. XI, 28 *ἐλογίζοντο* legit *ὠργίζοντο*. XII, 35 *ἐπὶ τῶν ὁρίων μου* vertit tamquam 1. sing. (cf. syr.). XIII, 48 *ἐντὸς τοῦ ἁγίου ὁρίου μου* vertit tamquam *ἐντὸς τοῦ ἁγίου ὄρους μου*. haec omnia ipsa graeca arabice versa esse docent.

epitomatorem arabicum (ar.²) et ipsum graeca ipsa vertisse existimo. discrimen inter utrumque Arabem Ewaldus (Ueber eine arabische Bearbeitung des 4ten Ezrabuchs, in: Nachrichten von der G. A. Universität und der Königl. Gesellschaft der Wiss. zu Göttingen 1863, no. 11. p. 163 sq.) hoc fere intercedere statuit: „Der Unterschied zwischen beiden ist im Grossen der, dass der Verkürzer, indem er nach dem zuvor Gesagten freier verfuhr und mehr eine neue Bearbeitung als einen blossen Auszug geben wollte, zugleich auch eine schönere arabische Sprache und gefälligere Darstellung herzustellen suchte. Zwar ist auch schon die ältere arabische Uebersetzung von freier Haltung. — Allein übrigens hatte sich dieser arabische Uebersetzer, gewiss ein Monophysit etwa in Aegypten lebend, mehr der gemeinen ara-

bischen Mundart bedient, welche damals unter den ägyptischen Christen herrschend sein mochte. Offenbar nur weil er darin dem feinern Geschmacke weniger genügt hatte, kleidete der spätere Abkürzer alles in ein noch schöneres arabisches Gewand, nahm sich die Sprache des Qoran's zum Muster und wollte noch weit mehr mit den vielgelesensten arabischen Schriftstellern seiner Zeit wetteifern."

de *armenio* interprete iudicium ferre non audeo. sed moneo, eum VI, 2 praebere ἄστρων pro ἀστραπῶν, VIII, 5 ἄκουσα recte vertisse, VIII, 20 ὑπερῷα bene reddidisse: coenacula, XI. 8 μή fortasse tamquam interrogativum interpretatum esse.

si non omnes, pleraeque saltem versiones ad ipsum textum graecum revocandae sunt. inter omnes autem interpretes optimum et fidelissimum esse latinum iam graeca fragmenta 4 Ezr. V, 35. VIII, 2. 3 docent, quamvis et ipse iam nonnulla addiderit (VI, 39. 48. X, 44. XI, 39) et XII, 2 non accurate reddiderit. proximus accedere videtur syrus interpres, qui latini interpretis fidem plerumque confirmavit, tum Aethiops, tum Arabs, quem viri docti parum aestumaverant, equidem ante syriacae versionis notitiam nimium aestumavi [1]). minor fides est armenii interpretis. Arabem paraphrases potius quam versionem praebere dicunt [2]), Aethiopem interpretari potius quam vertere. sed etiam hi interpretes accuratius intellecti ad latinum interpretem syrumque propius accedunt neque alteram textus recensionem, quam Volkmarus supposuit, constituunt [3]).

singulis igitur interpretationibus Ezram prophetam graece restitutum praemittere ausus sum. nam latinus interpres in graecis reddendis tam certas leges secutus est, ut ceteris in-

---

1) etiam P. J. S. Vogel in commentatione infra (p. XLIX) laudanda p. 47 arabicam versionem latinae longe praestare censuit.

2) cf. Vlis. l. l. p. 2, Lueckii l. l. p. 148, Volkmari l. l. p. 317.

3) haec altera recensio plane ficta est VI, 24, ubi iam lat. praebet: qui inhabitant eam.

terpretibus collatis ipsa fere graeca recognoscere possimus. periculum feci, adiutus a Paulo de Lagarde et Hermanno Roensch[1]). Ezram prophetam iam germanice nonnulli viri docti verterunt. nonne licet eum graece vertere? hoc mihi et interpretis et editoris officium postulare videbatur. graeco igitur Ezrae prophetae interpretationem ipsam adieci.

quem graece restituere conatus sum librum, etiam primitus graece scriptum esse constat. testes sunt graeci verborum lusus: V, 3 *ἄστατος καὶ ἄβατος*. V, 26 *πτηνῶν — κτηνῶν*. VI, 21 *καὶ ζήσονται καὶ διεγερθήσονται*. VII, 26 *καὶ φανήσεται ἡ μνηστὴ καὶ ἐπιφανὴς πόλις*. XII, 24. 25 *αἱ κεφαλαὶ — οἱ ἀνακεφαλαιώσουσι* al. post C. G. Bretschneiderum[2]) solus Ewaldus[3]), quem Volkmarus l. l. p. 328 castigavit, Pseudo-Ezram hebraice scripsisse asseruit. etiam Lueckius l. l. p. 154 hunc librum propheticum primitus graece scriptum esse censuit[4]).

arduam rem agressus bene scio meum laborem saepius emendandum esse. „Addendis et corrigendas" (p. 110—113) iam nonnulla addere licet.

---

1) iam typis impressa maxima huius libri parte, Roenschius mihi transmisit librum magna doctrina plenum: Itala und Vulgata. Das Sprachidiom der urchristlichen Itala und der katholischen Vulgata unter Berücksichtigung der römischen Volkssprache durch Beispiele erläutert Marburg et Lips. 1869.

2) Das Messiasreich nach dem 4. Buch Edra etc. in: Henrici Philippi Conradi Henke Museum für Religionswissenschaft in ihrem ganzen Umfange. Vol. III. Magdeb. 1806. fasc. III. p. 476 sq: antea Joannes Morinus Exerc. Bibl. lib. II. p. 225 hunc librum hebraice aut saltem chaldaice primum scriptum fuisse contenderat.

3) Geschichte des Volkes Israel, vol. VII. Geschichte der Ausgänge des Volkes Israel und des nachapostolischen Zeitalters. Gotting. 1859. p. 63.

4) „Kurz, ein hebräisches Original ist in keiner Weise erweislich. Dagegen hat van der Vlis sowohl aus der lat., als der äthiopischen Uebersetzung so viel Gräcismen nachgewiesen, dass, wenn man den Maassstab des neutestam. Gräcismus anlegt, keinen Augenblick zweifelhaft sein kann, dass das Buch ursprünglich griechisch geschrieben ist."

III, 3 *ἐκινήθη*. ventilatus est. Roenschius coniecit *ἐκερατίσθη*; nam voc. ventilare non tantum voc. *λικμᾶν* (Jes. XLI, 16), sed etiam voc. *κερατίζειν* (Deuter. XXXIII, 17) respondere. cf. eiusdem librum: Itala und Vulgata p. 384.

III, 4 *καὶ ἐνεφύσησας εἰς αὐτὸν πνεῦμα ζωῆς*. Roenschius contulit Ambros. de Noë et arca c. 24 (Opp. ed. Colon. I, 97 D.): insufflavit in faciem eius spiritum vitae.

III, 11 *καὶ* supplendum est ante *ἐξ αὐτοῦ*.

III, 16 *ἐμίσησας*. lat. interpres accuratius verteretur *ἀπεχώρισας*. sed cf. Mal. I, 3 et ceteras versiones.

IV, 1 *Οὐριήλ*. cf. etiam 1 Chron. VI, 9 *Οὐριὴλ υἱὸς αὐτοῦ*. XV, 5 *Οὐριὴλ ὁ ἄρχων*.

IV, 27 *καὶ οὐ χωρεῖ*. secundum Roenschium l. l. p. 351 vertendum esset: *καὶ οὐκ ἐνδέξεται*. sed nihil muto.

IV, 28 fort. secundum lat. interpr. legendum est: *ἐσπάρη γὰρ τὸ κακόν — περὶ ὧν ἐπερωτᾷς ἐρῶ —, καὶ οὔπω ἥκει ὁ ἄμητος αὐτοῦ*.

IV, 45 *τῶν μελλόντων* delendum est secundum lat. interpr. accuratius editum.

IV, 51 *Δοκεῖς* = putas. Roenschius reddere maluit *Ἆρα*, cf. Luc. XVIII, 8 Cantabr.: putas filius hominis veniens inveniet? cf. Roensch. l. l. p. 343.

IV, 52 *καὶ* ante *ἀπεκρίθη* delendum est secundum lat. interpr.

V, 15 lege: *ὁ ἐλθὼν ἄγγελος* pro: *ὁ ἄγγελος*.

V, 28 accuratius edito lat. interprete emendo: *καὶ ἠτίμασας* (*ἡτοίμασας* legit lat. interpr., cf. Volkmar. ad h. l.) *τὴν μίαν ῥίζαν ὑπὲρ τὰς ἄλλας*.

V, 39 in notis laudatur Ambrosius de bono mortis v. 10. ibi voc. „scriptura“ uncinis includendum est.

V, 42 *Στεφάνῳ ὅμοιον τὸ κρίμα μου*. cf. etiam Clementis Rom. Recogn. I, 42: ad salutis coronam veniant non sine palma victoriae.

V, 52 legendum videtur: *ἐρεῖς δὲ* (lat. enim, cf. VI, 8) *αὐτῇ*, cf. ae. arm. (*δὲ* om. syr. ar.[1]).

VI, 1 *καὶ πρὶν ἢ στῆναι τὰς ἐξόδους τοῦ αἰῶνος*. cf.

Mich. V, 1 LXX *καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος.*

VI, 34 *ἡμερῶν* lege: *χρόνων.*

VI, 37 *ἤγχετο* vel *ἠγωνία.*

VI, 46 *δουλεύειν.* lege: *καταδουλεύειν.*

VI, 48 *αἱ γενεαί.* lat. nationes, sed syr. ae. ar.[1]: generationes.

VI, 56 *ὅτι.* lege: *τί.*

VII, 18 fort. *οἱ δὴ* (autem) *δίκαιοι.*

VII, 20 *ἀπόλοιντο.* pereant (= peribunt). lege: *ἀπολοῦνται*, cf. syr. arm.

VIII, 6 *θεραπείαν.* culturam. fort. *ἐπιμέλειαν*, cf. Herm. Past. Sim. IX, 26 p. 138, 2. Roenschius (l. l. p. 311) suasit *θρησκείαν.*

VIII, 8 secundum lat. interpr. accuratius vertendum esset: *τοῦ κτίσματός σου τοῦ ἐν αὐτῷ κτισθένος.* sed syr. ae. om. *σου.*

VIII, 11 legendum: *ἵνα τρέφηται τὸ πλασθὲν ἕως καιροῦ τινός, καὶ μετὰ ταῦτα διαθήσῃς* (lat. int. legit *διαθήσεις*) *αὐτὸν τῷ ἐλέῳ σου.*

VIII, 34 legendum videtur *τί δέ* (lat. enim, cf. VI, 8) *ἐστιν* pro: *τί γάρ ἐστιν*, cf. syr. ae., *δὲ* om. ar.[1] arm.

IX, 3. 20 *συστάσεις* (vel *συστήματα*). cogitationes. in re difficillima poteris etiam *μηχανήματα* coniicere. sed cf. 4 Ezr. XV, 3: a cogitationibus adversum te. cogitatio est *ἐπιβουλή*, cf, Roensch. l. l. p. 308 (*βουλή*).

IX, 18. fort. legendum est *αὐτοῖς* ante *τοῖς νῦν οὖσι.*

IX, 34. 35 accuratius edito lat. interpr. legendum est: *καὶ ἰδοὺ νενόμισται, ὅτι ἐὰν λάβῃ γῆ σπέρμα, ἢ ναῦν θάλασσα, ἢ σκεῦος ἄλλο βρῶμα ἢ πόμα, κἂν τύχῃ ἐξολεθρευθῆναι τὸ ἐσπαρμένον ἢ τὸ τεθειμένον ἢ τὰ ὑποληφθέντα ἐξολεθρευθῆναι, τὰ δὲ ὑποδεξάμενα μένει.*

X, 15 *γενναίως φέρε.* fortiter fer. cf. Clementis Rom. epi. ad Jac. 16 *γενναίως φέρε.* Rufinus vertit: (esto) fortiter ferens.

X, 22 lege *τὸ ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν* (non *τὸ ὠνομασμένον*) *ἐφ' ἡμᾶς.*

X, 33 ἀναμνήσω, commonebo. melius ὑπομνήσω, cf. 3 Joan. 10.

X, 34 ἵνα μὴ μάτην ἀποθάνω. ne frustra moriar. cf. Clem. Hom. VIII, 17. p. 90, 29 ἀώρους ἀποθνήσκειν. fort. talia postulant versiones syr. et aeth.

X, 59 delendum est ἐν ante ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις.

XI, 42 τῶν εὐπορούντων. qui fructificabant. fort. τῶν καρποφορούντων, cf. Barnabae epi. XI. p. 38, 20. et Roensch. l. l. p. 176.

XIII, 51 fort. διὰ τί pro διότι scribendum, et interrogatio retinenda est.

XIV, 11 δώδεκα γὰρ μέρεσιν ἐμερίσθη ὁ αἰών. Ewaldus (Gesch. d. nachapostol. Zeitalters p. 65 not. 3) contulit etiam Orac. Sibyll. IV suamque commentationem de libris Sibyllinis p. 49 sq.

XIV, 19 ἀναμνήσει. commonebit. fort. ὑπομνήσει cf. X, 33.

XIV, 40 ἐπηύξησε. increscebat. melius ἐπηυξήθη.

XIV, 44 δημοσίευε, lege: δημοσίευσον.

XIV, 49 τῶν ζώντων in aeth. versione solus cod. B. praebuit, fortasse delenda.

etiam plura emendanda erunt. mihi sufficit fundamentum iecisse. ceteras autem versiones, quas ad graecum Ezram prophetam contuli, me postea hic illic emendatiores edidisse nemo mirabitur.

IV. Ezrae prophetae additamenta.

1. Ezrae prophetae liber II.

Ezrae prophetae addita esse c. I. II. XV. XVI, quae latine servata sunt, iam inter omnes constat. haec capita duo additamenta separata viri docti existimant. Alfredus de Gutschmid, cui primam horum capitum disquisitionem accuratiorem debemus[1]), c. I. II a Christiano quodam Aegyptio

---

1) Die Apokalypse des Esra und ihre spätern Bearbeitungen, in: Zeitschrift für wiss. Theologie 1860. p. 1—33.

anno fere 201 p. Chr. addita esse censuit, c. XV. XVI et ipsa a Christiano Aegyptio anno fere 263 p. Chr. Volkmarus l. l. p. 277 c. I. II seu Ezrae librum V. anno fere 160 p. Chr., c. XV. XVI seu Ezrae librum VI. circa annum 260 p. Chr. addita esse asseruit. idem l. l. p. 295 sq. bene monuit: „Den Christen trieb die Esra-Prophetie dazu, denselben Esra es nachträglich noch selbst aussprechen zu lassen, dass das ungehorsame Israel verworfen, und an seine Stelle ein neues Volk von wirklich in Jesu Getreuen aus den Heiden berufen sei, was in jenem „Liber Esdrae prophetae secundus“ geschah.“ sed etiam Volkmarum fugit, quod „liber Ezrae prophetae secundus“ c. I. II non ad finem perducitur, altera vero pars male separata sequitur c. XV. XVI. illa fine, haec initio carent. nam frustra Volkmarus l. l. p. 282 contendit: „Aber möglich bleibt, dass das christliche Flugblatt einfach so begonnen hat: Ecce! loquere in aures plebis meae .... dicit dominus.“ Ezras II, 49 ab angelo iubetur annuntiare populo christiano, qualia et quanta mirabilia domini viderit. haec continuantur XV, 1: „ecce loquere in aures plebis meae sermones prophetiae, quos immisero in os tuum, dicit dominus“ etc. hoc mirum esset proprii libelli initium. omnia optime sibi congruere et ab eodem Christiano occidentali anno 268 p. Chr. scripta esse in adnotationibus demonstravi.

itaque Ἔζρας ὁ προφήτης β', fortasse Romae scriptus, iam exeunte tempore XXX tyrannorum quod dicunt, Ἔζρᾳ τῷ προφήτῃ α' additus est, ut regnum Dei a Judaeis, quibus Ezras propheta prior vaticinatus est, translatum ad gentes Christi fidem sequentes describeret et Christianis, quos Romanum imperium vexaverat, martyrii coronam futuram proponeret. quo libro altero addito prioris libri clausula, quae Ezram iam assumptum dixit, deleta est. „Ezras prophetas I“ latine finitur XIV, 48 verbis: „et feci sic.“ in duas autem partes divisus est „Ezras propheta II,“ quia mirabilia domini, quae populo Dei annuntiare iubetur (II, 49), ad antiquioris Ezrae prophetae visiones (4 Ezr. III—XIV) referebantur.

etiam „liber secundus Ezrae prophetae“ graece scriptus

est. I, 7 irritaverunt = *ἠκύρωσαν*, cf. Roensch. l. l. p. 165. I, 8 indisciplinatus = *ἀπαίδευτος*. I, 38 cum gloria = *ἐν δόξῃ*. II, 1 irrita fecerunt (cf. XV, 19) mea consilia = *ἀκύρους ἐποίησαν ἐμὰς βουλάς* (cf. Prov. I, 25). II, 6 confusionem (cf. XVI, 27) = *σύγχυσιν*. II, 27 satagere = *ἀγωνιᾶν*. (cf. Clem. Recogn. IV, 19 qui pro salute eorum satagimus. Roenschius maluit *περισπᾶσθαι*, cf. Luc. X, 40 Italae codd. pl.). II, 28 zelabunt (cf. XV, 52. XVI, 49) = *ζηλώσουσιν*. II, 37 commendatum domini = *τὸν κεχαρισμένον* vel *ἀγαπητὸν τοῦ κυρίου*, ceterum Clem. Rec I, 11 commendato eo, cf. Hom. I, 14 *παραθέμενος αὐτόν*. Roenschius coniecit: *τὴν παραθήκην τοῦ κυρίου*, cf. 2 Tim. I, 12. 14. XV, 3 discentium = *τῶν μανθανόντων*, cf. Clem. Recogn. V, 8 propter quod consilium do unicuique discentium et Roensch. l. l. p. 107 sq. XV, 6 superposuit = *ὑπερέθηκεν*. XV, 8 de impietatibus quae irreligiose agunt = *περὶ ὧν ἀσεβοῦσιν ἀσεβημάτων*. XV, 15. 22. 41. 57. XVI, 32 rumphaea = *ῥομφαία*. XV, 16 inconstabilitio = *ἀκαταστασία* (Roenschius contulit Jac. III, 16 sq.). ib. megistanorum = *μεγιστάνων*. XV, 19 ad irritum faciendum domos eorum in gladium = *πρὸς τὸ ἀκύρους ποιῆσαι*[1] *τοὺς οἴκους αὐτῶν εἰς μάχαιραν*. ib. substantias (cf. XVI, 47. 63) = *οὐσίας*. XV, 20 a libano = *ἀπὸ λιβός*. XV, 25 filii apostatae = *υἱοὶ τοῦ ἀποστάτου*. XV, 25 sanctificationem = *ἁγίασμα*. XV, 28 visio et horribilis = *ὅρασις καὶ φρικτή*. XV, 33 subsessor = *ὑφεδρεύων*. XV, 39 notum = *νότον*. ib. violabitur = *βιασθήσεται*. XV, 45 qui subremanserunt = *οἱ ὑπομείναντες*. XV, 48 adinventionibus (cf. XVI, 55. 64) = *ἐπιτηδεύμασιν*. XV, 49 violationem = *βιασμόν*. XV, 50 flos siccabitur = *ἄνθος ξηρανθήσεται*. XV, 51 mastigata = *μαστιζομένη*. XV, 53 exaltans percussionem manuum et dehiscens = *ἐξαίρουσα*

---

1) Roenschius maluit *ἀθετῆσαι*, sed etiam monuit, *irritum facere* alibi valere *ἀθετεῖν*, cf. Marc. VII, 9 Rehd. Vulg. Gal. III, 15 Clar. 1 Tim. V, 12 Dem. Amiat. Fuld. Vulg. Ebr. X, 28 Dem. Amiat. Fuld. Vulg., *ἀκυροῦν* Matth. XV, 6 Rehd. Amiat. Fuld. Vulg. Gal. III, 17 Clar. Dem. Amiat. Fuld. Vulg.

κρότον καὶ καταχαίνουσα. XV, 59 primaria = *πρωτεύουσα.* XVI, 6 mox quae coeperit = *αὐτίκα ἀρξαμένη.* XVI, 18 potestates = *αἱ ἐξουσίαι.* XVI, 37 eum (i. e. verbum) = *αὐτὸν* (i. e. *τὸν λόγον*). XVI, 39 uno puncto = *μιᾷ στιγμῇ.* XVI, 40 illum (i. e. saeculum) = *αὐτὸν* (i. e. *τὸν αἰῶνα*). XVI, 41 circumtenent = *περιέχουσι.* XVI, 44 qui putat = *ὁ κλαδεύων* (secundum Roenschium). XVI, 45 sine causa = *εἰκῇ.* XVI, 50 (cf. 51) zelatur = *ζηλοῦται?* XVI, 54 super caput eius = *ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὑτοῦ* (suum). XVI, 58 mare et conceptum eius = *τὴν θάλασσαν καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς* (cf. Ps. XCV, 11. XCVII, 8). XVI, 60 eum (i. e. coelum) = *αὐτὸν* (i. e. *τὸν οὐρανόν*). XVI, 61 potaret = *πίῃ* (vel *ποτίσῃ* sec. vulg. textum). XVI, 62 qui iunxit hominem = *ὁ συνάψας τὸν ἄνθρωπον.* ib. cor suum = *τὴν καρδίαν αὑτοῦ* (eius). XVI, 65 traducet = *ἐλέγξει.* XVI, 66 confusi eritis = *συγχυθήσεσθε.* XVI, 69 idolis occisam = *εἰδωλόθυτον.* XVI, 71 locis locus = *τόποις τύπος?* ceterum Ezras propheta II non ab eodem latine versus esse videtur, qui Ezram prophetam I latine vertit.

2. 4 Ezr. (VI), 17 — VII, 45.

Paulus Jochim Sigismundus Vogel[1]) etiam 4 Ezr. VII, 25 — VIII, 19 spuria esse censuit. quae versio arabica inter VII, 35 et 36 exhibeat, addita esse. additamentum intellegi ex ipso genere dicendi, quod, si in reliquo libro sobrium dici possit, in hoc additamento ieiunum appellandum sit. accedere, quod descriptio infelicitatis vel felicitatis vita functorum (VI), 51 sq. minime cum ea conveniat, quam sistit cap. VIII, 52. 59. sed idem additamentum fuisse etiam in versione latina, inde apparere, quod VII, 35 cum v. 36 non cohaereat, v. 36 autem cum additamento arabico opportune nexus sit, qui et in ipsa arabica versione hoc *ἐπίβλημα* protinus excipiat. „possunt igitur et ea, quae hoc *ἐπίβλημα* in

1) Commentatio de coniecturae usu in crisi Novi Testamenti, cui adiecta est altera de quarto libro Esdrae. Altorfii 1795. p. 52 sq.

versione latina praecedunt, et quae sequuntur, auctori supposita esse et sunt certissime. finis interpolationis clare notatur in vers. lat. VIII, 20: „Initium verborum Esdrae priusquam assumeretur,“ quae nota seriei orationis insiticia oratione interruptae in vers. Ar. deest. initium intextorum ibi sine dubio ponendum, ubi oratio, si omnia, quae sunt intermedia, sustuleris, cum cap. VIII, 20 apte cohaeret. posuerim igitur in c. VII. v. 25. Uriel respondet Esdrae querenti, quod iusti promissiones sibi datas non perciperent, culpam esse ipsorum. nam: v. 24 „legem Dei spreverunt et sponsiones eius abnegaverunt et in legitimis eius fidem non habuerunt et opera eius non perfecerunt. regerit Esdras cap. VIII, 20: et dixi: Domine, qui (vers. Arab.) es ante sempiterna tempora, et qui accurate perspicis coelos et omnia sublimia, cet. v. 24 „exaudi orationem servi tui“ etc. v. 26 „nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate serviunt.“ posset quidem et 25. capitis VII. v. „propter hoc, Esdra, vacua vacuis (Ar. vanis), et plena plenis (Ar. perfectis)“ esse ab auctore; sed cum sensus his verbis extorqueri non possit, probabilius statuimus, interpolatorem eo transitum utcunque sibi parasse ad ea, quae inserturus erat. quae si sic habent, excidit v. 28, qui Messiae nomen tribuit Jesu. interpolatorem Christianum fuisse ex hoc versu intelligitur, a Judaeis ad Christianos transgressum; commenta eum iudaica cum doctrina Christi copulasse, ex reliquo additamenti argumento cognoscitur, praecipue ex VII illis felicitatis et infelicitatis post VII a morte dies adeundae gradibus, quos supra commemoravimus.“

haec omnia Ricardus Laurence l. l. p. 292 sq. iam refutasse existimatur. ex parte vere refutavit. sed 4 Ezr. (VI), 17—VII, 45 (usque ad verba: in iudicio) et ipse spuria indicavi[1]), neque Langenius l. l. p. 115 me refutavit. haec leguntur quidem in omnibus versionibus et iam Ambrosio nota erant. quae in latina versione desunt, in syriaca fidelissime servantur. sed etiam XI, 20 in plerisque versionibus

1) Die Propheten Esra und Daniel p 30 sq

(lat. syr. aeth. Laur., arm.) falsa illa ἀπὸ τῆς δεξιᾶς leguntur, quae re ipsa et aethiopicis codicibus melioribus damnantur, ab Arabe utroque omittuntur. videntur quidem illa, quae addita esse censeo, reliquo libro confirmari. nam Ezras VII, 46 dixit: οὗτός ἐστιν ὁ λόγος μου ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὅτι κρεῖττον ἦν μὴ δοῦναι τὴν γῆν τὸν Ἀδάμ, ἢ ἤδη δοῦσαν εἶρξαι τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν. itaque videtur ea repetere, quae (VI), 38 sq. leguntur: „O quid fecisti, terra, a qua isti nati sunt et eunt in perditionem" etc. sed etiam IV, 12 (cf. V, 35 sq.) similia dicta sunt. Ezras IX, 15. 16 dixit: Πάλαι ἐλάλησα καὶ νῦν λαλῶ καὶ μετέπειτα λαλήσω, ὅτι πλείονές εἰσιν οἱ ἀπολλύμενοι τῶν σωζομένων, καθὼς πλεονάζει κῦμα ὑπὲρ σταγόνα. itaque repetere videtur (VI), 10: „et nunc apparet, quia paucis futurum est ut saeculum futurum ferat iucunditatem, multis vero tormentum." sed eadem fere etiam IV, 38. 39. VII, 47 sq. 69. VIII, 14. 35. 36. 44 dicta sunt.

omnes illos versus genuinae prophetiae postea additos esse, iam (VI), 26—33 evincit, ubi angelus dixit: „Lapides pretiosi si fuerint tibi et pauci, contra numerum horum constitue (στῆσον) tibi plumbum et argillam. plus autem est argentum quam aurum, et aes quam argentum, et ferrum quam aes, et plumbum quam ferrum, et argilla quam plumbum. confer ergo tu et vide, utrum pretiosa et cara multa sint an pauca." quae si angelus iam dixisset, profecto non tamquam nova eadem fere pronuntiasset VIII, 2: ἐρῶ δὲ ἐνώπιόν σου παραβολήν, Ἔζρα· ὥσπερ δὴ ἐρωτήσεις τὴν γῆν καὶ ἐρεῖ σοι ὅτι δώσει χθόνα πολλὴν μᾶλλον, ὅθεν ἂν γένοιτο ὀστράκινον, ὀλίγην δὲ κόνιν, ὅθεν χρυσὸς γίνεται· οὕτω καὶ ἡ πρᾶξις τοῦ παρόντος αἰῶνος. angelus non dicit: ἐρῶ δὲ ἐνώπιόν σου πάλιν παραβολήν. repetitionem autem praecedentia potius quam sequentia indicunt. nam angelus dixit (VI), 24: „Audi me, Ezra, et dicam tibi, et *denuo* erudiam te." omnia fere hic repetuntur, cf. (VI), 19 et IV, 38. VIII, 35; (VI), 20 et VIII, 3. 55. IX, 15. 22; (VI), 21 et III, 20. 21. 26. IV, 4. 28 sq. VI, 26. VIII, 53; (VI), 25 et VIII, 1; (VI), 35. 36 et VII, 61. VIII, 38 sq.; (VI), 38 sq. et VII, 46 sq.; (VI), 39. 46

et VIII, 4 sq.; (VI), 46. 47 et VII, 22—24. VIII, 55—58. IX, 10—12; (VI), 50 et VIII, 47—49; (VI) 71 et VII, 55.

quae spuria iudico, bene deesse possunt, iisque eiectis visionis III. nimius ambitus tollitur. nihil excidit, quae Ewaldi est sententia[1]), sed illa addita sunt. etiam debent deesse. nam nimium evagantur et a prophetiae fine aberrant. iam (VI), 18—58 totius generis humani fata deflentur. Ezras autem propheta de solo populo Dei contristatur (V, 27—30. 36. VIII, 26 sq. 45), ceteras gentes se ne curare quidem confessus (VI, 55—59. VIII, 15. 16). etiam quae Ezras propheta VIII, 6—13. 44 de toto genere humano questus est, ad solum Dei populum redeunt, cf. v. 12. 45. hic vero scriptor populum Dei non curat. quae autem (VI), 49—76 quaeruntur et respondentur, ab huius prophetae mente etiam aliena sunt. quaeritur, utrum mortuorum animae usque ad resurrectionem futuram quiescant, an statim crucientur. genuina prophetia respondet, etiam iustorum animas in inferni promptuariis messem mercedis suae exspectare (IV, 35), omnes homines ibi dormire et quiescere (VII, 32) et in iudicio demum futuro mercedem recepturos esse (VII, 35), itaque mortuos exspectare iudicium (VII, 47. 56), iustos quidem omnia

1) Geschichte des nachapostol. Zeitalters p. 66 not. 2: „Von V, 14 bis VI, 34 geht deutlich der 2te Abschnitt: der folgende aber von VI, 35 wäre bis IX, 25 schon an sich zu unverhältnissmässig lang, zumal man jetzt auch nach der Aethiop. Uebersetzung den wahren Umfang dieses ganzen Theiles einsehen kann; da sich nun von VI, 77 (nach der Zählung in der Aeth. Uebers.) an auch der Inhalt ändert, so kann man mit Recht annehmen, dass vor dieser Stelle VI, 77 Aeth. wohl schon in der Griechischen Uebersetzung einige Zeilen ausgefallen waren, welche den Schluss des 3ten und den Anfang des 4ten Abschnittes enthielten. Ja dasselbe folgt aus der Bemerkung VI, 35, dass Ezra 3 mal 7 Tage streng fasten sollte, nämlich nach dem Vorbilde Dan. X. 2 f.: jedes dieser damaligen strengen Fasten soll also jeden der 3 Abschnitte einleiten, wo er eben die höchsten Offenbarungen in den 3 Stufen empfängt: und schon hinter V, 12 musste dieses in der Urschrift noch kurz erwähnt sein. Das Buch ist überhaupt, weil so ausführlich gehalten, früh vielfach verstümmelt worden." profecto levissimum argumentum!

bona, iniustos autem tormenta (VIII, 59. IX, 12). hic vero scriptor statim post mortem iustorum animas gloriam Dei adorare et beatitudine frui, impiorum animas „promptuaria non ingredi, sed ex hoc nunc esse in supplicio et gemere et contristari VII viis“ docet. intellegunt quidem impiorum animae „supplicium, quod paratum est in novissimo“ (v. 59). iustorum autem animae intellegunt „gloriam reservatam eis in novissimo“ et futuram beatitudinem (v. 68 sq.), sed iam ita delectantur VII viis (v. 64), in promptuariis gaudentes et ab angelis custoditi (v. 68), ut queri non possint *Ἕως πότε ὧδε; καὶ πότε ἐλεύσεται ὁ θερισμὸς τοῦ μισθοῦ ἡμῶν* (IV, 35); *τὰ ἐν ᾅδῃ ταμιεῖα τῶν ψυχῶν* (IV, 41), quibus omnes animae commendatae sunt (VII, 32), hic iam prorsus separata sunt, cf. (VI), 54. 55. 74. 75. ultimum iudicium in mortuis, sive iustis sive impiis, iam quodam modo praecipitur. Ezrae autem receptio vel exemptio e tristi mortuorum conditione (XIV, 9 sq.) nihil fere valeret, iustis quibusque illa ratione iam exemptis. quod autem (VI), 77 - VII, 45) in ipso iudicio nemo pro aliis deprecari posse dicitur, et ipsum a populi Dei fatis, quae Ezras propheta sola curat, longe aberrat.

haec omnia non Judaeum, sed Christianum tertii fere saeculi scripsisse, etiam evangeliorum usus docet. (VI), 71. 72: via sexta, quando ostendetur eis, quomodo futurum est ut facies eorum luceant sicut sol (cf. Matth. XIII, 43 *τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος*) —. via septima, quae maior est ceteris praedictis, quod gloriantur cum fiducia et confidunt neque confunduntur et accelerant ut videant faciem illius, cui subiecerunt se in vita sua, et illius a quo futurum est ut glorificentur et ut accipiant mercedem“ (cf. Matth. V, 8 *μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται*). nonnulla etiam Clementis Romani Recognitiones et Hippolytus illustraverunt, cf. quae ad (VI), 59. 90 syr. notata sunt.

qui haec tertio fere saeculo ineunte Ezrae prophetiae inseruit, etiam singularia aliqua docuit: mortuorum animis VII dies esse libertatis (v. 75. 75) et in die iudicii neminem

posse pro aliis intercedere (v. 77 sq.), quae catholicae doctrinae non plane congrua et iam ab Hieronymo adv. Vigilantium damnata postea remota sunt [1]). sed tam inepta ratione remota sunt, ut etiam (VI), 1—17 deleta, VII, 36—45 servata sint. equidem illa graece vertere nolui.

V. De Ezrae prophetae origine.

Ezrae prophetae aetas iam diu controversa est. Joannes Salomo Semler [2]) hunc librum iam exeunte saeculo ultimo ante Chr. a Judaeo hellenista conscriptum esse censuit, quem secutus est P. J. S. Vogel (cf. supra p. XLIX not.). sed J. A. Fabricius ad 4 Ezr. XII, 15 notaverat, e XII (et VIII) regibus, qui aquilae alis et pennaculis repraesentantur, secundum regnantem „amplius tempus prae XII" esse Augustum imperatorem, quam opinionem confirmare videtur XI, 17: „nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius." Fabricius et Semlerus duas illas vias praeiverunt, quibus viri docti aut ante aut post Christum natum huius libri originem quaesiverunt.

Fabricii sententiam verae Ezrae prophetae aetati non congruere Fridericus Gotthold Hartwig [3]), qui primus hanc viam ingressus est, invitus docuit. si secundus ex illis XII et VIII regibus esset Augustus, ad saeculi tertii imperatores Romanos deduceremur, quum Ezras propheta iam diu notus erat.

---

1) cf. Lueckii l. l. p. 157, Volkmari l. l. p. 92.

2) in praefatione ad (Oederi) Christl. freie Untersuchung über die Offenbarung Joh. Hal. 1769. p. 19. Vorzügliche theologische Briefe. Erste Sammlung. Lips. 1781. p. 194 sq. ante Semlerum omnes fere viri docti huius libri auctorem existimaverunt Judaeum doctrinam christianam amplexum; Montanistam fuisse Petrus Alixius (in ep. ad Ez. Spanhemium, inserta huius operi de usu et praestantia numism., T. I. ed. Lond. p. 70) coniecit, circa a. C. 99 scripsisse, Guil. Whiston (in: Essay on the apostolical Constitutions p. 34. 76. 304 sq.), cf. Fabric. cod. pseudepigr. II. p. 174 sq.

3) Apologie der Apokalypse wider falschen Tadel und falsches Lob. Vol. IV. Chemnitii 1783. p. 211 sq.

Hartwigius imperatorum Romanorum seriem (XII alas, VIII pennacula, tria capita) usque ad Caracallam deduxit, quo imperante anno fere 217 p. Chr. Montanista aliquis hunc librum composuerit. haec opinio iam Clementis Alexandrini testimonio refutatur. in primi saeculi exeuntis imperatoribus substitit Hermannus Corodi[1]), qui XII alas maiores interpretatus est C. Julium Caesarem et sequentes Romanos imperatores, sed sibi ipsi non constitit, XII illas alas et tria capita ultima confudit, VIII vero pennacula rectores provinciarum, imperii petitores et rebelles intellexit[2]). XII alas maiores vel

---

1) Kritische Geschichte des Chiliasmus. Tiguri 1781. p. 179 sq.; Versuch einer Beleuchtung der Geschichte des jüdischen und christl. Bibelkanons, Hal. 1792. Vol. I. p. 136 sq.

2) Chil. I. p. 207 sq.: „Die 12 Federn (auch die Flügel) bedeuten 12 Könige, unter denen etliche Candidaten des Throns, die ihn wirklich besteigen, aber nicht regieren. Wenn man diese Könige mit den 3 Häuptern zusammen nimmt, und die, welche nicht regiert haben, auslässt, so kommen wieder 12 (aber wirkliche) Könige heraus. Die 3 Häupter sind die 3 letzten Könige. Die Federchen sind Gouverneurs, Competenten des Throns und Rebellen. Dass nur 12 Könige, die wirklich regiert haben, zu zählen seien, ist aus der Auslegung des Engels klar, der nicht von 15, sondern nur von 12 Königen redet. Hieraus schliesse ich, dass der Träumer eigentlich die Geschichte der ersten 12 römischen Kaiser erzähle, und dass er bei Julius Cäsar anfängt, und bei Vespasian, Titus und Domitian seine Erzählung endigt, unter welchen letztern zweien er wirklich gelebt und diese Fabeln niedergeschrieben hat. Er fängt bei Julius Cäsar an, seine Federn zu zählen. Denn unstreitig ist die zweite Feder, die einen König bedeutet, welcher länger als alle andern regieren wird, wie der Engel sagt, und im Gesicht selbst zu verstehen gegeben wird, der Kaiser Augustus, welcher 56 Jahre regiert hat. Auch sind die innern Unruhen, welche diesem Reiche den Untergang drohen werden, ausser allem Zweifel die Bürgerkriege, die nach Cäsar's Tod das römische Reich zerrüttet haben. Die 3 Häupter, welche alle Ungerechtigkeiten begehen werden, die die vorigen Könige zusammen begangen haben, sind Vespasian, Titus und Domitian, — in den Augen der Juden die schlimmsten unter allen römischen Tyrannen. Einer dieser Könige wird auf seinem Bette mit Pein sterben. Diess ist Vespasian, der an einem Bauchfluss starb. — Die Federchen, deren 8

imperatores inde a Julio Caesare modo usque ad Domitianum modo usque ad Neronem [1]) deduxit, separatis illis tribus capitibus vel Flaviis imperatoribus.

Semleri sententiam defendit P. J. S. Vogel l. l. p. 50 sq.: trium capitum primum esse Syllam, in quem omnia apte quadrent; duo autem postrema capita Julium Caesarem et Pompeium; duas pennas subalares „traiicientes super caput, quod est in dextera parte“ (XII, 29), quum dexterum caput sit Caesar (XI), esse Antonium et Octavium, quorum regnum ante proelium Mutinense et societatem inter se initam „exile erat et turbationis plenum“ (XII, 30). eadem vestigia secutus Ricardus Laurence in libro saepius laudato (anno 1820) p. 312 sq. anno fere 28—25 ante Chr. Ezram prophetam scripsisse censuit. XII alas maiores esse VII reges, non imperatores Romanorum, additis Appio decemviro, Spurio Maelio, M. Manlio, duobus Gracchis. VIII alas minores esse Sulpicium tribunum et Marium maiorem, Cinnam, Marium minorem, Carbonem et Sertorium, Lepidum, Antonium. tria capita esse Syllam, Pompeium, Caesarem.

sed Corodi sententiam fere repetiit Fridericus

---

gezählt werden, sind Gouverneurs oder Rebellen, die nach dem Throne strebten, als Vindex, die Pseudoneronen und andere. Die 12 Flügel bedeuten, was die herrschenden Federn und Häupter; sie sind der überflüssige Theil des Gesichts und nur der Verzierung wegen da. Es kommen noch zwei dunkle Umstände vor. Erstlich gedenken zwei subalares oder unter den Flügeln befindliche Federchen zu herrschen. Das mittlere Haupt erwacht darüber und frisst sie. Diess sind also zween Aufrührer, aber nicht Kaiser, die Vespasian bezwang. Aber was für Aufrührer? Zweitens frisst das rechte Haupt das linke. Diess legt der Engel so aus, dass er sagt, das Schwert des einen werde den andern fressen, und er selbst werde durchs Schwert umkommen. Diess ist nicht geschehen“ u. s. w.

1) Bibelkanon p. 139: „Da er auch von 12 Königen redet, die nach einander regieren sollen, von denen der 2te noch einmal so lange als alle folgenden herrschen wird, so muss er wol die 12 Kaiser von Julius Cäsar bis auf Nero meinen.“

Luecke[1]), promovit A. Fr. Gfroerer[2]). Pseudo-Ezram iam „anno XXX. ruinae civitatis“ (III, 1) veram suam aetatem, i. e. annum fere XXX. post Hierosolyma a Romanis diruta innuere. XII alas maiores Gfroererus interpretatus est Romanos imperatores: Caesarem, Augustum (regnantem „amplius tempus prae XII“), Tiberium, Caligulam, Claudium, Neronem, Galbam, Othonem, Vitellium, Vindicem, Nymphidium, Pisonem, Licinianum. VIII pennacula significare principes Judaeorum: Herodem M., Agrippam I, Eleazarum, Joannem Giscalensem, Simonem Bar-Gioram, Joannem Idumaeum, Agrippam II et eius sororem Berenicen. tria capita esse tres imperatores Flavios, et quod tacentia dicuntur, innuere Domitianum (דּוֹם), quo imperante Pseudo-Ezras scripserit. etiam haec, praeter speciosum illud argumentum diuturni Augusti imperii, arbitrium potius quam veritatem ostenderunt. quis tandem Vindicem, Nymphidium, Pisonem inter reges maiores vel imperatores, Eleazarum etc., ipsam Berenicen inter reges minores tolerabit! nihilo minus Gfroereri sententia placuit Carolo Wieseler[3]), Brunoni Bauer[4]), Rudolpho Anger[5]).

Laurencii sententiam emendare studuit Christianus Jacobus van der Vlis in libro saepius laudato (anno 1839) p. 179 sq. paulo post Julium Caesarem occisum hunc librum conscriptum esse ab Aegyptio Judaeo. XII alas maiores Pseudo-

1) Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes und die gesammte apokalyptische Literatur. Bonn. 1832 p. 78 sq.

2) Die Quellen zur Kenntniss des Zustandes der jüd. Dogmen und der Volksbildung im Zeitalter Jesu Christi, Tübinger Zeitschr. f. Theologie 1837. IV. p. 97—119, Das Jahrhundert des Heils, part. I. Stuttgart. 1839. p. 69 sq.

3) Die 70 Jahrwochen Daniel's. Götting. 1839. p. 206 sq.

4) Jahrbb. f. wiss. Kritik. Berol. 1841. p. 837 sq. Kritik der Synoptiker, Vol. I. Lips. 1841. append. p. 403 sq.

5) Synopsis evangeliorum Matthaei Marci Lucae etc. Lips. 1852. Prolegom. p. XIX. not. 5.

Ezram praemisisse verae aquilae formae congruas, quia bene noverit, non omnes, qui ab initio inde ad sua usque tempora Romae dominatum tenuerunt, per numerum XI Danielicum significari posse. VIII vero subalares et tria capita sequi Dan. VII, 7 sq., ubi bestiae quartae XI cornua tribuuntur. itaque Pseudo-Ezras, quo melius tres ultimos reges (Romanos) a praecedentibus distingueret, „numerum XI Danielicum divisit in VIII et III, haec capita, illas subalares dicens." auctorem per XII alas significare voluisse magnum, sed non definitum regum numerum, qui ab initio inde Romae regnarunt; et quum ei cognitum esset, secundum regem (Numam) diutius quam ceteros regnasse, non potuisse eum hoc simul non notare. VIII vero subalares sumptos esse ad referendum numerum (XI) Danielicum. duas priores una cum XII alis periisse dici (XI, 22), i. e. auctorem ex omnibus regibus Romanis IX solummodo ultimos nominatim cognovisse eosque accuratius descripsisse. tria capita significare Syllam, Pompeium, Caesarem, VI subalares esse: Marium maiorem, Cinnam, Marium filium, Carbonem, Antonium, Lepidum. quae omnia visioni eiusque interpretationi minime conveniunt.

sed Vlisium secutus est Fr. Luecke[1]). Pseudo-Ezram scripsisse post Pompeium interfectum. XII alas maiores significare res Romanorum florentes ante Sullam, VIII alas minores eos, qui post Sullam frustra imperare studuerunt: Marium, Cinnam, Antonium, Lepidum vel Octavianum etc., tria autem capita esse: Sullam, qui super lectum suum mortuus sit, et tamen cum tormentis (XII, 26), Pompeium, Caesarem. etiam haec rei ipsi minime satis faciunt.

equidem in libro: Die jüdische Apokalyptik in ihrer geschichtlichen Entwickelung. Ein Beitrag zur Vorgeschichte des Christenthums. Jenae 1857. p. 187—242. Ezrae librum propheticum Judaeorum res apocalypticas quodam modo claudere et paulo post pugnam Actiacam et Antonium mortuum a

1) Versuch einer vollständigen Einleitung in die Offenbarung des Johannes etc. ed. II. Bonn 1852. p. 203 sq.

Judaeo Aegyptio compositum ipsum Christianismum praecedere statui. nam cognovi, hanc apocalypsin Herode M. regnante conscriptam esse (VI, 9), Hierosolymis temploque nondum dirutis (V, 25. VI, 4. X, 1 sq. 23. 48. 50 – 54). XII autem alas maiores et VIII minores interpretatus sum Alexandrum M. et Ptolemaeos reges reginasque, tria capita: Caesarem, Antonium, Octavianum. quae sententia mihi et defendenda erat et emendanda.

Gustavus Volkmar[1]) Corodi et Gfroereri vestigia secutus Ezram prophetam anno demum 97 post Chr. scripsisse contendit. iam XXX. annum ruinae civitatis (III, 1. 29) innuere totidem fere annos post Hierosolymorum alterum excidium praeterlapsos. XII alas maiores significare VI Julios imperatores tamquam occidentis et orientis dominos, VIII autem alas minores usurpatores: Galbam, Othonem, Vitellium, Nervam, et ipsos duplicatos propter occidentis et orientis imperium, tria autem capita esse tres Flavios imperatores. quod ipse propheta per angelum non VI et IV reges occidentis et orientis, sed XII et VIII reges singulos interpretatur (XII, 14 sq.), callide factum esse, ne ipsa visio facillime intellegeretur. neque reges duplicati neque interpretationis calliditas mihi placuerunt, et quia bellum iudaicum et Hierosolymorum excidium nondum memorata sunt, priorem sententiam defendi[2]).

sed illam difficultatem nondum solveram, quod secundo regi XI, 17 dicitur: „nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius.“ haec etiam Alfredus de Gutschmid[3])

---

1) Ueber apokalyptische Geheimnisse, das vierte B. Esrä im Besondern (Monatsschrift des wissenschaftl. Vereins zu Zürich, 1857 p 333—392), separatim: Das vierte Buch Esra und apokalyptische Geheimnisse überhaupt, Tiguri 1858.

2) Volkmar's chronologische Entdeckungen über die Apokalypse des Esra und das B. Judith, die Briefe des römischen Clemens und des Barnabas, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1858. II. p. 247 sq.

3) Die Apokalypse des Esra und ihre spätern Bearbeitungen. III. Das Adlergesicht. Zeitschr. f. w. Theologie 1860. I. p. 33—52.

Augustum imperatorem significare censuit. sed vir doctissimus, illis XX regibus non dimidiatis, Hartwigi fere viam ingressus est et usque ad mensem Junium anni 218 p. Chr. pervenit, quum Elagabalus iam imperator proclamatus, sed Macrini clades nondum nota erat. reliquum quidem librum anno 30 ante Chr. conscriptum esse mihi concessit[1]), sed aquilae visionem (c. XI. XII) a seriori interpolatore additam iam Ludovicum Noack[2]) cognovisse.

equidem gratias dixi viro doctissimo, qui meam sententiam in universum novis argumentis confirmavit, sed aquilae visionem e VII Ezrae visionibus removendam non esse contendi[3]). ceterum meam sententiam iam emendavi et Ptolemaeis regibus Seleucidas substitui.

sed etiam Henricus Ewald[4]) tria capita interpretatus est tres Flavios imperatores et Ezrae librum propheticum Tito imperante anno fere 80 p. Chr. conscriptum esse proclamavit. Volkmarus suam sententiam ipso libro edito (anno 1863) confirmare studuit. ego meam sententiam defendi[5]), cui Adalbertus Merx[6]) assensum praebuit. Volkmaro adstipulati sunt T. Colani[7]), Josephus Langen[8]), Henricus J. Holtz-

1) in commentationis laudatae parte IV. Die ursprüngliche Apokalypse, p. 52 — 81.

2) Der Ursprung des Christenthums, Vol. I. Lips. 1857. p. 357 sq.

3) Die jüdische Apokalyptik und die neuesten Forschungen. IV. Die Apokalypse oder das 4. Buch des Esra, Zeitschr. f. wiss. Theologie 1860. IV. p. 335 — 358.

4) Geschichte des Volkes Israel. Vol. VII. Geschichte der Ausgänge des Volkes Israel und des nachapostolischen Zeitalters. Gotting. 1859. p. 62 sq.

5) Die Propheten Esra und Daniel und ihre neuesten Bearbeitungen Hal. 1863.

6) in censura libelli belli mei (Protest. Ktztg. 1863. nr. 37).

7) Jésus Christ et les croyances Messianiques de son temps, Strasbourg 1864. p. 34. ed. II. Strasb. et Paris 1864. p. 52 sq. Volkmarus (Mose Prophetie und Himmelfahrt, Lips. 1867. p. 117) Colanio gratias dixit tamquam suae sententiae propagatori assiduo.

8) Das Judenthum in Palästina zur Zeit Christi, Friburgi Bris. 1866. p. 112 sq.

mann[1]), Theodorus Keim[2]), Constantinus Tischendorf[3]), alii.

argumentis me non esse victum demonstravi[4]) et unicam sententiae difficultatem (XI, 17) iam removisse mihi videor. Ezras propheta scripsit XXX fere annis post Hierosolyma a Pompeio a. 63 ante Chr. expugnata (III, 1), regnante Herode M. Idumaeo (VI, 9), nondum deleto regno Sionis, modo finitis bellis civilibus, quae Octaviani monarchiam antecesserunt (V, 6. 9. VI, 24. IX, 3. XIII, 31. 33). alterum Hierosolymorum excidium nondum novit (X, 1 sq. 48 sq.). summam calamitatem existimavit signaculum Sionis inimicis traditum (X, 23). graecum regnum, quamvis iam a Romanis imperatoribus occupatum, quartum et ultimum Danielis interpretatus est (XII, 11 sq.), non ita deletum, ut non quodam modo resurrecturum sit in novissimis diebus (XII, 29. 30). e XII saeculi partibus, quae annos 4116 efficiunt, ficta Ezrae aetate (anno 558 ante Chr.) iam X et dimidia, i. e. anni fere 3588, praeterlapsi sunt, vera huius Pseudo-Ezrae aetate (anno 30 ante Chr.) iam finis adesse videbatur. ita Semleri sententiam defendisse et accuratius definisse mihi videor, Volkmaro[5]) quidem arbitro huius aetatis apologetarum longe optimus.

---

1) Die Messias-Idee zur Zeit Jesu (Jahrbb. f. deutsche Theologie 1867. III. p. 389 sq.).

2) Geschichte Jesu von Nazara. Vol. I., Turici 1867. p. 248.

3) Wann wurden unsere Evangelien verfasst? ed. IV. Lips. 1866. p. 95.

4) Das Adler-Gesicht des Propheten Esra, nach den neu eröffneten Quellen hergestellt, in: Zeitschrift f. wiss. Theologie 1867. III. p. 263 sq.

5) Mose Prophetie und Himmelfahrt p. 113: „Aber Hilgenfeld ist auf den neuen Wegen [Semlerianis] entschieden über den doch weniger belesenen und weniger geschickten Tischendorf hinaus. Er thut es nicht billig, sondern gründlich räumt er auf; jeden entgegenstehenden Text zerstört er im Namen „herstellender Kritik“, Geschichte erpresst oder versteckt er im Namen „historischer Kritik.“ Und Was nur könnte er nicht? Es ist der fragelos beste Apologet dieses Zeitalters.“ ad talia dicta respondere nolo.

Romae Pseudo-Ezram scripsisse Ewaldus l. l. p. 64 et Volkmarus l. l. p. 329 coniecerunt. equidem cum Semlero (Theol. Briefe I. p. 194 sq.), Corodio (Bibelkanon I. p. 156 sq.), Vlisio (l. l. p. 177) et Lueckio (l. l. p. 211) Aegyptium Judaeum huius libri auctorem existimo. nam praeter graecum sermonem primitivum animadverti Sapientiae Salomonis (IV, 36. 37) et Psalmorum Salomonis usum (cf. supra p. XIII sq.), etiam doctrinam Alexandrinam ad VI, 38 (43). XIV, 9 notavi.

vera Ezrae prophetae origo certissimis testimoniis confirmatur.

VI. De Ezrae prophetae auctoritate.

Ezrae prophetae auctoritatem primus testatus est ille Judaeus Alexandrinus, qui paulo post Aegyptum anno 30 ante Chr. Romano imperio subiectam Messiae regnum adventurum praedixit Romamque vaticinatus est deletum iri a tribus viris, (cf. 4 Ezr. XII, 23 sq.).

Orac. Sibyll. III, 46—52:

Αὐτὰρ ἐπεὶ Ῥώμη καὶ Αἰγύπτου βασιλεύσει,
Εἰς ἓν ἰθύνουσα, τότε δὴ βασιλεία μεγίστη
Ἀθανάτου βασιλῆος ἐπ' ἀνθρώποισι φανεῖται,
Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ, πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας [ἅ]παντας, ἐπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότε Λατίνων ὀπαραίτητος χόλος ἀνδρῶν,
Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.

Ezrae prophetae usum et notitiam Mosis assumptio ostendit, anno fere 44 post Chr. conscripta, X, 28: *τότε μακάριος ἔσῃ σὺ Ἰσραὴλ καὶ ἀναβήσῃ ὑπὲρ τοὺς τραχήλους καὶ τὰς πτέρυγας τοῦ ἀετοῦ, καὶ πληρωθήσονται.* T. Colani[1]) quidem et Carolus Wieseler[2]) in his verbis aquilam illam tricipem 4 Ezr. XI. XII recognoscere noluerunt, sed doceant

1) L'Assomption de Moïse, Révue de théologie. Troisième série. Vol. VI. 2e livraison. Mars—Avril. Strasb. et Paris 1868. p. 85 not.

2) Die jüngst aufgefundene Aufnahme Mose's nach Ursprung und Inhalt untersucht, Jahrbb. f. deutsche Theologie 1868. IV. p. 624 sq.

tandem, unde unius aquilae cervices plures sumptae sint, et quid sibi velit: *καὶ πληρωθήσονται.*

Baruchi apocalypsis[1]) anno fere 72 p. Chr. composita[2]) centies Ezram imitatur eiusque notitiam fere ubique profitetur. sed postea Iudaei etiam Ezram prophetam, quem ipsa fata refellisse videbantur, sensim respuerunt.

---

1) hunc librum, quem Athanasii Synopsis scr. s. et Nicephori stichometria inter Veteris Testamenti apocrypha loco XI. memorasse videntur (*Βαρούχ, Ἀμβακούμ, Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα*, cf. Credneri librum: Zur Geschichte des Kanons p. 145. 121), ultima parte, quae est Baruchi epistula ad X tribus, iam syriace edita in Bibliis polyglottis Parisiensibus et Londinensibus, denique a Paulo Antonio de Lagardo (Libri Veteris Testamenti apocryphi syriace. Lips., Lond. 1861. p. 88 sq.), integrum „olim de graeco in syriacum, et nunc de syriaco in latinum translatum" edidit A. M. Ceriani (Monument. sacr. et profan. Tom. I. fasc. II. Mediolani 1866. p. 73—98).

et cecidi (cf. syr.) emendavi, evidentem codd. — faciem meam c. Sg. (Z.) T. D., facie mea v. — 12. nos non adesse c. Sg. (Z.) T., non adesse nos D., non esse v. (nos non nosse Sabat). — advenientes c. Sg. (Z. ad venientes) D., advenientibus T., adhuc viventes v. — inpietatibns T. — intellexi, de qua re c. Sg. (Z., punctis notato voc. de) T. D., intelligere, de qua re v. — 13. cogittaverunt cogittacionem D. — 14. coram nobis c. Sg. (Z. emend.) T. D. v., coram nos Sg. (Z. pr. m.). — 15. fluctus c. Sg. (Z. sec. m.) T. D. v., fructus Sg. (Z. pr. m.). — cogittaverunt cogittacionem D. — silvam c. Sg. (Z.) D., silvas T. v. — consummemus c. Fabr. Volkm., consumemus codd. (cf. IX, 5.) — 16. cogittatus D. — vano c. Sg. (Z.) T. D., vanum v. — 17. cogittatus D. — stitit coniecit Vlis. l. l. p. 29. — arena c. T. D. v., harene (sec. m. harenâ) Sg. (Z.). —

18 si enim eras iudex horum, quem incipiebas iustificare, aut quem condemnare?" 19 et respondi et dixi: „Utrique vanam cogitationem cogitaverunt. terra enim data est silvae, et mari locus portare fluctus suos" 20 et respondit ad me et dixit: „Bene tu iudicasti, et quare non iudicasti tibimetipsi? 21 quemadmodum enim terra silvae data est, et mare fluctibus suis: sic et qui super terram inhabitant, quae sunt super terram intellegere solummodo possunt, et qui super coelos quae super altitudinem coelorum."

22 et respondi et dixi: „Deprecor te, domine, ut mihi datus est sensus intellegendi. 23 non enim volui interrogare de superioribus viis, sed de his, quae pertranseunt per nos cotidie: propter quod Israel datus est in obprobrium gentibus? quem dilexisti populum datus est tribubus impiis, et lex patrum nostrorum in interitum deducta est, et dispositiones scriptae nusquam sunt. 24 et pertransimus de saeculo

---

18. eras c. Sg. (Z.) T. D., esses v. — incipiebas c. Sg. (Z. pr. m.) T. D., inciperes Sg. Z. (sec. manu, quae puncta subscripsit) v. — condempnare Sg. (Z.). — 19. Utrique c. Sg. T. D., Utique v. — vanam cogitationem c. Sg. D. (cogittacionem) v., uano uana incogitationem T. — mari c. T. D. v., maris Sg. (Z.). — 21. sic et c. Sg., sic v., et T. D. — inhabitent T. — intellegere c. Sg. (Z.), intelligere T. D. v. — qui super coelos c. Sg. D. (celos) v. (coelos), que super celos T. — quae ante super in Sg. praetermisit Sab., sed Zotenbergius invenit: caelos $\overset{q}{\vee}$ — celorum T. —

22. III. (caput III.) praem. D. — et respondi c. Sg. D. v., respondi T. — ut. fort. emendandum: cur, cf. syr. ae. arm. ita verti. — datus est c. Sg. (Z.) T. D., detur v. — intellegendi c. Sg. (Z.), intelligendi T D. v. — 23. viis c. Vlis. l. l. p. 30 (cf. syr. ae.), tuis codd. et edd. – hiis T. D. — pertranseunt c. Sg. D. v., pertransierunt T. — cotidie c. Sg. (Z.), cottidie T., quotidie D. v. — quod c. Sg. (Z.), T. D., quid v. — Israel c. Sg. D. v., om. T. — datus est c. Sg. (Z.) T. D., datus v. — obprobrium c. T. D., obproprium Sg. (Z.), opprobrium v. — populum c. Sg. T. v., populus D. (ut videtur). — tribubus impiis c. T. v., tribus impiis D., tribus impii Sg. (Z.). — scriptae c. Sg. T. v., scripture D. — 24. pertransimus emendavi (cf. syr. ae. arm.), pertransivimus codd. et edd. — ut vapor emendavi (cf. syr. ae.), ut pauor D., et pavor T.. est pauor Sg. (Z.), stupor et pavor v. —

ut locustae, et vita nostra ut vapor, et nec digni sumus misericordiam consequi. [25]sed quid faciet nomini suo, qui invocatus est super nos? de his interrogavi." [26] et respondit ad me et dixit: „Si fueris, videbis, et si vixeris, frequenter miraberis. quoniam festinans festinabit saeculum pertransire. [27]non capiet portare quae in temporibus iustis repromissa sunt. quoniam plenum maestitia est saeculum hoc et infirmitatibus. [28]seminatum est enim malum — de quibus me interrogas dicam —, et necdum venit destructio ipsius. [29]si ergo non inversum fuerit quod seminatum est, et discesserit locus, ubi seminatum est malum, non veniet ager, ubi seminatum est bonum. [30]quoniam granum seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio, et quantum impietatis generavit usque nunc et generat usque cum veniat area! [31]aestima autem apud te, granum mali seminis quantum fructum impietatis generaverit. [32]quando seminatae fuerint spicae, quarum non est numerus, quam magnam aream incipient facere!"

25. quid. c. Sg. (Z. sec. m.) T. D. v., qui Sg. (Z. pr. m.). — qui invocatus c. Sg.′ (Z.) T. D., quod invocatum v. — de his emendavi (cf. syr. ae.), et his Sg. (Z.) T. (hiis) D., et de his v. — 26. videbis, et si vixeris c. Sg. T. D., plurimum scrutatus v. — miraberis c. T. D. v., miraueris Sg. (Z.). — fectinabit emendavi (cf. seqq.), festinauit D., festinat. Sg. T. v. — 27. non c. Sg. T. D. v., et non v. — capiet c. Sg. (Z.) T. D., capit v. — quae in temporibus c. Sg. T. (que) D. (que), quae in futuris temporibus v. — iustis c. Sg. (Z.) D. v., istis T. — maestitia est c. Sg. T. (mesticia), est mesticia D., iniustitia est v. — infirmitatibus c. omnibus codd., non accurate retulit Volkm. l. l. p. 17. 220. — 28. seminatum — dicam c. Sg. (de ea pro: dicam) T. (enim est) D., de quibus autem interrogas dicam: seminatum enim est malum v. — destructio c. T. D. v., destrictio Sg. — 29. non inversum c. T. v., non evulsum D., nomen suum Sg. (Z.). — discesserit c. Sg. T. v., discessit D. — locus c. Sg. (Z.) T. v., locū T. — veniet c. D. v., veniat Sg. (Z.) T. — ager c. Sg. D., om. T. v. — 30. granum c. Sg. (Z.) T. D., gramen v. — impietatis c. Sg. T. v., impietas D. — generat. fort. generabit (cf. syr. ae.), ut graece reddidi. — usque cum c. Sg. v., usque dum T. D. — 31. aput D. — granum c. Sg. (Z.) T. D. gramen v. — fructum c. Sg. D. v., fructus T. — inpietatis T. — generaverit c. Sg. (Z.), generavit T. D. v. — 32. se-

33 et respondi et dixi: „Quo et quando haec? quare
modici et mali anni nostri?“ 34 et respondit ad me et dixit
mihi: „Non festines tu super Altissimum. tu enim festinas
propter temetipsum, nam Excelsus pro multis. 35 nonne de
his interrogaverunt animae iustorum in promptuariis suis dicentes: „Usquequo speramus sic? et quando veniet fructus
areae mercedis nostrae?“ 36 et respondit ad ea Jeremiel archangelus et dixit: „Quando impletus fuerit numerus similium
vobis.“ quoniam in statera ponderavit saeculum 37 et mensura mensuravit tempora et numero numeravit tempora et
non commovit nec excitavit, usque dum impleatur praedicta
mensura.“ 38 et respondi et dixi: „O dominator domine, sed
et nos omnes pleni sumus impietate, 39 et ne forte propter
nos non impleantur iustorum areae, propter peccata inhabitantium super terram!“ 40 et respondit ad me et dixit:
„Vade et interroga praegnantem, si quando impleverit novem

---

minatae c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., secatae v. — quarum c. T. D. v., quorum Sg. (Z.). — quam c. Sg. T. v., que D. —

33. Quo c. Sg. D. ed. pr., quomodo T. v. — et mali. in T. lacuna erat, quam alia manus postea supplevit. — 34. festines c. T. D. v., festinas Sg. — propter temetipsum emendavi (cf. syr. ae. arm. ar.[2]), vaniter cum et ipsum spiritum Sg., inaniter contra ipsum spiritum T. D., inaniter esse super ipsum v. — Excelsus pro multis c. T. D., excelsus permultis Sg., excessus tuus multus v. — 35. hiis T. - promtuariis c. D. v., prumptuariis Sg. (Z.), promtuariis T. — speramus c. D. (cf. syr. ae. arm. ar.[2]), spero Sg. T. v. — veniet c. T. D. v., venit Sg. — 36. ea. fort. eas (cf. ae. arm. ar.[1]). — Jeremiel archangelus c. Sg. (Z. hieremihel) D. v., huriel arcangelus T. (Fr.). — similium c. Vlis. l. l. p. 31, seminum Sg. T. D. ed. pr., seminum in v. — vobis c. Sg. T. v., nobis D. ed. pr. — ponderavit c. D. v., ponderavi Sg. (Z.), pondera T. — 37. commovit c. Sg. D. v., amovit T. — praedicta mensura c. T. D. v., praedictam mensuram Sg. (Z.). — 38. domine, sed et c. Sg. D. v., dominus si et T. — impietate c. T. D. v., impietatem Sg. (Z.) — 39. propter nos non impleantur c. T. D. v., propter impleatur Sg. (Z.). — fort. emendandum est: impleatur iustorum area. — 40. et interroga c. Sg. D. v., interroga T. — impleverit c. Sg. D. v., implevit T. — IX D. — partum foetus c. D. (fetus), partum T. v., pectus Sg. —

menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum foetus
in semetipsa." [41] et dixi: „Non potest, domine." et dixit ad me:
„In infernum promptuaria animarum matrici adsimilata sunt.
[42] quemadmodum enim festinat quae parit effugere neces-
sitatem partus, sic et haec festinat reddere ea quae commen-
data sunt [43] ab initio. tunc tibi demonstrabitur de his, quae
concupiscis videre."

[44] et respondi et dixi: „Si inveni gratiam ante oculos
tuos, et si possibile est, et si idoneus sum, [45] demonstra
mihi et hoc, si plus quam praeteritum sit, habet venire,
aut plura pertransierunt super nos. [46] quoniam quod per-
transivit scio, quid autem futurum sit, ignoro." [47] et
dixit ad me: „Sta super dextram partem, et demonstrabo tibi
interpretationem similitudinis." [48] et steti et vidi, et ecce
fornax ardens transiit coram me. et factum est, cum tran-
siret flamma, vidi et ecce superavit fumus. [49] et post haec
transiit coram me nubes plena aquae et immisit pluviam im-
petu multam, et cum transiisset impetus pluviae, superave-

41. In infernum promptuaria c. Sg. (Z.) T. (promtuaria) D., In inferno promptuaria v. — adsimilata c. Sg. (Z.), assimilata T. D. v. — 42. enim c. Sg. T. v., om. D. — festinat c. T., festinavit Sg. D., illa festinat v., fort. leg. festinabit. — sunt c. Sg. T. v., om. D. 43. ab initio recte cum praecedentibus iunxerunt Sg. T. D. (inicia), cum sequentibus v. — tunc c. Sg. T. D., om. v. — tibi c. Sg. v. (cf. syr. ae. arm.), ibi Sg. (Z.) T. D. — demonstrabitur c. Sg. T. v., demonstrabit D. — hiis D. —

44. si possibile c. Sg. D. v., possibile T. — ydoneus T. D. — 45. et hoc, si c. Sg. D., et si hoc T., si v. — praeteritum sit c. T. D. v., praeteriti Sg. — venire c. Sg. T. v., evenire D. — super nos c. Sg. T. D., supra quam futurum est v. — 46. quoniam quod pertransivit c. Sg. D., quoniam pertransivit T., quid pertransivit v. — quid autem futurum sit c. Sg. (Z. futuri) v., quod autem futurum sit D., quid autem futuri sui T. — 47. IIII (cap. IV) praem. D. — Sta c. codd., Ita mendose Fabr. — dextram c. Sg. (Z.) D., dexteram T. v. — 48. transiit c. Sg. T. v., transiuit D. — flamma, vidi c. Sg. T. (flama) v., flamma, et vidi D. — 49. et post haec c. D. (hec), et post hoc Sg. (Z.), post haec T. (hec) v. — aquae c. Sg. T. (aque) v., aqua D. — inmisit T. — transiisset c. Sg. v., transisset T. D. — superaverunt c. Sg. v., et superaverunt T. D. —

runt in ea guttae. [50] et dixit ad me: „Cogita tibi; sicut enim crescit pluvia amplius quam guttae, et ignis amplius quam fumus, sic superabundavit quae transivit mensura.“ superaverunt autem guttae et fumus.

[51] et oravi et dixi: „Putas, vivo usque in diebus illis? vel quis erit in diebus illis?“ [52] respondit ad me et dixit: „De signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio. V. [1] de signis autem, ecce dies venient, et adprehendentur qui inhabitant terram insensu multo, et abscondetur veritatis via, et sterilis erit a fide regio. [2] et multiplicabitur iniustitia super hanc, quam ipse tu vides, et super quam audisti olim. [3] et erit incomposito vestigio, quam nunc vides regnare regionem, et videbunt eam desertam. [4] si autem tibi dederit Altissimus vivere, et videbis post tertiam turbatam, et relucescet subito sol noctu, et luna interdie. [5] et de ligno sanguis stillabit, et lapis dabit vocem suam, et populi commovebuntur. egressus commutabuntur, [6] et regnabit quem non

---

50. cogitta D. — enim c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — amplius quam fumus c. Sg. (Z.) D., quam fumus T. v. — superhabundavit Sg. (Z.) T. D. — transivit c. Sg. T. v., pertransivit D. —

51. quis c. Sg. T. D. ed. pr., quid v. — 52. interrogas c. Sg. (Z. sec. m.) T. D. v., rogas Sg. (Z. pr. m.) — missus dicere tibi c. Sg. T. (pr. m. docere) v., missus tibi dicere D. — V, 1. venient c. Sg. T. v., veniunt D. — et adprehendentur c. Sg. (Z.), et apprehendentur T. D., in quibus apprehendentur v. — inhabitant c. Sg. T. v., habitant D. — insensu multo c. Volkm., incensu multo T. (Volkm.) ed. pr., in censu multo Sg. T. (Fr.) v., multo incensu D. — 2. multiplicabitur c. Sg. D. v., multiplicauit T. — iniusticia D. — audisti c. Sg. T. v., tu audisti D. — 3. incomposito c. D., incompositū T., incompositio Sg., imposito v. — 4. tibi dederit c. Sg. T. v., dederit tibi D. — et videbis c. Sg. (Z.) T. D., videbis v. — tertiam c. T. D. (terciam) v., tertia Sg. — turbatam emendavi (cf. syr. ar. ae. arm.), tubam T. D. v., tuba Sg. — relucescet c. Sg. v., relucesset T., lucescet D. — inter die Sg., in die ter T., ter in die v., in die D. — 5. sanguis T. — egressus commutabuntur edidi, egressos commutabuntur Sg. (Z.), Ingressus commutabuntur T., et gressus mutabuntur D., om. v. — 6. sperant c. Sg. D. v., spernant T. — commigrationem c. v. conmirationem Sg., cōmrationem T. (Fr.), comtacōm D. — fa-

sperant qui inhabitant super terram, et volatilia commigratio-
nem facient, [7] et mare Sodomiticum pisces reiiciet et dabit
vocem noctu, quam non noverant multi. omnes autem audient
vocem eius. [8] et chaos fiet per loca multa, et ignis frequen-
ter remittetur, et bestiae agrestes transmigrabunt regionem suam,
et mulieres menstruatae parient monstra. [9] et in dulcibus aquis
salsae invenientur, et amici omnes semetipsos expugnabunt.
et abscondetur tunc sensus, et intellectus separabitur in
promptuarium suum [10] et quaeretur a multis et non invenie-
tur. et multiplicabitur iniustitia et incontinentia super terram.
[11] et interrogabit regio proximam suam et dicet: Numquid
per te pertransiit iustitia iustum faciens? et haec negabit.
[12] et erit in illo tempore, et sperabunt homines et non impe-
trabunt, laborabunt et non dirigentur viae eorum. [13] haec
signa dicere tibi permissum est mihi, et si oraveris iterum
et ploraveris, sicut et nunc, et ieiunaveris VII diebus, audies
iterato horum maiora."

[14] et evigilavi, et corpus meum horruit valde, et anima
mea laboravit ut deficeret. [15] et tenuit me qui venit angelus,
qui loquebatur in me, et confortavit me et statuit me super
pedes. [16] et factum est in nocte secunda, et venit ad me
Psalthiel dux populi et dixit mihi: „Ubi eras? et quare vul-

---

cient c. D. v., faciant Sg. (Z.) T. — 7. Sodomiticum c. T. D. v., Sodomitum Sg. (Z.). — reiciet T. D. — quam c. T. D. v., qua Sg. (Z.). — 8. et chaos c. D. v., et chaus Sg. (Z.), chaos T. — transmigrabunt c. T. D. v., transmigrabant Sg. (Z.) — menstruatae parient c. v., menstruate parient T. D., parient menstruate Sg. (Z.). — 9. abscondetur c. Sg. D. v., absconderunt T. — promptuarium c. T. D. v., prumptuarium Sg. (Z.). — 10. queretur Sg. (Z. sec. m.) T. D., queritur Sg. (pr. m.). — iniusticia T. D. — 11. et interrogabit c. T. v., et interrogavit Sg. (Z.), interrogabit D. — regio c. Sg. D. v., super (i. e. una?) regio T. — pertransiit c. Sg. T. v., transiet D. — iusticia T. D. — haec c. Sg. (Z.) hec T. D., hoc. v. — negabit c. D. v., negauit Sg. (Z.) T. — 13. tibi c. Sg. D. v. om. T. — VII. T. D., septem v. —

15. pedes c. Sg. T. v., pedes meos D. — 16. V. (cap. V.) praem. D. — secunda c. Sg. T. v., sequente D. — Psalthiel c. T., spaltihel Sg. (Z.), Salatiel D., Salathiel v. —

tus tuus tristis? [17] aut nescis, quoniam tibi creditus est Israel
in regione transmigrationis eorum? [18] exsurge ergo et gusta
panem alicuius et non derelinquas nos sicut pastor gregem
suum in manibus luporum malignorum." [19] et dixi ei: „Vade
a me et non ad me accedas usque a diebus VII. et tunc ve-
nies ad me." et audivit ut dixi et recessit a me.

II.

[20] Et ego ieiunavi diebus VII ululans et plorans, sicut
mihi mandavit Uriel angelus. [21] et factum est post dies VII,
et iterum cogitationes cordis mei molestae erant mihi valde.
[22] et resumpsit anima mea spiritum intellectus, et iterum coepi
loqui coram Altissimo sermones. [23] et dixi: „Dominator do-
mine, ex omni silva terrae et ex omnibus arboribus eius ele-
gisti vineam unam, [24] et ex omni terra orbis elegisti tibi fun-
dum unum, et ex omnibus floribus orbis elegisti tibi lilium
unum, [25] et ex omnibus abyssis maris replesti tibi rivum
unum, et ex omnibus aedificatis civitatibus sanctificasti tibi-
metipsi Sion, [26] et ex omnibus creatis volatilibus nominasti

---

17. aut c. Sg. (Z.) T., an D. v. — in regione c. T. D. v., regione Sg. (Z.). — 18. exurge T. D. — alicuius c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 19. a me c. T. D. v., ad me Sg. — ad me accedas c. Sg. (Z.) T., accedas ad me D., appropies ad me v. — usque a diebus VII. et tunc venies ad me c. Sg. (Z.) T. (venias), usque ad dies VII. et tunc venies ad me D., om. v. (propter homoeoteleuton). — audivit c. Sg. D. v., audivi T. —

20. ego c. Sg. T. v., om. D. — VII, T. D., septem v. — Uriel c. T. D. v., hurihel Sg. (Z.). — 21. et iterum c. Sg. T. v., iterum D. — cogittacōnes D. — cordis mei c. Sg. T. v., cordis D. — molestae c. T. D. (moleste) v., molesti Sg. (Z.). — erant mihi c. Sg. T. v., mihi erant D. — 22. resumpsit c. Sg. T. v., resumpsit mihi D. — coepi c. Sg. v., cepi T. D. — 23. et ex omnibus arboribus c. T. D., et omnibus arboribus v., ex omnium arborum Sg. — unam c. Sg. (Z.) T. D., unicam v. — 24. omni terra c. T. D. v., omnium terrarum Sg. — fundum unum emendavi (cf. syr. ar.[1.2] ae.), fodeam unam D., foveam unam Sg. T. v. — 25. abissis D. — aedificatis civitatibus c. Sg. T. (edificatis) v., civitatibus edificatis D. — syon T. D. — 26. peccoribus T. D. —

tibi columbam unam, et ex omnibus plasmatis pecoribus pro-
vidisti tibi ovem unam, 27 et ex omnibus multiplicatis populis
acquisisti tibi populum unum, et ab omnibus probatam legem
donasti huic quem desiderasti populo. 28 et nunc, domine,
utquid tradidisti unum pluribus et praeparasti unam radi-
cem super alias et disparsisti unicum tuum in multis? 29 et
conculcaverunt eum qui contradicebant sponsionibus tuis,
quique tuis testamentis non credebant. 30 et si odiens odisti
populum tuum, tuis manibus debet castigari.

31 et factum est, cum locutus essem sermones istos, et
missus est angelus ad me, qui ante venerat ad me praeterita
nocte, 32 et dixit mihi: „Audi me et instruam te, et intende
mihi et adiiciam coram te.“ 33 et dixi: „Loquere, dominus
meus.“ et dixit ad me: „Valde in excessu mentis factus es
in Israel. an plus dilexisti eum super eum qui eum fecit?“
34 et dixi ad eum: „Non, domine, sed dolens locutus sum.
torquent enim me renes mei per omnem horam quaerentem
apprehendere semitam Altissimi et investigare partem iudicii
eius.“ 35 et dixit ad me: „Non potes.“ et dixi: „Quare, do-
mine, aut qnid nascebar? aut quare non fiebat matrix matris
meae mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Jacob et
defatigationem generis Israel?“ 36 et dixit ad me: „Numera

27. acquisisti c. D., adquesisti Sg. (Z.), acquisivisti T. v. — 28. utquid c. Sg. v., ut quid D., inquid T. — pluribus c. T. D. v., plurimis Sg. (Z.). — unam radicem super alias c. Sg. (Z.) T. D., super unam radicem alias v. — disparsisti c. Sg. D., dispersisti T., disperdisti ed. pr., disperdidisti v. — unicum c. Sg. T. v., amicum D. — 29. eum c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — non c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — 30. debet. fort. debebat, cf. syr. ae. arm. — 31. istos c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — et missus c. Sg. T. v., missus D. — 32. adiciam T. D. — 33. dominus c. Sg. (Z.) D., domine T. v. — Valde c. Sg. (Z.) D., Valde tu T. v. — excessu c. T. D v., cessu Sg. (Z.). — in Israel c. Sg. T., sta in Israel D., pro Israel v. — dilexisti c. Sg. D. v., dileisti T. — super eum c. Sg. D., sir eñ T., quam v. — 34. ad eum c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — querentem T. D. — semittam D. — eius c. Sg. D. v., huius T. — 35. aut quid c. Sg. T. D., ad quid v. — matrix matris c. Sg. T. v., matris matrix D. — sepulcrum D. — 36. venerant c. Sg. D. v., venerunt T. —

mihi quae necdum venerant et collige mihi dispersas guttas et revirida mihi aridos flores [37] et aperi mihi clausa promptuaria et produc mihi inclusos in eis flatus, aut monstra mihi vocis imaginem, et tunc ostendam tibi eum laborem, quem rogas videre." [38] et dixi: „Dominator domine, quis enim est, qui potest hoc scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet? [39] ego autem insipiens, et quomodo potero dicere de his quibus me interrogasti? [40] et dixit ad me: „Quomodo non potes facere unum de his quae dicta sunt, sic non poteris invenire iudicium meum aut finem caritatis, quam populo meo promisi."

[41] et dixi: „Sed ecce, domine, tu promisisti his qui in fine sunt, et quid facient qui ante me sunt, aut nos, aut hi qui post nos?" [42] et dixit ad me: „Coronae assimilabo iudicium meum: sicut non novissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas." [43] et respondi et dixi: „Nec enim poteras facere qui facti sunt, et qui sunt, et qui futuri sunt, in unum, ut celerius iudicium tuum ostendas?" [44] et respondit ad me et

---

37. apperi D. — michi T. — clausa promptuaria c. T. (promtuaria) D. v., clusa prumptuaria Sg. (Z.). — produc c. Sg. D. v., produx T. — inclusos in eis flatus c. T. D. v., inclusus in eis flatos Sg. (Z.). — aut monstra c. Sg. (Z) T. D., demonstra v. — imaginem c. S. D. (ymaginem) v., in maginem T. — eum c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 38. hoc c. Sg. (Z.) D. (h^c), haec T. (hec) v. — habet c. Sg. D. v., habent T. — 39. hiis D. — quibus c. Sg. D. v., de quibus T. — 40. non potes c. Sg. D. v., potes T. — hiis T. — finem caritatis c. Vlis. l. l. p. 35 (cf. syr. arm. ar.[1] ae.), in finem caritatis Sg. (Z.), in finem caritatem T., in fine caritatem D. v. (charitatem). — quam c. T. D. v., quem Sg. (Z.) — populo meo c. Vlis. l. l. (cf. syr. ar.[1] ae.), pro populo meo Sg. D., populo T. v. —

41. promisisti emendavi (cf. syr. ae.), prope es T. D. v., prae es Sg. — hiis T. — fine c. Sg. (Z.) T. D., finem v. — et quid c. Sg. T. v., sed quid D. — qui ante me sunt c. Sg. (Z.) T. D., qui ante me fuerunt v. — hii T. — post nos c. Sg. T. v., post nos sunt D. — 42. assimulabo T. — sicut non c. T. D. v., sicut in Sg. — priorum c. T. v., in priorum Sg. D. — 43. Nec enim c. Sg. (Z.) D., Nec non T., Nec v. — qui facti sunt c. Sg. T. D., eos qui facti sunt v. — tuum c. Sg. D. v., tuus T. — 44. qui in eo creati sunt c. Sg. T. D., eos qui in eo creandi sunt v. —

dixit: „Non potest festinare creatura super creatorem, nec
sustinere saeculum qui in eo creati sunt in unum.“ [45]et
dixi: „Quomodo dixisti servo tuo, quoniam vivificans vivifica-
bis a te creatam creaturam in unum, et sustinebit creatura,
poterit et nunc portare praesentes in unum.“ [46]et dixit ad
me: „Interroga matricem mulieris et dices ad eam: „Decem
si paris, quare per tempus? roga ergo eam ut det decem in
unum.“ [47]et dixi: „Non utique poterit, sed secundum tem-
pus.“ [48]et dixit ad me: „Et ego dedi matricem terrae his
qui seminati sunt super eam per tempus. [49]quemadmodum
enim infans non parit nec ea quae senuit adhuc, sic ego
disposui a me creatum saeculum.“

[50]et interrogavi et dixi: „Cum iam dederis mihi viam,
loquar coram te: num mater nostra, de qua dixisti mihi, ad-
huc iuvenis est? iam senectuti appropinquat.“ [51]et respon-
dit ad me et dixit: „Interroga quae parit, et dicet tibi.
[52]dices enim ei: quare quos peperisti nunc, non sunt simi-
les his qui ante, sed minores statura? [53]et dicet tibi et
ipsa: alii sunt, qui in iuventute virtutis nati sunt, et alii,
qui sub tempus senectutis deficientis matricis nati sunt.

---

45. vivivicabis c. Vlis. l. l. p. 35 (cf. syr. ar.[1] ae.), vivificavit Sg. (Z.) D., vivificavi T., vivificasti v. — a te c. Sg. T. v., om. D. — creatam bis T. — sustinebit c. Sg. (Z.) T. D., sustinebat v. — poterit et nunc portare c. D. v., Pōite et nunc portate T., ... Sg. (Z.) — praesentes c. T. D. v., praesentis Sg. (Z.). — 46. Decem (cf. syr. ar.[1] ae.) c. T. (Volkm.), et Sg. T. (Fr.) D. v. — · X · in unum T. — 49. dedi c. v., te dedi Sg. (Z.) T., dedi te D. — hiis T. — 49. nec ea quae senuit adhuc c. Sg. T. (que) D. (que), ea quae senum sunt v. — a me creatum c. Sg. T. v., creatum a me D. —

50. interrogavi c. Sg. T. (Fr.) D. v., rogavi T. (Volkm.) — num c. Volkm., nam codd. — senectuti c. T. D. v., senectute Sg. — 51. quae parit c. Sg. (Z.) T. (que) D. (que), eam quae parit v. — 52. similes c. T. D. v., similis Sg. — hiis T. — ante (cf. syr. ar.[1] ae.) c. D. Vlis. l. l. p. 36 et Volkmaro, ante te Sg. T. v. — minores c. T. D. v., minor es Sg. (Z.). — 53. tempus c. Sg. (Z.) D., tempore T. v. — deficientis matricis nati sunt c. D., deficiente matricis nati Sg. (Z.), deficiente matrice sunt nati T. v. —

54 considera ergo et tu, quoniam minores statura estis prae
his qui ante vos, 55 et qui post vos, quam ut vos, quasi iam
senescentis creaturae et fortitudinem iuventutis praeterientis.“
56 et dixi: „Rogo, domine, si inveni gratiam ante ocu-
los tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creaturam
tuam.“ VI. 1 et dixit ad me: „Initio terreni orbis, et ante-
quam starent exitus saeculi, et antequam spirarent conventio-
nes ventorum, 2 et antequam sonarent voces tonitruum, et
antequam splenderent nitores coruscuum, et antequam con-
firmarentur fundamenta paradisi, 3 et antequam viderentur
decori flores, et antequam confirmarentur motuum virtutes,
et antequam colligerentur innumerabiles militiae angelorum,
4 et antequam extollerentur altitudines aërum, et antequam
nominarentur mensurae firmamentorum, et antequam aedi-
ficaretur scabillum Sion, 5 et antequam investigarentur prae-
sentes anni, et antequam abalienarentur eorum qui nunc
peccant adinventiones, et consignati essent, qui fidem thesauri-

---

54. minores statura estis c. T. D., minores statutis Sg. (Z.), minori statura estis v. — hiis T. D. — **55.** quam ut vos c. Sg. (quâ), qua ut vos T., qua et vos D., minori quam vos v. — senescentis (cf. Vlis. l. l. p. 36) c. T. (Volkm.), senescentes Sg. T. (Fr.) D. v. — fortitudinem c. D. v., fortitudine Sg. T. — inventutis c. Ambros. (de bono mortis c. 10) T. D. v., iuventute Sg. (Z.). — praeterientis c. Sg. (Z.), praetereuntes T. D. v. —

56. per quem c. v., per quam Sg. (Z.) T. D. — visites c. Sg. v., visitas T. D. — **VI, 1.** Initio c. T. D (inicō) v., Initium Sg. — terreni orbis c. T. D. v., terrena orbis Sg. — et antequam starent c. Sg. T. v., antequam starent D. — **2.** tonitruum c. Sg. D. v., tonitrui T. — coruscuum (cf. X, 25) c. Sg. (Z.), coruscationum D. c., choruscationum T. — paradysi T. — **3.** decori c. T. D. v., decores Sg. (Z.). — confirmarentur c. Sg. T. v., conservarentur D. — motuum c. D. (cf. syr. ae.), motu Sg. T., motae v. — virtutes etiam Sg. (Z.), virtutis Sg. (Sab.). — milicie T. — **4.** aërum c. Sg. (Z.) D., aëris T. v. — aedificaretur emendavi (cf. syr. ar.[1]), aestimaretur Sg., aestuarent v., estuarent T. D. — scabillum emendavi (cf. syr.), camillum Sg., camini in T. D. v. — syon T. D. — **5.** praesentes c. T. D. v., praesentis Sg. (Z.). — consignati essent c. T. D. v., consignari eorum Sg. — fidem c. v. (cf. syr. ae.), fide Sg. T. D. — thesaurizaverunt c. Sg. D. (thesaurisaverunt) v., thesaurizarentur eorum qui nunc peccant adinoentiones, et consignati essent qui fide thesaurizarentur T. —

zaverunt, 6 tunc cogitavi, et facta sunt haec per me solum,
et non per alium, ut et finis per me et non per alium."
7 et respondi et dixi: „Quae erit separatio temporum?
aut quando prioris finis et sequentis initium?" 8 et dixit
ad me: „Ab Abraham usque ad Abraham. quoniam natus
est ab eo Jacob et Esau, manus enim Jacob tenebat ab
initio calcaneum Esau. 9 finis enim huius saeculi Esau, et
principium sequentis Jacob. 10 hominis membra inter calca-
neum et manum. aliud noli quaerere, Ezra."
11 et respondi et dixi: „O dominator domine, si inveni
gratiam ante oculos tuos, 12 oro ut demonstres servo tuo finem
signorum tuorum, quorum partem mihi demonstrasti nocte
praecedente." 13 et respondit et dixit ad me: „Surge super
pedes tuos et audies vocem plenissimam sonitus. 14 et erit,
sicut commotione commovebitur locus, in quo stas super
eum, 15 in eo cum loquitur, tu non expaveas. quoniam de
fine verbum, et fundamenta terrae intellegent, 16 quoniam de
ipsis sermo; tremiscet et commovebitur, scit enim, quoniam

---

6. cogitavi c. Sg. D. (cogittavi) v., rogavi T. — haec c. Sg. (Z.) D. (hec), om. T. v. — ut et c. Sg. (Z.) T. D., et v. —

7. et sequentis c. Sg. T. v., aut sequentis D. — 8. ad Abraham c. Sg. (cf. syr. ar.¹), ad Isaac T. (ysaac) D. v. — quoniam c. T., quō (quomodo) D., quum Sg., quando v. — natus est c. Sg. T. D., nati sunt v. — enim c. Sg. (Z.) T. (sec. Fritzschium, vero sec. Volkm.) D., om. v. — tenebat c. T. D. v., tenebit Sg. — 9. enim c. Sg. T. v., autem D. — 10. membra emendavi (Esra u. Daniel p. 21. not. 6), manus codd. — aliut Sg. (Z.). — quaerere c. v., querere Sg. (Z.) T. D. — Ezra c. Sg. (Z.), Esdra T. D. v. —

12. oro c. T. D. v., om. Sg. — partem c. T. v., parte D., ex parte Sg. — demonstrasti c. Sg. T. v., monstrasti D. — praecedente c. Sg. (Z.) D., praecedenti v., sequenti praecedente T. — 13. audies c. Sg. T. D., audi v. — sonitus c. T. D. v., sonus Sg. (Z.). — 14. sicut c. T. D. v., sic Sg. (Z.). — commotione c. Vlis. l. l. p. 37, commotio nec codd. — stas c. D., stat Sg., stes T. v, — 15. in eo c. Sg., ideo T. D. v. — loquitur c. T. D. v., loqueretur Sg. — fundamenta c. Sg. (Z.), fundamentum T. D. v. — intellegent emendavi, intellegitur Sg. (Z.), intelligitur T. D. v. — 16. tremiscet emendavi, tremescit Sg. (Z.) D., tremiscit T. v. — commovebitur c. Sg. T. D., commovetur v. —

finem eorum oportet commutari. [17] et factum est, cum audissem, et surrexi super pedes meos et audivi, et ecce vox loquens, et sonus eius sicut sonus aquarum multarum. [18] et dixit: „Ecce dies veniunt, et erit, quando appropinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra, [19] et quando inquirere incipiam ab eis qui iniuste nocuerunt iniustitia sua, et quando suppleta fuerit humilitas Sion, [20] et cum supersignabitur saeculum quod incipiet pertransire, haec signa faciam: libri aperientur ante faciem firmamenti, et omnes videbunt simul, [21] et anniculi infantes loquentur vocibus suis, et praegnantes immaturos parient infantes trium et quatuor mensium, et vivent et suscitabuntur. [22] et subito apparebunt seminata loca non seminata, et plena promptuaria subito invenientur vacua. [23] et tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expavescent. [24] et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos ut inimici, et expavescet terra cum his qui inhabitant eam, et venae fontium stabunt et non decurrent in horis tribus. [25] et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus praedixi tibi, ipse salvabitur et videbit salutare meum et finem saeculi mei. [26] et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustaverunt a nativitate sua. et mutabitur cor inhabitantium et convertetur in sensum alium. [27] delebitur

17. et surrexi c. Sg. (Z.) T. D., surrexi v. — 18. incipiam c. T. D. v., incipio Sg. — 19. nocuerunt c. Sg. D. v., nouerunt T. — iniusticia c. Sg. T. v., in iniusticia D. — syon T. D. — 20. saeculum quod c. Sg. T. v., seculum et D. — incipiet c. Sg. T. D. ed. pr., incipient v. — apperientur D. — 21. inmaturos T. — infantes c. Sg. T. v., filios infantes D. — IIII.or T. — mensium c. T. D. v., mensum Sg. (Z.) — suscitabuntur c. T. D. v., sciscíabuntur Sg. (Z.). — 22. non seminata c. T. D. v., seminata Sg. (Z.). — invenientur c. Sg. D. v., inuehẽtur T. — 23. quam c. T. D. v., quae Sg. (Z.). — audierint c. Sg. D. v., audierunt T. — 24. hiis T. — qui inhabitant eam c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — et non decurrent c. T. v., et non decurrunt Sg. (Z.), ut non decurrant D. — horis c. Sg. D. v., oris F. — 25. et videbit c. Sg. D. v., videbit T. — saeculi mei c. Sg. (Z.) T. D. (omnes: seculi), saeculi vestri v. — 26. alium c. Sg. T. v., alterum D. — 27. extinguetur c. Sg. D. v., extingetur T. —

enim malum, et extinguetur dolus, 28 florebit autem fides, et
vincetur corruptela, et ostendetur veritas, quae sine fructu
fuit diebus tantis."

29 et factum est, cum loqueretur mihi, et ecce paula-
tim titubabat, super quem stabam super eum. 30 et dixit ad
me: „Haec veni tibi ostendere. et tempore venturae noctis,
31 si ergo iterum rogaveris et iterum ieiunaveris VII diebus,
iterum tibi renuntiabo horum maiora. pridem iam auditu
32 audita est vox tua apud Altissimum. vidit enim Fortis di-
rectionem tuam et providit pudicitiam, quam a iuventute tua
habuisti. 33 et propter hoc misit me demonstrare tibi haec
omnia et dicere tibi: Confide et noli timere 34 et noli festi-
nare in prioribus temporibus cogitare vana et non properes
a novissimis temporibus."

III.

35 Et factum est post haec, et flevi iterum et similiter
ieiunavi VII diebus, ut suppleam tres hebdomadas, quae dictae
sunt mihi. 36 et factum est in octava nocte, et cor meum

---

28. ostendetur c. T. D., ostendebitur Sg. (Z.). — diebus tantis c. Sg. v., tantis temporibus T. D. —

29. VI. (i. e. cap. VI) praem. D. — titubabat [sc. locus] emendavi (cf. syr. ar.[1] ae. arm.), intuebatur Sg., intuebar T. D. v. — super quem stabam super eum c. Sg., super eum ante quem stabam T. D. v. — 30. hec: veni T. D. — et tempore venturae noctis emendavi, tempore venture noctis T., tempus venturae noctis v., et venturae nocti Sg. — 31. rogaveris c. Sg. T. v., interrogaveris D. — VII c. T., septem Sg. D. v. — horum maiora c. Sg. T. v., maiora horum D. — pridem iam auditu emendavi, per diem quoniam auditu Sg. (Z.) D., per diem quoniam audivi T., per diem quam audivi v. — 32. audita est c. Sg. (Z.) D., audita est enim T. v. — aput D. — pudiciciam T. D. — iuventute tua c. Sg. T. v., iuventute D. — 34. et noli c. Sg. D. v., om. T. — in prioribus c. Sg. T. D., cum prioribus v. — cogittare D. — vana c. Sg. T. v., vana verba D. — et non c. Sg. v., ut non T. D. ed. pr. — properes c. T. D. v., properas Sg. (Z.). —

35. VII. T. D. — hebdomadas c. v., ebdomadas Sg. (Z.) T. D. ed. pr. — 36. iterato turbabatur c. Sg. (Z. sec. m.) T., iterum turbabatur D., ite-

iterato turbabatur in me, et coepi loqui coram Altissimo,
37 inflammabatur enim spiritus meus valde, et anima mea
anxiabatur. 38 et dixi: „O domine, loquens locutus es ab ini-
tio creaturae in primo die dicens: Fiat coelum et terra, et
tuum verbum opus perfecit. 39 et erat tunc spiritus volans,
et tenebrae circumferebantur et silentium, sonus vocis homi-
nis nondum erat abs te. 40 tunc dixisti de thesauris tuis
proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum. 41 et
die secundo [iterum] creasti spiritum firmamenti et imperasti
ei ut divideret et divisionem faceret inter aquas, ut pars qui-
dem sursum recederet, pars vero deorsum maneret. 42 et
tertio die imperasti aquis congregari in septima parte terrae,
sex vero partes siccasti et conservasti, ut ex his sint coram
te ministrantia seminata adeo et culta. 43 verbum enim tuum
processit, et opus statim fiebat. 44 processit enim subito fru-
ctus multitudinis immensus et concupiscentia gustus multifor-
mis et flores colore inimitabili et odores odoramenti investi-
gabilis. et die tertio haec facta sunt. 45 quarto autem die
imperasti fieri solis splendorem, lunae lumen, stellarum dis-
positionem. 46 et imperasti eis ut deservirent futuro plasmato

rato turbatur Sg. (Z. pr. m.), turbabatur iterato v. — cepi T. D. — Altissimo c. T. D. v., altissimu Sg. (Z.). — 37. inflamabatur T. — anxiabatur c. Sg. D. v., anxiebatur D. — 38. celum T. D. — tuum verbum etiam Sg. (Z.), non: verbum tuum (Sabat.). — perfecit c. Sg. T. D., perfectum v. — 39. erat c. T. v., erant Sg. (Z.) D. — volans c. Sg. (Z.) T. D., om. v. — silencium D. — 40. luminosum, quo c. T. D. v., quod luminis ut Sg. — appareret c. T. D. v., apparerent Sg. (Z.). — opus tuum c. T. D. v., opere tuo Sg. — 41. [iterum] c. Ambros. de spir. s. II, 7 (cf. syr. ae.), om. codd. — — quidem c. Sg. T. D., quaedam v. — 42. tertio c. T. D., tertia Sg. v. — septima c. Sg. T. v., una D. — ·VI· T. — sicasti T. — hiis T. — sint c. Sg. T. v., om. D. — adeo c. T. (D. ?), a deo Sg. v. — 44. inmensus T. — concupiscentia c. Sg. (Z.) D., concupiscenti T., concupiscentiae v. — multiformis c. D., multiformes Sg. T. v. et edd. — flores colore inimitabili c. Sg. T., flores et colores immutabiles D., flores colore immutabili v. — odoramenti c. T. D. v., odoramentis Sg. (Z.). — tertio c. Sg. (Z.) T., tertia D. v. — 45. quarto (cf. v. 38. 41. 42. 44) c. D., quarta Sg. T. v. et edd. — imperasti fieri c. Sg. T. v., fieri imperasti D. —

homini. 47 quinto autem die dixisti septimae parti terrae,
ubi erat aqua congregata, ut procrearet animalia, volatilia et
pisces. et ita fiebat 48 aqua muta et sine anima, quod ei
iubebatur, animalia faciens, ut ex hoc mirabilia tua na-
tiones enarrent. 49 et tunc conservasti duo animalia. nomen
unius vocasti Enoch, et nomen secundi vocasti Leviatan.
50 et separasti ea ab alterutro; non enim poterat septima
pars, ubi erat aqua congregata, capere ea. 51 et dedisti Enoch
unam partem, quae siccata est tertio die, ut inhabitet in ea,
ubi sunt montes mille. 52 Leviatan autem dedisti septimam
partem humidam et servasti ea, ut fiant in devorationem,
quibus vis et quando vis. 53 sexto autem die imperasti ter-
rae, ut crearet coram te iumenta et bestias et reptilia, 54 et
super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus
factis quae fecisti, et ex eo educimur nos omnes, quem ele-
gisti populum. 55 haec autem omnia dixi coram te, domine,
quoniam dixisti, quia propter nos creasti saeculum. 56 resi-
duas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nihil esse, et

---

47. terrae c. Sg. T. v., om. D. — volatilia c. Sg. (Z.) D., et volatilia T. v. — 48. muta c. v. (cf. syr. ar.[1] ae.), multa Sg. T. D. — quod ei iubebatur c. D., quo dei iubebatur Sg. (Z.), quae dei nutu iubebatur v., quo dei uidebatur T. — faciens c. Sg. T. D., faciebat v. — naciones D. — 49. duo animalia emendavi (cf. seqq. secundi et v. 50. 52 ea, etiam syr. ae.), duas animas codd., tuas animas mendose Sabat. — unius emendavi (cf. syr. ae.), uni codd. — Enoch c. Sg. (Z.) T. D., Henoch v. — secundi c. Sg. T. D., secundae v. — Leviatan c. Sg. (Z.) T., Leviathan D. v. — 50. separasti c. Sg. D. v., seminasti T. — septima c. Sg. v., · VII · T. D. — 51. Enoch c. Sg. (Z.) T. D., Henoch v. — unam c. T. D. v., una Sg. (Z.). — tertio c. Sg. T. (tercio) v., tercia D. — inhabitet in ea c. D., inhabitet et in ea Sg. (Z.), habitet in ea T. v. — 52. Leviatan c. Sg. (Z.), Leviathan T. D. v. — septimam partem c. Sg. T. v., partem septimam D. — humidam c. T. D. v., umidam Sg. (Z.). — ea emendavi (cf. syr. ae., etiam sequens: fiant), eam codd. — fiant c. Sg. (Z.) T., fiat D. v. — devorationem c. D. v., devoratione Sg. (Z.) T. (devotõne). — 53. · VI · " T. — 54. hiis T. — educimur c. Sg. D. v., educemur T. — quem c. Sg. (Z.) D., quemque T. v. — 55. quoniam dixisti c. Sg. T. D., om. v. — 56. nichil T. D., nil Sg. v. — sicut c. Sg. (Z.) D., quasi T. v.

quoniam salivae assimilatae sunt, et sicut stillicidium de vase similasti abundantiam eorum. [57] et nunc, domine, ecce istae gentes, quae in nihilum, deputatae sunt dominari nostri et devorare nos. [58] nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum, unigenitum, aemulatorem carissimum, traditi sumus in manibus eorum. [59] et si propter nos creatum est saeculum, quare nostram haereditatem non possidemus cum saeculo? usquequo haec?"

VII. [1] et factum est, cum finissem loqui verba haec, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, [2] et dixit ad me: „Surge, Ezra, et audi sermones, quos veni loqui ad te." [3] et dixi: „Loquere, dominus meus." et dixit ad me: „Mare positum est in spatioso loco, ut esset latum et immensum. [4] erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminis. [5] quis enim volens voluerit ingredi mare et videre eam vel dominari eius, si non transierit angustum, in latitudinem venire quomodo poterit? [6] item aliud: civitas est, aedificata et posita in loco campestri, est autem plena omnium bonorum, [7] introitus autem

— abundantiam c. v., habendantiam Sg. (Z.) T. habundanciam D. — 57. nichilum T. D. — dominari c. Sg. (Z.) T. D., coeperunt dominari v. — nos c. Sg. T. D., om. v. — 58. aemulatorem carissimum c. Sg. (Z.), emulatorem carissimum T. D., aemulatorem tuum v. — 59. creatum c. Sg. D. v., tantum T. — nostram haeredetitatem non possidemus cum saeculo c. D. (hereditatem — seculo), non haereditatem possidemus nostram saeculo Sg. (Z.), non haereditatem possidemus cum seculo T. v. (saeculo). — seculo usquequo hec T. —

VII, 1. VII. (i. e. cap. VII.) praem. D. — 2. Ezra c. Sg. (Z.), Esdra T. D. v. — 3. dominus c. Sg. (Z.) T. D., deus v. — spacioso T. D. — latum emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), altum codd., amplum Volkm. — immensum c T. D. v., inmensum Sg. (Z.). — 4. in c. Sg. D. v., et T. — fluminis c. Sg. (Z.), fluminibus T. D. v. — 5. mare c. T. D. v., mari Sg. (Z.). — et videre c. T. D. v., videre Sg. (Z.). — eam (sc. τὴν θάλασσαν) c. Sg. T. v., ipsum D., eum v. — vel dominari c. Sg. T. v., et dominari D. — si non c. Sg. D. v., si ū (i. e. uero) T. — angustum c. Sg. T. v., in angustum D. — venire quomodo c. Sg. (Z.) T. ed. pr., quomodo venire v., venire non D. — 6. posita c. Sg. D. v., posita est T. — est autem c. Sg. D. v., autem T. — 7. autem c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — praecipiti c. Sg. D. v., p̄cium (i. e. praecipitium) T.

eius angustus et in praecipiti positus, ut esset a dextris siquidem ignis, a sinistris vero aqua alta, [8]semita autem est una sola inter eos posita, hoc est inter ignem et aquam, ut non capiat semita nisi solummodo vestigium hominis. [9]si autem dabitur civitas homini in haereditatem, si nunquam antepositum periculum pertransierit, quomodo accipiet haereditatem suam?" [10]et dixi: „Sic, domine." et dixit ad me: „Sic est et Israel pars. [11]propter eos enim feci saeculum, et quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factum est. [12]et facti sunt introitus huius saeculi angusti et dolentes et laboriosi, pauci autem et mali et periculorum pleni et laborum magnorum fulti. [13]nam maioris saeculi introitus spatiosi et securi et facientes immortalitatis fructum. [14]si ergo non ingredientes ingressi fuerint qui vivunt angusta et mala haec, non poterunt recipere quae sunt reposita. [15]nunc ergo tu quare conturbaris, corruptibilis cum sis? et quid moveris tu, cum sis mortalis? [16]et quare non accepisti in corde tuo quod futurum, sed quod in praesenti?"

---

esset c. Sg. T. v., adesset D. — siquidem c. Sg. (Z.) T. D., quidem v. — a sinistris vero c. Sg. (Z.), a sinistris T. v., et a sinistris quidem D. — 8. inter eos posita, hoc est inter ignem et aquam c. D. v., inter eos posita, hoc est ignis et aqua Sg., inter ignem et aquam T. — ut non capiat c. Sg. T. v., sed non capiet D. — semitta D. — 9. si c. Sg. D. v., sed T. — nunquam c. T. (numquam) v., nusquam D., non quaris Sg. — ante positum Sg. T. — 11. eos enim c. Sg. T. v., enim eos D. — iudicatum c. Sg. D. v., indicatum T. — 12. et dolentes c. Sg. D. v., dolentes T. — laborum magnorum c. Sg., laborum magnorum opere D., labore magno opere T. (magno opere, etiam ed. pr.) v. — 13. maioris saeculi c. Sg. D. v., maiores seculi T. — spáciosi D. — et securi c. Sg. D. v., om. T. — immortalitatis c. Sg. T. (inm.) v., mortalitatis D. — 14. non ingredientes ingressi fuerint c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr. (fuerunt), ingredientes non fuerunt ingressi v. — mala emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), vana codd., egena Volkm. — poterunt c. Sg. T. v., poterint D. — 15. tu quare c. Sg. (Z.) T. D., quare tu v. — corruptibilis cum sis c. Sg. (Z.) D., cum sis corruptibilis T. v. — 16. futurum c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., est futurum v. — quod in praesenti c. Sg. D. v., in praesentis T. —

[17] et respondi et dixi: „Dominator domine, ecce dispo-
suisti in lege tua, quoniam iusti haereditabunt haec, impii
autem peribunt. [18] iusti autem ferent angusta sperantes spa-
tiosa, qui enim impie gesserunt, et angusta passi sunt et
spatiosa in fine non videbunt.“ [19] et dixit ad me: „Non est
iudex super deum, neque intellegens super Altissimum. [20] per-
eant enim multi praesentes, quoniam negligitur quae ante-
posita est dei lex. [21] mandans enim mandavit deus venien-
tibus, quando venerunt, quid facientes viverent, et quid ob-
servantes non punirentur. [22] hi autem non sunt persuasi et
contradixerunt ei et constituerunt sibi cogitamenta vanitatis
[23] et proposuerunt sibi circumventiones delictorum et super-
dixerunt Altissimum non esse et vias eius non cognoverunt
[24] et legem eius spreverunt et sponsiones eius abnegaverunt et
legitimis eius fidem non habuerunt et opera eius non perfe-
cerunt. [25] propter hoc, Ezra, vacua vacuis et plena plenis!
[26] ecce enim tempus veniet, et erit, quando venient signa
quae praedixi tibi, et apparebit sponsa et apparescens civitas,
et ostendetur quae nunc subducitur terra. [27] et omnis qui
liberatus est de praedictis malis, ipse videbit mirabilia mea.
[28] revelabitur enim filius meus Jesus cum his qui cum eo et

17. et respondi c. Sg. (Z.) T. D., respondi v. — ecce c. D. (cf. syr. ar.[1] ae.), non Sg. T. v. — disposuisti c. Sg. T. v., disposui (in margine add. sti) D. — in lege c. Sg. (Z.) T. D., lege v. — 18. spaciosa (bis) T. D. — angusta (secundum) c. T. D. v., angustam Sg. (Z. emend. angustiam). — in fine c. Sg., om. T. D. v. — videbunt (cf. syr. ae.) c. T. (a seriori manu emend.) D. v., viderunt Sg. T. (pr. m.) — 19. intellegens c. Sg. (Z.), intelligens T. D. v. — 20. pereant c. Sg. T. D., pereunt v. — quoniam c. Sg. (quam Sab., sed est: quoniam) quia T. D. v. — negligitur c. T. D. v., neglegatur Sg. — ante posita T. D. — 22. hii T. D. — cogitamenta c. Sg. (Z.) T. D. (cogittamenta), cogitamen v. — 23. Altissimum c. Sg. (Z. sec. m.), Altissimo Sg. (Z. pr. m.) T. D. v. — vias c. Sg. T. v., viam D. — 24. legitimis c. Sg. (Z.), in legitimis T. D. (legittimis) v. — 25. Ezra c. Sg. (Z.), Esdra T. D. v. — 26. ecce enim c. Sg. (Z.), ecce T. D. v. — civitas, et c. Sg. (Z.) T. D. om. v. — subducitur c. Sg. D. v., subdicatur T. — 27. mea c. Sg. D. v., om. T. — 28. Jesus etiam T. (ih'e) D. (Jhesus). — hiis T. — qui cum eo c. Ambros. Sg. (Z.), qui cum eo sunt T. D. v. — iucundabit c. Sg. (cf. syr. ar.[1]

iucundabit qui relicti sunt annis quadringentis. 29 et erit post annos hos, et morietur filius meus Christus et omnes qui spiramentum habent homines. 30 et convertetur saeculum in antiquum silentium diebus VII, sicut in prioribus initiis, ita ut nemo derelinquatur. 31 et erit post dies VII, et excitabitur quod nondum vigilat saeculum, et morietur corruptum. 32 et terra reddet qui in ea dormiunt, et pulvis qui in eo silentio habitant, et promptuaria reddent quae eis commendatae sunt animae. 33 et revelabitur Altissimus super sedem iudicii, et pertransibunt misericordiae, et longanimitas congregabitur. 34 iudicium autem solum remanebit, et veritas stabit, et fides convalescet. 35 et opus subsequetur, et merces ostendetur, et iustitiae vigilabunt, et iniustitiae non dormibunt . . . .
. . . .

a. ubi paradisus est iucunditatis, . . . ubi nullae nubes, nulla tonitrua, nullae coruscationes, nulla ventorum procella, neque tenebrae, neque vesper, neque aestas, neque hiems vices variabunt temporum, non frigus, non grando, non pluviae, non solis istius erit usus aut lunae, neque stellarum globi, sed sola dei fulgebit claritas. dominus enim erit lux omnium . . . .
. . . .

---

ae.), iocundabuntur T. D., iucundabuntur v. et Ambros. — annis quadringentis c. Sg. D., annis · CCCC · T., in annis quadringentis v. — 29. XPC T., XP̄C D. — 30. antiquum c. D. v., anticum Sg. (Z.), am̄tum T. — · VII · T., septem D. v. — initiis edidi, iniciis Sg. (Z.) T. D., iudiciis v. — 31. · VII · T., septem D. v. — et excitabitur c. Sg. T. v., excitabitur D. — quod c. T. D. v., qui Sg. (Z.). — 32. qui in ea c. Sg. (Z.) D. (cf. syr. ar.[1] ae.), quae in ea T. (que) v. — silencō D. — habitant c. D. v. (cf. syr. ar.[1] ae.), habitat Sg. (Z.) T. — promptuaria c. T. D. v., prumptuaria Sg. (Z.) — commendatae c. Sg. D. (-ate) v., commendata T. — 33. misericordiae c. Sg. (Z. misericordie), miserie T. D., miseriae v. — 34. et veritas c. Sg. (Z.) T. D., veritas v. — 35. subsequitur Sg. (Z.). — iniusticie T. D. — dormibunt c. Sg., dominabuntur T. D. v. — ante v. 36 latinam versionem eadem praebuisse, quae in verss. syr. ar.[1, 2] ae. arm. leguntur, fragmenta sequentia docent.

a. cf. aeth. vers. VI, 4—16. Ambrosium de bono mortis c. 12 (Opp. I, 150 ed. Colon.) his laudare 4. Ezrae librum bene monuit Volkmarus l. l. p. 66.—

b. (animae sunt substantiae superioris) . . . .
. . . .

c. ergo dum exspectatur plenitudo temporis, exspectant animae remunerationem debitam. alias manet poena, alias gloria; et tamen nec illae interim sine iniuria, nec istae sine fructu sunt. nam et illae videntes servantibus legem Dei repositam esse mercedem gloriae, conservari earum ab angelis habitacula, sibi autem dissimulationis et contumaciae supplicia futura et pudorem et confusionem, ut intuentes gloriam Altissimi erubescant in eius conspectum venire, cuius mandatum temeraverunt . . . .
. . . .

d. iustarum autem animarum per ordines quosdam digesta laetitia: primum quod vicerint carnem nec illecebris eius inflexae sint; deinde quod pro pretio sedulitatis et innocentiae suae securitate potiantur nec quibusdam, sicut impiorum animae, erroribus et perturbationibus implicentur atque vitiorum suorum memoria torqueantur et exagitentur quibusdam curarum aestibus; tertio quod servatae a se legis divino testimonio fulciuntur, ut factorum suorum incertum supremo iudicio non vereantur eventum; quarto quia incipiunt intelligere requiem suam et futuram sui gloriam praevidere, eaque se consolatione mulcentes in habitaculis suis cum magna tranquillitate requiescent stipatae praesidiis angelorum; quintus autem ordo exultationis uberrimae habet suavitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucem libertatemque pervenerint et repromissam sibi possideant haereditatem! — — — — denique sexto ordine demonstrabitur iis, quod vultus earum sicut sol incipiet refulgere et stellarum

---

b. cf. vers. aeth. VI, 39. Ambrosius in epi. ad Horontianum (Opp. V. p. 140 Ç. ed. Colon.): de quo tibi Esdrae librum legendum suadeo, qui et illas philosophorum nugas despexerit et abditiore prudentia, quam legerat ex revelatione, perstrinxerit eas (animas) substantiae esse superioris. —

c. cf. vers. aeth. VI, 55—62. ex Ambrosii de bono mortis c. 10. —
d. cf. aeth. vers. VI, 64—76. ex Ambrosii l. l. c. 11. —

luminibus comparari, qui tamen fulgur earum corruptelam iam sentire non possit. septimus vero ordo is erit, ut exultent cum fiducia et sine ulla cunctatione confidant et sine trepidatione laetentur, festinantes vultum eius videre, cui sedulae servitutis obsequia detulerunt, de quo innoxiae conscientiae recordatione praesumant gloriosam mercedem laboris exigui, quam incipientes recipere cognoverunt indignas Rom.
esse huius temporis passiones, quibus remunerationis aeter- VIII,18.
nae gloria tanta referatur. hic ordo, inquit, animarum, quae sunt iustorum, quas etiam immortales non dubitavit dicere in quinto ordine, eo quod spatium, inquit, incipiunt recipere fruentes et immortales. haec est, inquit, requies animarum per septem ordines et futurae gloriae prima perfunctio, priusquam in suis habitationibus quietae congregationis munere perfruantur. unde ait propheta ad angelum: „Ergo dabitur tempus animarum (l. animabus), postquam separatae fuerint de corpore, ut videant, de quo modo dixisti?" et dixit angelus: „Septem dies erit libertas earum, ut videant in septem diebus qui praedicti sunt sermones, et postea congregabuntur in habitaculis suis." . . . .

. . . .

e. post mortem nullus pro aliis gaudet deprecari . . .

. . . .

36 primus Abraham propter Sodomitas oravit, et Moyses pro
patribus, qui in deserto peccaverunt, 37 et Hiesus qui post
eum pro Israel in diebus Achaz, et Samuhel 38 et David pro

e. cf. aeth. vers. VI, 82 (et lat. vers. VII, 45). Hieronymus ad Vigilantium c. 10 (Opp. II, 393): tu vigilans dormis et dormiens scribis et propinas mihi librum apocryphum, qui sub nomine Esdrae a te et similibus tui legitur, ubi scriptum est, quod post mortem nullus pro aliis gaudeat deprecari, quem ego librum nunquam legi etc. — 36. primus c. Sg. T. D., et dixi: „Primus v. — oravit c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — 37. Hiesus c. Sg. D., om. T. v. — Achaz c. Sg. v., Achas T. D. — Samuhel c. Sg. (Z) D., Samuelis T. v. — 38. et David c. Sg. (Z.) T. D., David v. — qui in sanctionem c. Sg. T. (sanctōem) qui venerunt in sanctionem D. (sancōem) ed. pr., qui venerunt in sanctificationem v. —

confractione, et Salomon pro eis qui in sanctionem, [39] et Helias pro his qui pluviam acceperunt et pro mortuo ut viveret, [40] et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, et multi pro multis. [41] si ergo modo, quando corruptibile increvit, et iniustitia multiplicata est, et oraverunt iusti pro impiis, quare et tunc sic non erit?" [42] et respondit ad me et dixit: „Praesens saeculum non est finis, gloria in eo [non] frequens manet. propter hoc oraverunt validi pro invalidis. [43] diei enim iudicii erit finis temporis huius et initium futuri immortalis temporis, in quo pertransivit corruptela. [44] soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas, crevit autem iustitia, orta est veritas. [45] tunc ergo nemo poterit salvare eum, qui periit, neque demergere eum, qui vicerit."

et respondi [46] et dixi: „Hic sermo meus primus et non novissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dedisset, coercere eum ut non peccaret. [47] quid enim prodest omnibus in praesenti vivere in tristitia et mortuos sperare pumitionem? [48] o tu quid fecisti, Adam? si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed et nostrum, qui ex te advenimus. [49] quid enim nobis prodest,

39. Helias c. Sg. (Z.) D., helij T., Elias v. — hiis T. — 40. Ezechias c. Sg. D. v., Esechias T. – 41. corruptibile c. Sg. D. v., incorruptibile T. — iniusticia T. — tunc c. Volkm. (cf. syr. ae. ar.¹ arm.), nunc codd. — 42. [non] cf. ceteras versiones, om. codd. — validi pro invalidis c. Volkm. (cf. syr. ar. ae.), pro ualidis Sg (Z.), pro invalidis T. D. v. — 43. diei c. Sg. (Z.) T. D., dies v. — et initium c. v. (cf. syr. ar.¹ ae.), om. Sg. T. D. — futuri immortalis temporis c. Sg. (Z.), futuri immortalitatis temporis T. (inm.) D., temporis futurae immortalitatis v. — pertransivit c. Sg. (Z.) T. D., transivit v. — 44. abscisa T. D. ed. pr. -- iusticia T. D. — 45. ergo c. Sg. (Z.) D., enim T. v. — salvare eum, qui periit c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — eum qui vicerit c. Sg. (Z.) D., qui vicerit T., qui vicit v., qui vincit ed. pr. —

et respondi. D. praem. VIII (i. e. cap. VIII). — 46. Hic c. Sg. (Z.) T. D., Hic est v. — non novissimus c. Sg. T. D. (ubi superscriptum est: non), novissimus v. — coercere c. v., cohercere T. D., coherceret Sg. (Z.). — 47. omnibus c. Sg. (Z.) T. D., hominibus v. — in praesenti c. Sg. D. v., om. T. — tristicia T. D. — punitionem c. Sg. D. v., pūctionem T. — 48. sed et c. T. D. v., et Sg. (Z.). — nostrum c. Sg. T. D., noster v. — 49. nobis prodest c. Sg. (Z.) T. D., prodest nobis v. — inmortale T. — vero c. Sg. (Z.) T. D., autem v. —

si promissum est nobis immortale tempus, nos vero mortalia
opera egimus? 50 et quoniam praedicta est nobis perennis
spes, nos vero pessime vani facti sumus? 51 et quoniam re-
posita sunt habitacula sanitatis et securitatis, nos vero male
conversati sumus? 52 et quoniam incipiet gloria Altissimi
protegere eos, qui caste conversati sunt, nos autem pessimis
viis ambulavimus? 53 et quoniam ostendetur paradisus, cuius
fructus incorruptus perseverat, in quo est saturitas et medela,
54 nos vero non ingrediemur, in ingratis enim locis conversati
sumus? 55 et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum,
qui abstinentiam habuerunt, nostrae vero facies super tene-
bras nigrae? 56 non enim cogitavimus viventes, quando ini-
quitatem faciebamus, quid incipiemus post mortem pati". 57 et
respondit et dixit: „Hoc est cogitamentum certaminis, quem
certabit qui super terram natus est homo, 58 ut si victus fue-
rit, patiatur quod dixisti, si autem vicerit, recipiet quod dico.
59 quoniam haec est via, quam Moyses dixit, cum viveret, ad
populum dicens: „Elige tibi vitam ut vivas." 60 non credi-
derunt autem ei, sed nec post eum prophetis, sed nec mihi,
qui locutus sum ad eos. 61 quoniam non esset tristitia in

---

50. perennis c. Sg. v., perhennis T. D. — pessime c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., pessimi v. — 51. reposita sunt c. Sg. (Z.) T. D., reposita sunt nobis v. — securitatis c. Sg. D. v., saturitatis T. — 52. incipiet c. Sg. D., reposita T. ed. pr., reposita est v. — caste c. Sg. (Z.) D., tarde T. v., parce Volkm. — conversati sunt c. Sg. D. v., conversati sumus, et quoniam reposita gloria Altissimi protegere eos qui tarde conversati sunt T. — 53. paradysus T. — saturitas c. Sg. (Z.) D. securitas T. v. — 55. abstinentiam c. T. D. (abstinenciam) v., abstinentia Sg. (Z.). — vero c. Sg. (Z.) D., autem T. v. — 56. cogittavimus D. — quid incipiemus c. D. v., quod incipiemus v., quid incipientes Sg. — 57. cogittamentum D. — quem (sc. ἀγῶνα) c. Sg. (Z.), quod T. D. v. — certabit c. v. (cf. syr. ae.), certauit Sg. (Z.) T. D. — 58. ut si c. Sg. D. v., et si T. — paciatur T. D. — 59. via c. Sg. (Z.) T. D., vita v. — quam c. T. D. v., quem Sg. (Z.). — viveret c. Sg. T. v., iverit D. — ut vivas c. Sg. v., et vivas D., et vives T. — 60. ei, sed nec c. Sg. D. v., ei, sed T. — prophetis c. T. D. v., prophetas Sg. (Z.). — 61. tristitia c. Sg. D. (tristicia) v., iusticia T. — et futurum c. Sg. (Z.) D., futurum T. v. —

perditionem eorum, sicut et futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus."

[62] et respondi et dixi: „Scio, domine, quoniam nunc vocatus est Altissimus misericors in eo quod misereatur qui nondum in saeculo advenerunt, [63] et miserator in eo quod miseretur illis, qui conversionem faciunt in lege eius, [64] et longanimis, quoniam longanimitatem praestat his qui peccaverunt quasi suis operibus, [65] et munificus, quoniam quidem donare vult pro exigere, [66] et multae misericordiae, quoniam multiplicat magis misericordias his qui praesentes sunt, et qui praeterierunt, et qui futuri sunt. — [67] si enim non multiplicaverit, non vivificabitur saeculum cum his qui inhabitabant in eo — [68] et donator, quoniam si non donaverit de bonitate sua ut alleventur hi, qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus, non poterit decies millesima pars vivificari hominum, [69] et iudex si non ignoraverit his, qui creati sunt verbo eius, et deleverit multitudinem contemptionum, non fortassis derelinquentur in innumerabili multitudine nisi pauci valde." VIII. [1] et respondit ad me et dixit: „Hoc saeculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. [2] dicam autem coram te similitudinem, Ezra: Quomodo autem interrogabis terram, et dicet tibi, quoniam dabit terram

---

62. nunc c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — qui c. Sg. (Z.) T. D., his qui v. — 63. et miserator in eo quod c. D. et Volkm., et misereatur in eo quod Sg. T. (misereator), et quod v. — 64. longanimis c. Sg. (Z.), longanimus T. D., longanimis est v. — hiis T.— 65. munificus c. T. D., muneribus Sg., munificus est v. — exigere c. Sg. T. D., exigentiis v. — 66. hiis T. — 67. multiplicaverit c. Sg. (Z.) T. D., multiplicaverit misericordias suas v. — hiis T. — inhabitabant c. Sg. (Z.) T., habitant D., inhereditabant ed. pr., inhaereditabunt v. — in eo c. Sg. T. v., cum eo D. — 68. donator c. Sg. T. D., donat v. — hii T. D. — iniquitatem c. T. D. v., iniquitates Sg. (Z.). — 69. ignoraverit c. Sg. (Z.) D. ed. pr., ignoverit T. v. — hiis T. — creati c. Sg. (Z.) T. D., curati v. — contemptionum c. Sg. T. D., contentionum v. — derelinquentur c. Sg. T. D., derelinquerentur v. — in innumerabili c. v., in numerabili Sg. T. (Fr.), innumerabili D. ed. pr. — VIII, 2. Ezra c. Sg. (Z.), Esdra T. D. v. — parvum autem c. Sg. T. v., parvum aut D. —

multam magis, unde fiat fictile, parvum autem pulverem, unde aurum fit: sic et actus praesentis saeculi. [3] multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur."

[4] et respondi et dixi: „Absorbe ergo, anima, sensum, et devoret quod sapit. [5] convenisti enim obaudire et properas nolens. nec enim tibi est datum spatium nisi solum modicum vivere. [6] o domine super nos, si permittes servo tuo, ut oremus coram te, et des nobis semen cordis et sensui culturam, unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis?- [7] solus enim es, et una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es. [8] et quoniam vivificas nunc in matrice plasmatum corpus et praestas membra, conservatur in igni et aqua tua creatio, et novem mensibus patitur tua plasmatio tuae creaturae quae in ea creata est. [9] ipsum autem quod servat et quod servatur, utraque servabuntur servatione tua, quando iterum reddit

---

4. Absorbe c. T. D. v., Absolve Sg. — sensum c. T. D. v., sensu Sg. (Z.). — devoret c. Sg. T. D., devorat ed. pr., devora v. -- quod c. Sg. T. v., quos D. — 5. convenisti enim obaudire c. T. D. v., convenisti inobaudire Sg. (Z.). — properas nolens emendavi (cf syr. ae.), prophetas noles Sg. (Z.), prophetas volens T. D. ed. pr., prophetare volens v. — est datum c. Sg. (Z.) T. ed. pr., datum est D. v. — solum modicum emendavi (cf. syr. ar.'), solum modum Sg. (Z.), solummodo T. D. v. — 6. super nos c. Sg., si super nos D., si nos T., si non v. — si permittes c. Sg., permittes T. D. v. — servo tuo c. Sg. T. v., servos tuos D. — cordis c. Sg. (Z.) T. D., cordi v. — fructus fiat c. T. D. v., fructum fiat Sg. (Z.). — unde vivere c. Sg. D. v., n̄ vivere T. — hominis c. Sg. T. v., nominis D. — 7. om. D. in textu, post corpus v. 8 add. sub textu. — una c. Sg. T. v., om. D. — locutus es c. Sg. D. v., es locutus T. — 8. quoniam c. Sg. T. D., quomodo v. — vivificas c. Sg. D., om. T. v. — matrice c. T. D. v., matrici Sg. — plasmatum c. Sg. T. D., plasmatum est v. — praestas c. v. (cf. syr. ae.), praestans Sg. T. D. — menbra T. — igni c. Sg. (Z.) T., igne D. v. — novem c. Sg. D. v., · X · T. — tuae creaturae c. Sg. (Z.), tue creature T. D., tuam creaturam v. — quae in ea c. Sg. T. (que) v., qui in ea D. — 9. ipsum c. Sg. D. v., ipsa T. — quod servat et c. v. (cf. syr.), et D., om. Sg. T., — servatione tua emendavi (cf. syr. ar.' ae.), servati Sg., servataque D. v., servata T. — quando c. Sg., quando que T. D. v. — creverunt c. T. D. v., creverint Sg. —

matrix quae in ea creverunt. [10]imperasti enim ex ipsis
membris, hoc est mamillis, praebere lac, fructum mamillarum,
[11]ut nutriatur id quod plasmatum est usque in tempus ali-
quod. et postea dispones eum tuae misericordiae. [12]enutri-
sti eum tuae iustitiae et erudisti eum in lege tua et corripui-
sti eum tuo intellectui. [13]et mortificabis eum ut tuam crea-
turam et vivificabis eum ut tuum opus. [14]si ergo perdideris
qui tantis laboribus plasmatus est tuo iussu facili ordinari,
ut et quid fiebat? [15]et nunc dicens dicam — de omni ho-
mine tu magis scis — de populo autem tuo, ob quem doleo,
[16]et de haereditate tua, propter quam lugeo, et propter Israel,
propter quem tristis sum, et de semine Jacob, propter quod
conturbor. [17]ideo incipiam orare coram te pro me et pro
eis, quoniam video lapsus nostros, qui inhabitamus terram,
[18]sed audivi celeritatem iudicis qui futurus est. [19]ideo audi
vocem meam et intellege sermonem meum, et loquar co-
ram te.“

10. enim c. T. D. v., ut Sg. (Z.). — menbris T. — fructum c. T. D., fructui Sg. v. — 11. aliquod c. T. D. v.. aliquem Sg. (Z.). — post ea T. — dispones c. Sg. (Z.) T. D., disponas v., disponens Volkm. — 12. enutristi c. Sg. v., enutrivisti T., et enutrivisti D. — tuae iustitiae c. Sg. (Z. iusticiae) T. (tue iusticie), tua iustitia v., tue misericordie D. — intellectui c. Sg. (Z.) T. D., intellectu v. — 13. mortificabis c. T. D. v., mortificauis Sg. (Z.). — tuam creaturam c. D. v., tua creatura Sg. (Z.) T. ed. pr. — vivificabis c. T. D. v., uiuificauis Sg. (Z.). — tuum opus c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., opus tuum v. — 14. qui c. Sg. (Z.) T. D., eum qui v. — facili c. Sg. (Z.), facilem T. D., facile est v. — ut et quid fiebat c. Sg. (Z.) T. D., ut et id quod fiebat servaretur v. — 15 dicens c. Sg. T. D., domine v. — omni homine c. T. v., omnem hominem Sg. (Z.) D. — ob quem doleo c. D. v., ob quod doleo T., quod mihi dolet Sg. — 16. haereditate tua c. T. (hereditate) D. (hereditate) v., hereditatem tuam Sg. (Z.). — de semine Jacob, propter quod conturbor c. Sg. (semini) D., de Jacob, propter quem conturbor T., de Jacob, propter quem doleo v. — 17. inhabitamus terram c. Sg. v., inhabitabimus terram T., habitamus in terra D. — 18. iudicis c. T. D., v., iudicii Sg. (Z.) — 19. vocem meam c. T. D. v., meam uocem Sg. (Z.). — intellege c. Sg. (Z.), intellige T. D. v. — sermonem meum c. D. v., sermonem meorum Sg. (Z.), clamorem meum T. — et loquar coram te c. Sg. T. v., ut loquar te coram D. —

20 Initium verborum Ezrae priusquam assumeretur.
et dixi: „Domine, qui inhabitas saeculum, cuius oculi
elati, et superna in aërem, 21 et cuius thronus inaestimabilis,
et gloria incomprehensibilis, cui adstat exercitus angelorum
cum tremore, 22 quorum servatio in vento et igni convertitur,
cuius verbum verum, et dicta perseverantia, 23 cuius iussio
fortis, et dispositio terribilis, cuius adspectus arefacit abyssos,
et indignatio tabescere facit montes, et veritas testificatur,
24 exaudi orationem servi tui et auribus percipe precationem
figmenti tui, intende in verba mea! 25 dum enim vivo lo-

20—36. praeter eos codices quos iam Sabaterius contulit (v. s. p. 70), etiam in codd. mss. Bibliothecae academicae Jenensis (fol. 11) inveni Bibliorum latinorum partem V, ubi post librum II. Ezrae (vel Neemiae), ante librum III. Ezrae (graec.) „in cedula“ additur: „confessio hesdre.“ hunc codicem sec. XIV ineuntis signavi J. vel Jen. — 20. Inicium T. D. — Ezrae c. Sg. (Z.), Esdre T. D., Esdrae v. — assumetur solus D. — et dixi. D. praem. IX (i. e. cap. IX). — dixi c. T. D. v., dixit Sg. (Z.) — qui inhabitas saeculum c. Sg. T. D. (seculum) v., qui habitas in aeternum Vat. Moz. Colb. Jen. — cuius X oculi solus D. — elati, et superna in aërem c. Sg. (Z. helati), elati et superiora in aëra Moz. Jen., elati et superiores in aëre Vat. Colb., elati in superna et aërem T. D., elevati in superna et aëre v. — 21. et cuius c. Sg. D. T. v., cuius Vat. Moz. Colb. Jen. — thronus c. codd. (tronus T.) praeter Moz. (est thronus). — inestimabilis Sg. T. D. J. — gloria c. Sg. T. D. Vat. Moz. v., gloria eius Colb. Jen. — inconprehensibilis T. — adstat c. Sg. (Z.) D., astat T. v., adstat omnis Moz., adstant Colb. (Vat ?), astant Jen. — 22. servatio c. codd. praeter Vat. Moz., qui exhibent: observatio. — convertitur c. Sg. T. D. Colb. J. v., convertetur Vat., convertentur Moz. — verum c. Sg. T. D. v., firmum Vat. Moz. Colb. Jen. — perseverancia D. J. — 23. iussio fortis et dispositio terribilis c. Sg. T. D. v., disposicio fortis, et iussio terribilis Vat. Moz. Colb. Jen. — aspectus T. D. — arefacit c. codd. praeter Sg. (Z.) T. D., qui exhibent: arefecit. — abyssos c. codd. praeter D. (abissus) — indignacione solus Jen. — tabescere facit c. Sg. D. (thabescere) v., tabescere fecit T., tabescere Vat. Colb. Jen., tabescit Moz. — 24. exaudi c. Sg. (Z., ubi additur: domine, sed punctis deletum est) T. D. v. Moz., exaudi, domine Sg. (Z. pr. m.) Colb., Jen., exaudi, deus Vat. — intende in verba mea (cf. syr. ar. ' ae.) c. Moz., intende verba mea Vat. Colb. Jen., om. Sg. T. D. v. — 25. respondeam c. Sg. Colb. Jen., respondam Vat., respondebo T. D. v. —

quar, et dum sapio respondeam. [26] ne aspicias populi tui delicta, sed qui tibi serviunt in veritate. [27] nec adtendas impie agentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. [28] nec cogites qui in conspectu tuo false conversati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognoverunt. [29] neque volueris perdere qui pecudum mores habuerunt, sed respicias eos, qui legem tuam splendide docuerunt. [30] neque indigneris eis, qui bestiis peius iudicati sunt, sed diligas qui semper in tua gloria confiderunt. [31] quoniam nos et patres nostri mortalibus moribus degimus, tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. [32] si enim desideraveris, ut nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis enim non habentibus opera iustitiae. [33] iusti,

---

26. ne c. T. D. J. (cf. syr. ar. [1]), nec ceteri codd. — aspicias c. Sg. Vat. Colb. Jen., respicias T. D. v. Moz. — qui tibi serviunt in veritate c. Sg. Colb. Jen., qui tibi servierunt in ver. Vat., ipsi qui tibi serviunt in ver. Moz., qui tibi in veritate serviunt T. D. v. — 27. nec c. Sg. T. v., neque Vat. Colb. Moz. Jen. — adtendas c. Sg. (Z.) Colb. Moz., attendas T. D. J., intendas v. Vat. — impie agentium (cf. syr. ar. ae.) c. Colb. Moz. Jen. (agencium), impia agentium D., impia gentium Sg. T. v. Vat. — sed qui tua c. codd. praeter Vat., qui solum voc. exhibet: qui. — testimonia c. codd. praeter Jen., qui habit testamenta. — custodierunt. T. praem. servierunt, sed puncto notasse videtur. — 28. om. Vat. — nec c. Sg. v., neque T. D. Moz. Colb. et Jen. — cogites c. codd. praeter Moz. (add.: perdere). — memorare c. codd. praeter Moz. (memento). — tua timorem c. T. D. v., tuam timorem Sg. (Z.), tuum timorem Colb. Jen., nomen tuum cum timore Moz. — 29. pecudum c. Sg. T. D. v. Moz., pecorum Vat. Colb. Jen. — eos c. Sg. T. D. v., super eos Vat. Colb. Moz. Jen. — 30. neque c. Sg. T. D. Vat. Colb. Moz. Jen., nec v. — eis c. codd. praeter D. (eos). — peius c. Sg. (Z.) Vat. Colb. Moz. Jen., eius T., penis D., peiores v. — iudicati sunt c. T. D. v. Vat. Colb. Moz., sunt indicati Jen., ludicati Sg. (Z.). — qui semper c. Sg. D. Vat. Colb. Moz. Jen., eos qui semper T. v. — in tua gloria confiderunt c. Sg. T. D. (confidunt) Vat. Colb. Moz. Jen., in tua iustitia confidunt et gloria v. — 31. mortalibus moribus degimus emendavi (cf. syr. ae.), talibus moribus egimus Sg. Colb. Moz. Jen., talibus moribus egemus T. D., talibus moribus regimur Vat., talibus morbis languemus v. — autem c. codd. praeter T. (enim). — vocaberis c. Sg. T. D. v., vocatus es Vat. Colb. Moz. Jen. — 32. nobis enim c. Sg. (Z.) T. D. Colb. Moz., nobis autem v. Vat., nobis Jen. — iusticie T. D. J. — 33. iusti c. Sg. (Z.) T. D., iusti enim v. Colb.

quibus sunt operae multae repositae apud te, ex propriis operibus recipient mercedem. [34] quid est enim homo, ut ei indigneris, aut genus corruptibile, ut ita amaresceres de ipso? [35] in veritate enim nemo de genitis est, qui non impie gessit, et de confidentibus, qui non deliquit. [36] in hoc enim annuntiabitur iustitia tua et bonitas tua, domine, cum misertus fueris eis, qui non habent substantiam operum bonorum."

[37] et respondit ad me et dixit: „Recte locutus es aliqua, et iuxta sermones tuos, sic et fiet. [38] quoniam vere non cogitabo super plasma eorum, qui peccaverunt, aut mortem aut iudicium, aut perditionem. [39] sed iocundabor super iustorum figmentum, peregrinationes quoque et salvationes et mercedis receptiones. [40] quomodo ergo locutus sum, sic et est. [41] sicut enim agricola serit super terram semina

---

Jen., iustis autem Moz., om. Vat. — operae multae repositae edidi, opere multe repositae Sg. (Z.), opere multe reposite T. D., opera multa reposita v. Colb. Moz. Jen., om. Vat. — apud te c. Sg. (Z.) D. Vat. Colb. Moz. Jen. (aput), om. T. v. — recipient mercedem c. Sg. D. T. v., percipient mercede Vat., percipiunt mercedem Colb. Jen., percipient mercedem suam Moz. — 34. est enim c. Sg. v. Jen. cett., enim est T. D. — ut ita c. codd. praeter T. (ita ut). — amaresceres edidi, amaresceris Sg. (Z.) T. D., amariceris Colb. Jen., mariceris Vat., amarus sis v., exacerberis Moz. — 35. enim c. codd. praeter Vat. (om.). — confidentibus c. D. Colb., confitentibus Sg. T. v. Vat. Moz. Jen., consistentibus Volkm. — qui non c. codd. praeter Moz. (qui tibi non). — Deliquit c. codd. (deliquid Jen.) praeter Vat. (derelinquit). — 36. enim c. codd. praeter Vat. Colb Jen. (om.). — annunciabitur D. J. — iusticia T. D. J. — bonitas tua c. codd. praeter Jen. (tua om.) — operum bonorum c. Sg. (Z.) Vat. Colb. Jen., bonorum operum T. D. v. Moz. —

37. D. praem. X. (i. e. cap. X.). — 38. quoniam c. Sg. D. v., qui T. — vere non c. Sg. (Z.) D., non vere T. v. — cogittabo D. — qui c. T. D. v., quae Sg. (Z.). — aut (ter) c. Sg. T. D., ante (ter) v. — perdicionem D. — 39. iocundabor c. Sg. (Z.) T. D., iucundabor v. — peregrinationes edidi, peregrinationis Sg. (Z.) T. D., et memorabor peregrinationis v. — salvationes edidi, salvationis codd. — mercedis receptiones edidi, mercedis receptionis D. (recepcionis) v., mercedes receptionis Sg. (Z.) T. — 41. in tempore omnia quae c. Sg. v., in tempore. Non omnia que T. D. — radicantur c. Sg. (Z. radicabuntur, sed punctis notatae sunt literae bu) D., radicabunt T. v. —

multa et plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quae seminata sunt salvantur, sed nec omnia quae plantata sunt radicantur: sic et qui in saeculo seminati sunt non omnes salvabuntur."
[42] et respondi et dixi: „Si inveni gratiam, loquar,
[43] quoniam semen agricolae si non ascenderit — non enim accepit pluviam tuam in tempore —, et si corruptum fuerit multitudine pluviae,
[44] hic perit. et similiter homo, qui manibus tuis plásmatus est, et tu ei imago nominatus es, quoniam similatus est, propter quem omnia plasmasti, et similasti eum semini agricolae.
[45] non irascaris super nos, sed parce populo tuo et miserere haereditati tuae. tuae enim creaturae misereris."

[46] et respondit ad me et dixit: „Quae sunt praesentia praesentibus, et quae futura futuris,
[47] multum enim tibi restat, ut possis diligere meam creaturam super me. tu autem frequenter temetipsum proximasti iniustis. numquam,
[48] sed et in hoc mirabilis eris coram Altissimo,
[49] quoniam humiliasti te, sicut decet te, et non iudicasti te, ut inter iustos plurimum glorificeris.
[50] propter quod miseriae multae et

---

43. quoniam c. Sg. (Z. qm̃) T. (qm̄) D. (qm̄), quomodo v. — si non c. Sg. D. v., si enim non T. — ascenderit c. Sg. T. v., ascendit D. — non enim accepit c. Sg. T. D., aut non acceperit v. — et si c. Sg. (Z.) D., aut si v., sed T. — 44. hic c. Sg. T. D., sic v. — perit c. v. (cf. ar.¹ ae.), pater Sg. T. D. — et similiter homo c. v. (cf. ar.¹ ae.), et filiu homo (nulla praemissa interpunctione) Sg. T. D. — ymago T. D. — nominatus es c. D., nominatus Sg. v., nominatur T. — similatus est c. Sg. (Z.) T. D., similatus es v. — propter quem edidi (cf. syr. ar.¹ ae.), per quem Sg. (Z.), ei per quem T. D., ei propter quem v. — eum c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — semini c. Sg. D. v., semine T. — 45. irascaris c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — tuae enim creaturae c. Sg. (Z.), tu autem creature tue T. D. v. (creaturae tuae). —

47. tu autem frequenter temetipsum proximasti iniustis c. Sg. (te et ipsum), tibi autem frequenter et ipsi proximavi, iniustis autem T. D. v. (autem alterum in Sg. deesse testatur Z.). – numquam c. Sg. (Z.), nunquam T. D. v. — 48. eris c. Sg. (Z.) D., es v., om. T. — 49. iustos c. Sg. D. v., cunctos T. — glorificeris c. Sg. D. v., glorificetis T. — 50. miseriae c. Sg. D. (miserie) v., misere T. — et c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — efficientur c. Sg. (Z.) T., efficiuntur D., efficientur eis v. —

miserabiles efficientur qui habitant saeculum in novissimis, quia in multa superbia ambulaverunt. [51]tu autem pro te intellege et de similibus tuis inquire gloriam. [52]vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitae, praeparatum est futurum tempus, praeparata est abundantia, aedificata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas, ante perfecta sapientia. [53]radix mali signata est a vobis, infirmitas extincta a vobis, absconsa est, in infernum fugit corruptio, in oblivionem [54]transierunt dolores, et ostensus est in finem thesaurus immortalitatis. [55]noli ergo adiicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. [56]nam et ipsi accipientes libertatem spreverunt Altissimum et legem eius contempserunt et vias eius dereliquerunt, [57]adhuc autem iustos eius conculcaverunt [58]et dixerunt in corde suo non esse deum, et quidem scientes quoniam moriuntur. [59]sicut enim vos suscipient quae praedicta sunt, sic eos sitis et cruciatus, quae praeparata sunt. non enim Altissimus voluit hominem disperdi, [60]sed ipsi qui creati sunt coinquinaverunt nomen eius, qui

---

51. pro c. Sg. v., per T. D. — intellege c. Sg. (Z.), intellige T. D. v. — 52. apertus c. Sg. T. v., aperta D. — paradysus T. - abundantia c. v., habundantia Sg. (Z.) T. D. — ante perfecta c. Sg. (Z.) D., aut perfecta T., et perfecta v. — 53. mali c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — signata est a vobis c. Sg. D. v., om. T. — infirmitas extincta emendavi (cf. syr. ae.), infirmitas et tincta Sg. (Z.), infirmitas et tinea D. v., om. T. (sed cf. seqq.). — absconsa est c. Sg. (Z. emend.) T. D. v., abscondita Sg. (Z. pr. m.). ante haec excidisse videtur voc. mors (cf. syr. ae. ar.¹). — in infernum c. Sg. (Z.) D., et in infernum v., in infernum [haec punctis notata sunt] infirmitas et tinea a vobis absconsa est, in infernum T. — oblivionem c. D. (ut videtur, cf. syr. ae.), oblivione Sg. T. v. — 54. est c. Sg. v., om. T. D. — finem c. Sg. (Z.) D., fine T. v. — immortalitatis c. T. (inmortalitatis) D. v., mortalitatis Sg. (Z.). — 55. adiicere c. v., adicere Sg. (Z. emend.) T. D., dicere Sg. (Z. pr. m.). — 56. et ipsi c. v., (cf. syr. ae.), et si T. D., etsi Sg. (Z.). — 59. vos c. Sg. v., nos T. D. — eos sitis et cruciatus, quae c. Sg. D. (que) v., eis sitis et cruciatus T. — praeparata c. T. D. v., parata Sg. (Z.). — Altissimus c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — hominem c Sg. T. v., om. D. — disperdi c. Sg. T. v., dispersi D. — 60. sed ipsi c. Sg. (Z.), sed et ipsi T. D. v. — creati c. Sg. D. v., tanti

fecit eos, et ingrati fuerunt ei, qui praeparavit eis vitam.
61 quapropter iudicium meum modo appropinquat. 62 quae
non omnibus demonstravi, nisi tibi et tibi similibus paucis."
et respondi et dixi: „63 Ecce nunc, domine, demon-
strasti mihi multitudinem signorum, quae incipies facere in
novissimis, sed non demonstrasti mihi, quo tempore." IX.
1 et respondit ad me et dixit: „Metiens metire in temetipso, et
erit cum videris, quoniam transivit pars quaedam signorum
quae praedicta sunt, 2 tunc intelleges, quoniam ipsum est
tempus, in quo incipiet Altissimus visitare saeculum, quod ab
eo factum est. 3 et quando videbitur in saeculo motio loco-
rum, populorum turbatio, gentium cogitationes, ducum in-
constantiae, principum turbatio, 4 tunc intelleges, quoniam de
his erat Altissimus locutus a diebus, qui fuerunt ante te ab
initio. 5 sicut enim omne quod factum est in saeculo initium
habet, pariter et consummationem, et consummatio est ma-
nifesta, 6 sic et Altissimi tempora: initia manifesta in pro-
digiis et virtutibus, et consummatio in actu et in signis.

T. — qui fecit c. T. D. v., quae fecit Sg. (Z.). — praeparavit c, Sg. D. v., imperavit T. — eis nunc vitam solus Sg. (Z.), sed voc. nunc punctis notatum est. — 61. qua propter T. — 62. quae c. Sg. v., quod T. D. —

63. michi T. — IX, 1 ad me et dixit c. Sg. v.. et dixit ad me T. D. — meciens D. — in temetipso c. Sg. T. D. (fort. in teipso), tempus in semetipso v. — quoniam transivit c. Sg. (Z.), quoniam transierit T. D., quando transierit v. — 2. intelleges c. Sg. (Z.), intelliges T. D. v. — quoniam c. Sg. T. v., quod D. — quod ab eo factum est c. T. D. v., qui ab eo factus est Sg. (Z.). — 3. populorum turbatio c. Sg. (Z.) T. D., et populorum turbatio v. — gentium cogitationes, ducum inconstantiae, principum turbatio c. Sg. T. D. (cogittaciones — inconstancia), om. v. (propter homoeoteleuton). — principum conturbacio solus D. — 4. intelleges c. Sg. (Z.), intelliges T. D. v. — hiis T. D. — erat Altissimus locutus c. Sg. T. v., locutus est Altissimus D. — 5. sicut c. Sg. D. v., sic T. — habet, pariter et c. v. (cf. ar.[1] ae.), per Sg. T. D. — consumationem T., consumacionem D. — consumatio T., consumacio D. — est c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — 6. tempora initia c. Sg. T., inicia tempora D., tempora initia habent v. — consummatio c. Sg. (Z.), consumatio T., consumacio D., consummationes v. —

[7]et erit, omnis qui salvus factus fuerit, et qui poterit effugere per opera sua vel per fidem in qua credidit, is [8]relinquetur de praedictis periculis et videbit salutare meum in terra mea et in finibus meis, quae sanctificavi mihi a saeculo. [9]et tunc mirabuntur, qui nunc abusi sunt vias meas, et in cruciamentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. [10]quotquot enim non cognoverunt me viventes beneficia consecuti, [11]et quotquot fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem, [12]et cum adhuc esset eis apertus poenitentiae locus, non intellexerunt, sed spreverunt, hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. [13]tu ergo adhuc noli curiosus esse, quomodo impii cruciabuntur, sed inquire, quomodo iusti salvabuntur, et quorum saeculum, et propter quos saeculum, et quando."

[14]et respondi et dixi: [15]„Olim locutus sum et nunc dico et postea dicam, quoniam plures sunt qui pereunt quam qui salvabuntur, [16]sicut multiplicatur fluctus super guttam." et respondit ad me et dixit: [17]„Qualis ager, talia et semina,

---

7. factus fuerit c. Sg. D., fuerit factus T. — poteit D. — opera sua c. Sg. (Z. emend.) D. v., operas suas Sg. (Z. pr. m.) T. — vel c. Sg. (Z.) T. D., et v. — credidit, is emendavi (cf. syr. ae.); credidistis codd. et edd. — 8. quae sanctificavi mihi edidi (cf. syr. ae. arm.), quem sanctificavi mihi Sg. (Z.), quoniam sanctificavi mihi T. D., quoniam sanctificavi me v. — 9. mirabuntur c. Sg. T. D. ed. pr., miserebuntur v. — cruciamentis c. Sg. (Z.) D., tormentis T. v. — commorabuntur c. Sg. (Z.) D. v., comemorabuntur T. — hi c. v., hii T. D., his Sg. (Z.). — eas c. v., eos Sg. (Z.) T. D. — proiecerunt c. Sg. T. v., proiecerunt eos D. — in contemptu c. Sg. D. v., om. T. — 10. quotquot enim non cognoverunt me viventes c. Sg., qui enim non cogn. me viv. D. v., om. T. — consecuti c. Sg. T. v., consecuti sunt D. — 11. quotquot emendavi (cf. syr. ae.), quod Sg., qui T. D. v. — 12. eis apertus c. T. v., apertus eis D., eis apertum Sg. (Z.). — poenitentiae locus c. Sg. T. (poenitentie) v., locus poenitencie D. — 13. adhuc noli c. Sg. (Z.), noli adhuc T. D. v. — curiosus c. Sg. D. v., curiosius T. — cruciabuntur c. Sg. D. v., cruciabunt T. —

15. et nunc c. Sg. D. v., nunc T. — 16. sicut c. Sg. T. v., sic D. — multiplicat c. Sg. (Z.), multiplicatur T. D. v. — et respondit D. praem. XI (i. e. cap. XI). — 17. tincturae c. Sg. D. (tincture) v., un-

et quales flores, tales et tincturae, et qualis operator, talis
et creatio et qualis agricola, talis et area. qnoniam tempus
erat saeculi, [18] et tunc cum essem parans eis, his qui nunc sunt,
antequam fieret illis saeculum in quo inhabitarent, et nemo
contradixit mihi. [19] tunc enim erat quisque. et nunc crea-
torum in mundo hoc parato et mensa indeficienti et lege in-
vestigabili, corrupti sunt mores eorum. [20] et consideravi sae-
culum meum, et ecce erat periculum propter cogitationes
quae in eo advenerunt. [21] et vidi et peperci eis valde et
salvavi mihi acinum de botru et plantationem de tribu multa.
[22] pereat ergo multitudo quae sine causa nata est, et serve-
tur acinus meus et plantatio mea, quia cum multo labore
perfeci haec. [23] tu autem si adhuc intromittas VII dies alios
— sed non ieiunabis in eis, [24] ibis autem in campum flo-
rum, ubi domus non est aedificata, et manduces solummodo
de floribus campi et carnem non gustabis et vinum non bi-

---

cture T. — operator c. T. v., opere Sg. (Z.), creator D. — et creatio c. Sg. v., vel creatio T., et operacio D. — et area c. Volkm. (cf. syr.), et atria Sg., et cultura T. D., cultura v. — 18. tunc c. Sg. (Z.), nunc T. v., sic nunc D. — parans c. Sg. D. v., parens T. — his c. Sg. v., hiis T., om. D. — sunt c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — illis c. Sg. (Z.), om. T. D. v. — inhabitarent c. Sg. (Z.), habitarent T. D. v. — contradixit mihi c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., mihi contradixit v. — 19. erat c. Sg. D., om. T. v. — creatorum c. Volkm. (cf. syr. ae.), creator v., creatur (?) D. (creat^a), creatur T., creat Sg. — mensa emendavi (cf. syr. ae.), mense (i. e. mensae) T. D. ed. pr., messe Sg. v. — lege. νόμῳ pro νομῷ. — corrupti c. Sg. T. v., et corrupti D. — mores c. T. D. v., moribus Sg. (Z.). — 20. meum c. Sg. (Z.), om. T. D. v. — et ecce erat c. Sg. T. v., et erat ecce D. in ipsa versione lat. excidisse videntur haec fere: perditum, et orbem terrarum meum, et ecce erat. — periculum c. T. D. v., periculi Sg. (Z.). — cogittaciones D. — 21. eis c. Sg. (Z.) D., ei T. v. — salvavi c. Sg. (Z.) D., servavi T. v. — michi T. — botru scripsi, butru Sg. (Z.), botro T. D. v. — plantationem c. T. D. (plantacionem) v., plantatione Sg. (Z.). — 22. haec c. Sg. (Z.), hec T. D., om. v. — 23. VII. T. D., septem v. — 24. autem c. Sg. (Z.), om. T. D. v. — manduces c. Sg. (Z.) T. D., manducabis v. — solummodum c. Sg. (Z.), solummodo T. v., solum modo D. —

bes, sed solummodum flores — [25] deprecare Altissimum sine intermissione, et veniam et loquar tecum.

IV.

[26] Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Ardath, et sedi ibi in floribus et de herbis agri manducavi, et facta est esca earum mihi in saturitatem. [27] et factum est post VII dies, et ego discumbebam supra foenum, et cor meum iterum turbabatur, sicut et ante. [28] et apertum est os meum, et inchoavi dicere coram Altissimo et dixi: [29] „O domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quando erant exientes de Aegypto, et quando veniebant in deserto quod non calcatur et infructuoso, et dicens dixisti: [30] „Tu Israel audi me, et semen Jacob intende sermonibus meis. [31] ecce enim ego semino in vobis legem meam, et faciet in vobis fructum, et glorificabimini in eo per saeculum. [32] nam patres nostri accipientes legem non servaverunt et legitima mea non custodierunt. et factus est fructus legis non periens; nec enim poterat, quoniam tuus erat. [33] nam qui

---

26. campum qui c. T. D. v., campum quod Sg. (Z.). — Ardath c. v.. ardat Sg. (Z. emend.), ardach T., ardoch D., adar Sg. (Z. pr. m.). — 27. ·VII· T., septem D. v. — discumbebam c. Sg. T., sedebam et discumbebam D. — fenum T. D. — et ante c. Sg. (Z.) T., ante D. v. — 28. os c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr. Fabr. (cf. syr. ar.[1] ae.), cor Sabat. — Altissimo c. T. D. v., altissimum Sg. — 29. te nobis c. v. (cf. syr.), in nobis Sg. T. D. — ostensus c. Sg. D. v., offensus T. — quando erant exientes de Aegypto, et quando veniebant in deserto quot non calcatur et infructuoso Sg. (Z.), quando erant exigentes de egypto. quod non calcatur. et infructuoso T., quando erant exeuntes de egipto quod non calcatur et infructuoso D. ed. pr., in deserto quod non calcatur et infructuoso, quando erant exeuntes de Aegypto v. — 30. semen Jacob intende c. T. D. v., semini iacob intendite Sg. (Z.). — 31. faciet in vobis c. Sg. D. v., om. T. — glorificabimini c. T. D. v., glorificemini Sg. (Z.). — per saeculum c. Sg. T. (seculum) v., in seculum D. — 32. nostri c. Sg. (Z. pr. m.) T. D. v., uestri Sg. (Z. emend.). — mea e praecedenti syllaba natum esse videtur (cf. syr. ar.[1]), tua coniecerunt Vlis. et Volkm. — factus est fructus c. T. D. v., factum est fructum Sg. — periens c. Sg. T. D., parens v. —

acceperunt perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat. [34]et ecce consuetudo est, ut cum acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliud escam vel potum, et cum fuerit ut exterminetur quod seminatum est, vel quod missum est, [35]vel quae suscepta sunt exterminentur, haec susceptoria vero manent. apud nos enim sic non factum est. [36]nos quidem qui legem accepimus peccantes peribimus et cor nostrum, quod suscepit eam. [37]nam lex non periit, sed permansit in suo valore."

[38]et cum loquerer haec in corde meo, respexi oculis meis et vidi mulierem in dextera parte, et ecce haec lugebat et plorabat cum voce magna et animo dolebat valde, et vestimenta eius discissa, et cinis super caput eius. [39]et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, et conversus sum ad eam et dixi ei: [40]„Ut quid fles? et quid doles animo?" et dixit ad me: [41]„Dimitte me, dominus meus, ut defleam me et adiiciam dolorem, quoniam valde amara sum animo et humiliata sum valde." [42]et dixi ei: „Quid passa es? dic

---

34. mare c. T. D. v., maris Sg. — aliud c. Sg. (Z.) T. D., aliquod v. — escam vel potum c. T. D. v., esca vel potus Sg. — et cum c. Sg., cum T. D. v. — ut exterminetur quod c. Sg. T. D., exterminatum id in quo v. — quod missum est c. Sg. (Z. quot) D., vel quod missum T., in quod missum est v. — 35. vel que suscepta sunt exterminentur T. D., vel quod suscepta sunt exterminetur Sg. (Z.), simul id quod seminatum vel missum est vel quae suscepta sunt exterminantur v. — haec c. Sg. (Z.), hec T. D., et v. — susceptoria vero c. Sg. T., susceptoria non D., suscepta iam non v. — manent c. Sg. D. v., om. T. — aput D. — enim (= δὲ) edidi, si enim Sg., sed nobis T. D. v. — non sic c. Sg. (Z.) T. D, sic non v. — 36. peribimus c. Sg. (Z.) T. D., perivimus v. — quod c. Sg. v., quoniam T. D. — 37. periit c. T. v., perit Sg. (Z.) D. — valore (vel robore) emendavi (cf. syr. ar.¹), labore codd. et ed. pr., robore vulg. ed. Venet. et Angl. —

38. respexi c. Sg. (Z. emend.) T. D. v., et respexi Sg. (Z. pr. m.). — 39. cogittatus D. — cogittans D. — 41. dominus c. Sg. (Z.) T. D., domine v. — defleam c. Sg. D. v., fleam T. — adiciam T. D. — amara c. Sg. (Z.) T. ed. pr., amaro D. v. —

mibi.“ et dixit ad me: 43 „Sterilis fui ego famula tua et non
peperi habens maritum annis XXX. 44 ego enim per singulas
horas et per singulos dies in annis his XXX deprecabar Al-
tissimum nocte ac die. 45 et factum est, post XXX annos
exaudivit me deus ancillam tuam et praevidit humilitatem
meam et attendit tribulationi meae et dedit mihi filium. et
iucundata sum super eum valde ego et vir meus et omnes
cives mei, et honorificabamus valde Fortem. 46 et nutrivi eum
cum labore multo. 47 et factum est, cum crevisset et venis-
set accipere uxorem, et feci diem epuli. X. 1 et factum est,
cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit et mor-
tuus est. 2 et evertimus omnes lumina, et surrexerunt omnes
cives mei ad consolandum me, et quievi usque in alium
diem usque nocte. 3 et factum est, cum omnes quievissent,
ut me consolarentur ut quiescerem, et surrexi nocte et fugi
et veni, sicut vides, in hoc campo. 4 et cogito iam non re-
verti in civitatem, sed hic consistere, et neque manducabo
neque bibam, sed sine intermissione lugere et ieiunare, usque
dum moriar. 5 et dereliqui adhuc sermones in quibus eram
et respondi cum iracundia ad eam et dixi: 6 „Stulta super
omnes mulieres, non vides luctum nostrum et quae nobis
contigerunt? 7 quoniam Sion mater nostra omnium in tri-

---

43. Sterilis c. T. D. v., sterelis Sg. (Z.). — ·XXX· T. D., triginta v. — 44. iu annis his XXX c. Volkm. (cf. syr. ar.¹ ae.), in annos his triginta Sg. (Z.), in annos ·XXX· hos T. D., et annos hos triginta v. — deprecabar c. Volkm., deprecarer Sg., deprecor T. D. v. — nocte ac die c. Sg. T. v., die ac nocte D. — 45. ·XXX· T. D., triginta v. — ancillam tuam c. T. D. v, ancilla tuae Sg. (Z.). — praevidit c. Sg. (Z.) T. D., vidit v. — iucundata c Sg. v., iocundata T. D. — 47. et feci c. Sg. (Z.), feci T. D. v. — X, 2. consolandum c. T. D. v., consolandam Sg. (Z.). — me c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — nocte c. Sg. T. v., noctem D. — 4. cogitto D. — civitatem c. T. D v, civitate Sg. (Z.). — manducabo c. Sg. (Z.) T. D., manducare v. — bibam c. Sg. (Z.) T. D., bibere v. — 5. dereliqui c. Sg. (Z.) D. v., reliqui T. — adhuc c. Sg. (Z.), autem D., om. T. v. — ad eam c. Sg. D. v., om. T. — 6. et quae nobis contigerunt c. Sg. (Z) D. (que) Ambros., et quae nobis contingunt v., om. T. — 7. quoniam Sion mater nostra

stitia contristatur et humilitate humiliata est. lugete validis-
sime 8 et nunc, quoniam omnes lugemus, et tristes estis, quo-
niam omnes contristati sumus. tu autem contristaris in uno
filio. 9 interroga enim terram et dicet tibi, quoniam haec est
quae debebat lugere casum tantorum super eam germinan-
tium. 10 et ex ipsa ab initio omnes nati, et alii venient, et
ecce pene omnes in perditionem ambulant, et in extermi-
nium fit multitudo eorum. 11 ecquis ergo debet lugere magis,
nisi haec, quae tam magnam multitudinem perdidit? quam tu
quae pro uno doles? si autem dices mihi, 12 quoniam non
est similis planctus meus terrae, quoniam fructum ventris
mei perdidi, quem cum moeroribus peperi et cum doloribus
genui, 13 terra autem secundum viam terrae abiit quae in ea
multitudo praesens, quomodo evenit, et ego tibi dico: 14 sicut
tu cum dolore peperisti, sic et terra dedit fructum suum ho-
minem ab initio ei qui fecit eam. 15 nunc ergo retine apud
temetipsam dolorem tuum et fortiter fer qui tibi contigerunt
casus. 16 si enim iustificaveris terminum dei, et filium tuum
recipies in tempore et in mulieribus conlaudaberis. 17 in-

---

omnium c. Sg. D. (omni) v. (omni), om. T. — in tristitia c. Sg. T. D. (tristicia), tristitia v. — Lugete Sg. (Z.), et lugete T., Lugete et D., et luget v. — 8. estis c. Sg. T. D., sumus v. — 9. debebat c. D., debeat Sg. T. v. — germinancium D. — 10. ab initio c. v. Ambros., initia Sg. (Z.), inicia T., unica D. — in exterminium c. Sg. (Z.) T. D., exterminium v. — 11. ecquis emendavi (cf. syr. ae.), et quis codd. et edd. — tam magnam multitudinem perdidit, quam tu quae c. Sg. D. (que) v., om. T. — dices c. Sg. (Z.) D., dicis T. v. — 12. similis planctus meus c. Sg. (Z.) T., similis meus planctus D., planctus meus similis v. — meroribus T. D. — 13. abiit quae c. Sg. (Z.), abiit que T. D., abiitque v. — evenit c. codd. ed. pr. et Sabat., venit Fabr. Volkm. — tibi dico c. Sg. T. v., dico ei D. — 14. dolore c. Sg. (Z.) D., labore T. v. — dedit c. Sg. (Z.) T. D., dat v. — hominem c. Sg. (Z.) T. D., homini v. — eam c. Sg. D. v., ea T. — 15. aput D. — qui c. Ambros. D. v., quae Sg. (Z.), quod T. — 16. filium tuum c. Sg. D., consilium tuum T., consilium suum v. — et in mulieribus conlaudaberis c. Sg. (Z.) D. (collaudaberis), et ml'ieribus collaudaveris T., et in talibus collaudaberis v. — 17. in civitatem c. Sg. v., ad civitatem T., civitatem D. —

gredere ergo in civitatem ad virum tuum.“ et dixit ad me:
18 „Non faciam neque ingrediar civitatem, sed hic moriar.“
19 et apposui adhuc loqui ad eam et dixi: 20 „Noli facere
sermonem hunc, sed consenti persuaderi; qui enim casus
Sion! consolare propter dolorem Jerusalem! 21 vides enim,
quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, et altare no-
strum demolitum est, et templum nostrum destructum est,
22 et psalterium nostrum humiliatum est, et hymnus noster
conticuit, et exsultatio nostra dissoluta est, et lumen cande-
labri nostri extinctum est, et arca testamenti nostri direpta
est, et sancta nostra contaminata sunt, et nomen quod no-
minatum est super nos pene profanatum est, et liberi nostri
contumeliam passi sunt, et sacerdotes nostri succensi sunt,
et Levitae nostri in captivitatem abierunt, et virgines nostrae
coinquinatae sunt, et mulieres nostrae vim passae sunt, et
iusti nostri rapti sunt, et parvuli nostri perditi sunt, et iu-
venes nostri servierunt, et fortes nostri invalidi facti sunt.
23 et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata
est de gloria sua, nunc et tradita est in manibus eorum, qui
nos oderunt. 24 tu ergo excute tuam multam tristitiam et

---

20. D. praem. XII (i. e. cap. XII), — sermonem hunc c. Sg. (Z.), hunc sermonem T. D. v. — persuaderi c. Ambros. (cf. syr. ar.¹ ae.), persuadere Sg., persuadenti T. D. v. — qui c. Ambros. T., (ut videtur), quid Sg. D., quot v. (Fabr. Sabat.), quod Ven. — syon T. D. — consolare c. Sg. v, et consolare T. D. — 21. demolitum c. Sg. D. v., demollitum T. — 22. hymnus noster c. Sg. (Z.) D. (ymnus), ymnus T., hymnus v. — exultatio T., exultacio D. — archa T. D. — nominatum c. Sg. T. D. Ambros., invocatum v. — prophanatum T. D. — contumeliam c. Ambros. T. v., contumelia Sg. D. — captivitatem c. T. D. v., captivitate Sg. (Z.). — rapti c. Sg. T. v. Ambros., capti D. — perditi c. Sg. T. v., proditi D. Ambros. — 23. maius c. Sg. D. v., magis T. — syon T. D. — resignata, i. e. ἡ σψραγίς. — nunc et c. Sg. T. D., nam et v. — tradita, i. e. ἡ σψραγίς. — 24. excute c. Sg. D. v., om. T. — multam tristitiam c. Ambros. Sg. (Z. tristiciam), tristiciam multam T. D. v. (tristitiam). — dolorum c. Sg. T. v., doloris D. — repropicietur T. D. — faciet tibi c. Sg. T. v., tibi faciat D. — requietionem c. codd., requietione Ambros. Volkm. —

depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur
Fortis, et requiem faciet tibi Altissimus, requietionem la-
borum."

[25]et factum est, cum loquebar ad eam, et ecce facies
eius fulgebat valde subito, et species coruscus fiebat visus
eius, ut etiam paverem valde ad eam et cogitarem, quid esset
hoc. [26]et ecce subito emisit sonum vocis magnum timore
plenum, ut commoveretur terra a sono. et vidi, [27]et ecce
amplius mulier non comparebat mihi, sed civitas aedificaba-
tur, et locus demonstrabatur de fundamentis magnis. et ti-
mui et clamavi voce magna et dixi: [28]„Ubi est Uriel angelus,
qui a principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire
in multitudinem in excessu mentis huius, et factus est finis
meus in corruptionem, et oratio mea in improperium."

[29]et cum essem loquens ego haec, et ecce venit ad me
angelus, qui in principio venerat ad me, et vidit me, [30]et
ecce eram positus ut mortuus, et intellectus meus alienatus
erat. et tenuit dexteram meam et confortavit me et statuit
me super pedes meos et dixit mihi: [31]„Quid tibi est? et
quare conturbaris? et quid conturbatus est intellectus tuus et
sensus cordis tui?" et dixi: [32]„Quoniam derelinquens dere-
liquisti me. et ego quidem feci secundum sermones tuos et

---

25. et ecce c. Sg. (Z.) D., et T., om. v. — valde c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — ut etiam paverem c. Sg. (Z.) T. (eciam) D. (eciam), ut essem pavens v. — cogittarem D. — 26. sonum c. Sg. (Z.) T. D., sonitum v. — timore c. Sg. v., cum timore T. D. — sono c. Sg. (Z.), mulieris sono T. v., sono mulieris D. — 27. comparebat c. T. D. v., comparebit Sg. (Z.). — de c. Sg. T. v., e D. — Uriel c. T. D. v., hurihel Sg. (Z.). — multitudinem c. Sg. (Z.) T. D., multitudine v. — corrupcionem D. — in improperium c. Sg. D. v., improperium T. ed. pr. —
29. et ecce c. Sg. T. D., ecce v. — angelus, qui in principio venerat ad me c. Sg. T. D, om. v. — 31. et quare conturbaris? et quid conturhatus est? c. Sg. (Z. conturbatum est) T. D., et quare conturbatus est v. — intellectus tuus c. T. D. v., intellectum tuum Sg. (Z.). — cordis tui c. Sg. (Z.) T. D., cordis tui? et quare conturbaris? v. — dixi c. Sg. T. v., dixit D. — 32. derelinquens c. Sg. D., derelinques T., om. v. — et ego c. Sg. v., ego T. D. —

exivi in campum, et ecce vidi et video quod non possum enarrare." et dixit ad me: [33] „Sta ut vir, et commonebo te." et dixi: [34] Loquere, domine meus, tantum me noli derelinquere, ut non frustra moriar. [35] quoniam vidi quae non sciebam et audio quae non scio. [36] aut numquid sensus meus fallitur, et anima mea somniat? [37] nunc ergo deprecor te, ut demonstres servo tuo de excessu hoc." et respondit ad me et dixit: [38] „Audi me, et doceam te, et dicam tibi de quibus times. quoniam Altissimus revelavit tibi mysteria multa. [39] vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo et valde lugebas propter Sion. [40] hic ergo intellectus visionis: mulier quae tibi apparuit ante paululum, [41] quam vidisti lugentem et inchoasti consolari eam, [42] nunc autem iam non speciem mulieris vides, sed apparuit tibi civitas aedificari, [43] et quoniam enarrabat tibi de casu filii sui, haec absolutio est; [44] haec mulier, quam vidisti, haec est Sion (et quoniam dixit tibi), quam nunc conspicis ut civitatem aedificatam. [45] et quoniam dixit tibi, quia sterilis

---

33. commonebo c. Sg. T. v., commovebo D. — 34. domine c. Sg. T. v., dominus D. — tantum me noli c. Sg. (Z.) T. D., tu in me, noli me v. — 35. quae non scio c. T. (que) v., quem non scio Sg. (Z.). — 36. numquid c. D., nunquid Sg. T. v. — et c. Sg. T. v., aut D. — somniat c. D. v., sompniat T., sommatur Sg. (Z.). — 38. et dicam c. Sg. v., dicam T. D. — de quibus c. T. D. v., quibus Sg. (Z.). — revelavit c. v. (cf. syr. ar.[1] ae. arm.), revelabit Sg. (Z.) T. D. — misteria T. D. — 39. contristabaris c. Sg. D. v., contristaberis T. — syon T. D. — 40. visionis c. Sg. T. v., visionis quam vidisti D. — mulier c. Sg. (Z.) T. D., om. v. — 41. quam c. T. D. v., quem Sg. (Z.) — et inchoasti c. Sg. (Z.) T. D., inchoasti v. — consolari c. T. D. v., consolare Sg. (Z.). — 42. iam non c. Sg. (Z.) T. D., iam v. — vides c. T. D. v., videns Sg. (Z.), non vides v. — 43. enarrabat c. Sg. T. v., narrabat D. — absolutio c. Sg D. (absolucio) v., solutio T. — 44. quam c. T. D. v., quem Sg. (Z.). — haec (secundum) c. Sg. v., hec T., om. D. — syon T. D. — (et quoniam dixit tibi) c. Sg. D. v., et quoniam dixi tibi T., haec e v. 45 nata esse videntur (cf. syr. ar.[1] ae.). — quam nunc c. Sg. (Z.) T. D., quam et nunc v. — conspicis c. D. (cf. syr. ar.[1] ae.), conspicies Sg. v., aspicis T. — 45. dixit c. Sg. D. v., dixi T. — XXX annis c. Sg. v. (triginta), annis XXX D. ed. pr., annis ·XX· T.

fuit XXX annis, propter quod erant anni saeculo III, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. [46] et factum est, post annos III aedificavit Salomon civitatem et obtulit oblationes. tunc fuit, quando peperit sterilis filium. [47] et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum labore, haec erat habitatio in Jerusalem. [48] et quoniam dixit tibi, quod filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, et contigisset ei casus, haec erat quae facta est ruina Jerusalem. [49] et ecce vidisti similitudinem eius, quomodo filium lugeret, et tu inchoasti consolari eam de his, quae contigerunt. (haec erant tibi aperienda). [50] et nunc videns Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, et quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriae eius et pulchritudinem decoris eius. [51] propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo, ubi domus non est aedificata. [52] sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere haec. [53] propterea dixi tibi, ut venires in agrum, nbi non est fundamentum aedificii. [54] nec enim poterat opus aedificii hominis sustineri in loco, ubi incipiebat Altissimi civitas ostendi. [55] tu ergo noli timere,

— saeculo III (i. e. MMM) c. Sg. (iii), scilicet (abbreviatum) tres T. (Fr.) D., scilicet triginta v. — oblacio D. — 46. III (i. e. MMM) c. Sg., tres T. D., triginta v. — oblaciones D. — peperit sterilis c. Sg. T. v., sterilis peperit D. — 47. quoniam c. Sg. D. v., quando T. — labore c. T. D. v., laborem Sg. (Z.). — haec erat c. Sg. (Z.), hec erat T. D., hoc erat v. — in Jerusalem c. Sg. v., Jerusalem T. D. — 48. quod c. T. D. v., quot Sg. (Z.). — suo c. Sg. T. v.. om. D. — mortuus esset c. Sg T. v., esset mortuus D. — haec erat c. Sg. (Z.), hec erat T. D., hoc erat v. — 49. quomodo c. Sg. (Z.) T. D., et quoniam v. — lugeret c. T. D. v., luget Sg. (Z.). — et tu c. Sg. (Z.) D., et T., om. v. — de his, quae c. Sg. (Z.) T. (hiis que), et de his quae D. v. — (haec erant tibi aperienda) c. codd. (apperienda D.) et edd., sed ceterae versiones haec ignorant. — 50. nunc c. Sg. D. v., tunc T. — videns emendavi (cf. ar.[1] ae.), videt codd. et edd. — ostendit c. Sg. D. v., ostendi T. — tibi c. Sg. T. v., tibi deus D. — pulchritudinem c. v., pulcritudinem T. D., pulchritudine Sg. (Z.). — 51. tibi c. Sg. T. v., om. D. — 53. proproterea D. — 54. enim c. Sg. D. v., nō T. — sustineri c. Sg. v., sustinere T. D. — incipiebat c. Sg. (Z.) T. D., incipiebatur v. — 55. ingredere c. Sg. D. v., incidere T. — vel c. Sg. (Z.) T., et D. v. — visu c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., visus v. —

neque expavescat cor tuum, sed ingredere et vide splendorem
vel magnitudinem aedificii, quantum capax est tibi visu ocu-
lorum videre. [56] et post haec audies, quantum capit auditus
aurium tuarum audire. [57] tu enim beatus es prae multis et
vocatus es apud Altissimum, sicut et pauci. [58] nocte autem,
quae in crastinum futura est, manebis hic, [59] et ostendet
tibi Altissimus eas visiones somniorum, quae faciet Altissi-
mus his, qui habitant super terram a novissimis diebus.

V.

[60] Et dormivi illam noctem et aliam, sicut dixerat mihi.
XI. [1] et vidi somnium, et ecce ascendebat de mari aquila,
cui erant XII alae pennarum et capita tria. [2] et vidi, et
ecce expandebat alas suas in omnem terram, et omnes venti
coeli insufflabant ad eam et colligebantur. [3] et vidi, et de
pennis eius nascebantur contrariae pennae, et ipsae fiebant
in pennaculis minutis et modicis. [4] nam capita eius erant
quiescentia, et dimidium caput erat maius aliorum capitum,
sed et ipsa quiescebat cum eis. [5] et vidi, et ecce aquila
volavit in pennis suis et regnavit super terram et super eos,
qui habitant in ea. [6] et vidi, quomodo subiecta erant ei
omnia sub coelo, et nemo illi contradicebat, neque unus de
creatura, quae est super terram. [7] et vidi, et ecce surrexit

---

56. post haec c. Sg. T. v., post D. — 57. multis c. T. D. v., multos Sg. (Z.). — aput D. — 59. somniorum c. D., sompniorum T., sumpniorum ed. pr., summorum Sg. (Z.), supremorum v. — hiis T. D. — in novissimis diebus coniecerunt Vlis. et Volkm., fort. novissimis diebus. —

XI, 1. D. praem. XIII (i. e. cap. XIII). — sompnium T. — de mari c. T. D. v., de mare Sg. (Z.). — ·XII· T., XII D., duodecim v. — 2. celi T. D. — ad eam c. Sg. (Z.), in eam v., eam T. D. — colligebantur. supple e syr. ar.[1] ae.: nubes ad eam. — 3. contrariae c. T. (contrarie) v. (cf. v. 11), econtrariae Sg. (Z.), econtarie D. — 4. capud T. — sed et c. Sg. (Z.) T. D., sed v. — ipsa, αὐτή. sc. ἡ κεφαλή. — 5. volavit c. Sg. T. v., volabat D. — in ea c. Sg. T. v., super terram D. — 6. quomodo c. Sg. (Z.) T. D., quoniam v. — sub coelo c. Sg. T. (celo) v., in celo D. — de creatura c. Sg. D. v., decausata T. —

aquila super ungues suos et misit vocem pennis suis dicens:
„8 Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco
suo et per tempus vigilate, 9 capita autem in novissimo ser-
ventur.“ 10 et vidi, et ecce vox non exiebat de capitibus eius,
sed de medietate corporis eius. 11 et numeravi contrarias
pennas eius, et ecce ipsae erant VIII. — 12 et vidi, et ecce
a dextera parte surrexit una penna et regnavit super omnem
terram. 13 et factum est, cum regnaret, venit ei finis, et
non apparuit, ita ut non appareret locus eius. et sequens
exsurrexit et regnabat, et ipsa multum tenuit tempus. 14 et
factum est, cum regnaret, et veniebat finis eius, ut non ap-
pareret, sicut prior. 15 et ecce vox emissa est illi dicens:
16 „Audi tu, quae tanto tempore tenuisti terram, hoc annun-
tio tibi, antequam incipias non apparere. 17 nemo post te
tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius.“ 18 et levavit
se tertia et tenuit principatum, sicut et priores, et non ap-
paruit et ipsa. 19 et sic contingebat omnibus alis singulatim
principatum genere et iterum nusquam comparere. — 20 et
vidi, et ecce in tempore sequentes pennae erigebantur et

8. dormite c. Sg. D. v., et dormite T. — unusquisque c. Sg. T. v., unaquaeque D. — per tempus vigilate c. Sg. D. v., vigilate per tempus T. — 10. et vidi c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — exiebat c. Sg. (Z.) D., exibat T. v. — sed de c. Sg. T. v., et de D. — medietate c. T. D. v., medietatem Sg. (Z.). — 11. numeravi c. Sg. D. v., numera in T. — ecce ipsae c. Sg. T. v., ipse ecce D. — ·VIII· T., octo D. v. — 12. a dextera parte c. T. v. (cf. v. 20), addextera parte Sg. (Z.), ad dexteram partem D. — 13. ei finis c. Sg. T. v., eius finis D. — et non apparuit, ita ut non appareret locus eius c. Sg., et non apparuit ei locus eius T., et non apparuit locus eius D. v. — exurrexit D. — regnabat c. Sg. D. v., regnabit T. — et ipsa c. Sg. (Z.) T. D., ipsa v. — 14. appareret c. Sg. D. v., appareret finis T. — 16. quae c. Sg. v., que D., qui T. — hoc c. Sg., hec T. D., haec v. — annuntio tibi c. v., annuncio tibi T. D., annuntiante Sg. — ante quam T. D. — apparere c. T. D. v., parere Sg. — 18. levavit se c. Sg. v., elevavit se D., leuau T. leuabit ed. pr. — tercia T. D. — 19. et sic c. T. D. v., et si Sg. (Z.) — alis c. T., auis Sg. aliis D. v. — singulatim c. Sg. D. v., singulatum T. — 20. et ecce in tempore c. Sg. D. v., in tempore ecce T. — sequentes c. T. D. v., sequentis Sg. (Z.). — et ipsae edidi, et ipse Sg. (Z.) T. D., om. v. — a dextera c. T. D. v., addextra Sg. (Z.). — ut tenerent c. T.

ipsae a dextera parte, ut tenerent et ipsae principatum. et
ex his erant qui tenebant, sed tamen statim non compare-
scebant. 21 nam et aliquae ex eis erigebantur, sed non tene-
bant principatum. 22 et vidi post haec, et ecce non com-
paruerunt XII pennae et duo pennacula. 23 et nihil superavit
in corpore aquilae nisi tria capita quiescentia et VI penna-
cula. — 24 et vidi, et ecce de VI pennaculis divisae sunt
duae et manserunt sub capite, quod est ad dexteram partem.
nam IV manserunt in loco suo. 25 et vidi, et ecce hae sub-
alares cogitabant se erigere et tenere principatus. 26 et vidi,
et ecce una erecta est, sed statim non comparuit. 27 et secunda
velocius quam prior non apparuit. 28 et vidi, et ecce duae
quae superaverunt apud semetipsas cogitabant et ipsae regnare.
29 et in eo cum cogitarent, ecce unum quiescentium capitum,
quod erat medium, evigilabat; hoc enim erat duorum capitum
maius. 30 et vidi, quomodo complexa est duo capita secum. 31 et

---

D. v., et tenerent Sg. (Z.). — et ipse principatum T. D. — hiis T. — qui tenebant c. Sg. (Z.) T., quae tenebant D. (que) v. — statim non comparescebant c. Sg. (Z.), statim non compatescebant T. ed. pr., statim non comparebant v., non comparescebant statim D. — 22. post haec, et ecce c. Sg. D. v., et ecce post hec T. — XII T. D., duodecim v. — 23. nichil T. — superavit c. Sg. T. D., supererat v. — tria c. Sg. (Z.) D., duo T. v. — quiescentia c. T. D. v., quiescentiae Sg. (Z.). — sex codd. et edd. — 24. de VI scripsi, de sex Sg., sex T. D. v. — pennaculis c. Sg. D. v., pennacule T. — divise sunt due T. D. — 25. he subalares D., hec sub. ed. pr., hae subalare Sg. (Z.), subalares hee T., subalares v. — cogittabant D. — 26. et ecce una c. Sg. (Z.) D. v., et una T. — errecta D. — 27. secunda emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), secundae Sg. v., secunde T. D. — prior emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), priores codd. — apparuit c. Sg., comparuerunt T. D. v. — 28. due que T. D. — aput D. — semetipsas c. D. v., semetipsos T., semetipse Sg. (Z.). — cogittabant D — et ipse regnare T. D. — 29. cogitarent c. Sg. v., cogittarent D., regnarent T. — ecce c. Sg. D. v., et ecce T. — quiescentium c. T. D. (quiescencium) v., de quiescentium Sg. (Z.). — evigilabat c. Sg. D. v., et vigilabat T. — enim erat c. Sg. D. v., erat enim T. - maius c. Sg. D. v., om. T. — 30. quomodo complexa est (i. e. ἡ κεφαλή) c. Sg., quomodo complexa sunt D., quoniam complexa sunt T., quoniam completa sunt v. — 31. caput c. T. D. v., capud Sg (Z.). — hiis T. — cum eo c. T. D. v., cum ea Sg. (Z.). — cogittabant D. —

ecce conversum est caput cum his, qui cum eo erant, et
comedit duas subalares, quae cogitabant regnare. — 32 hoc
autem caput perconterruit omnem terram et dominabatur in
ea his, qui inhabitant terram, cum labore multo et potentatum
tenuit orbis terrarum super omnes alas quae fuerunt. 33 et
vidi post haec, et ecce medium caput subito non comparuit,
et hoc sicut alae. 34 superaverunt autem duo capita, quae
et ipsa similiter regnaverunt super terram et super eos, qui
habitant in ea. 35 et vidi, et ecce devoravit caput a dextera
parte illud quod a laeva. 36 et audivi vocem dicentem mihi:
„Conspice contra te et considera quod vides.“ 37 et vidi, et
ecce sicut leo suscitatus de silva rugiens, et vidi, quomodo
emittebat vocem hominis ad aquilam. et dixit dicens: 38 „Audi
tu, et loquar ad te, et dicet Altissimus tibi: 39 Nonne tu es,
qui superasti de IV animalibus, quae feceram regnare in
saeculo meo, et ut per eos veniret finis temporum eorum?
40 et quartus veniens devicit omnia animalia quae transierunt,
et potentatu tenens saeculum cum tremore multo et omnem
orbem cum labore pessimo, et inhabitans tot temporibus
orbem terrarum cum dolo. 41 et iudicasti terram non cum
veritate. 42 tribulasti enim mansuetos et laesisti quiescentes
et dilexisti mendaces et destruxisti habitationes eorum, qui
fructificabant, et humiliasti muros eorum, qui te non nocuerunt.

---

32. perconterruit c. Sg. T. v., per contriuit D. — dominabatur in ea his qui inhabitant terram c. D. v. (habitant), dominabitur in ea hiis qui habitant terram T., dominabit qui inhabitant terram in ea Sg. (Z.). — orbis c. T. D. v., orbi Sg. (Z.) — 33. post haec c. Sg. T. (hec) v., post hoc D. — caput c. T. D. v., capud Sg. (Z.). — 35. devorat D. — a laeva c. T. (leva) v., ad leua Sg. (Z.), est a leva D. — 36. contra te c. Sg. (Z. emend.) T. D. v., contra me Sg. (Z. pr. m.). — quod c. Sg. T. v., quid D. — 37. suscitatus c. Sg. (Z.) D., concitatus T, v. — rugiens c. T. D. v., mugiens Sg. (Z., cf. XII 31). — quomodo c. Sg. (Z.) T. D., quoniam v. — 39. quatuor D. v., IIIIor T. — seculo T. D. — 40. tenens c. Sg. (Z.) T. D., tenuit v. — seculum T. — inhabitans emendavi, inhabitant Sg. (Z.), inhabitabant T. D., inhabitavit v. — orbem c. T. D. v., orbi Sg. -- 42. lesisti T. D. — habitationes c. Sg. v., habitacionem D., habitatores T. —

[43] et ascendit contumelia tua ad Altissimum, et superbia tua
ad Fortem. [44] et respexit Altissimus sua tempora, et ecce
finita sunt, et saecula eius completa sunt. [45] propterea non
apparens non appareas tu aquila et alae tuae horribiles et
pennacula tua pessima et capita tua maligna et ungues tui
pessimi et omne corpus tuum vanum, [46] uti refrigeretur
omnis terra et recreetur liberata de tua vi et speret iudicium
et misericordiam eius, qui fecit eam." XII. [1] et factum est,
dum loqueretur leo verba haec ad aquilam, et vidi, [2] et ecce
quod superaverat caput, et non comparuerunt (IV) alae duae,
quae ad eum transierunt et erectae sunt ut regnarent, et
erat regnum eorum exile et tumultu plenum. [3] et vidi, et
ecce ipsa non apparescebant, et omne corpus aquilae incendebatur, et expavescebat terra valde.

et ego a tumultu et excessu mentis et a magno timore
vigilavi et dixi spiritui meo: [4] „Ecce tu praestitisti mihi haec
in eo quod scrutaris vias Altissimi. [5] ecce adhuc fatigatus
sum animo et spiritu meo invalidus sum valde, et nec modica est in me virtus a multo timore, quem expavi nocte hac.

---

43. tua om. solus Sabat. — ad Altissimum c. Sg. (Z.) T. D., usque ad Altissimum v. — 44. sua emendavi (cf. syr. ar.[1]), superba codd. (etiam T. D.), superiora Vlis. l. l. p. 63, superna Volkm. — saecula c. Sg, scelera T. D. v. — completa c. T. D. v., conplecta Sg. (Z.). — 45. non apparens c. Sg. D., om. T. v. — non appareas c. Sg. T. v., appareas D. — unguues D. — vanum c. Sg. (Z.) T. D. v., om. Sabat. — 46. refrigeretur c. T. D. v., refrigeret Sg. (Z.). — recreetur emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), revertatur codd. — vi c. Sg. T. v., ma^{u} (i. e. manu) D. — misericordiam c. T. D. v., misericordia Sg. (Z.). — XII, 1. D. praem. XIIII (i. e. cap. XIV). — dum c. Sg. T. v., cum D. — 2. post caput excidisse videtur: non comparuit (cf. syr. ar.[1] ae.) — ·IIII· T., quatuor D. v. additamentum. — due que D., duaeque Sg., dueque T., illae quae v. — 3. ipsa, i. e. τὰ πτερύγια. — apparescebant c. Sg, (Z.), apparebant D. v., apparebunt T. — omne c. T. D. v., omnis Sg. (Z.). — incendebatur c. Sg. v., intendebatur T. D.

vigilavi c. codd., evigilavi coniecerunt Vlis. l. l. p. 63 et Volkm. (cf. ar.[1, 2] ae.), — spiritu solus Fabr. — 4. haec c. Sg. (Z.), hec T. D., hoc v. — scrutaris c. T. D. v., scrutas Sg. (Z.). — 5. spiritu c. Sg. D. v., spiritui T. — quem c. Fabr., quam Sg. T. D. ed. pr. Sabat. —

6 nunc ergo orabo Altissimum, ut me confortet usque in
finem." 7 et dixi: „Dominator domine, si inveni gratiam ante
oculos tuos, et si iustificatus sum apud te prae multis, et si
certum ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, 8 conforta
me et ostende servo tuo mihi interpretationem et distinctio
nem visus horribilis huius, ut plenissime consulas animam
meam. 9 dignum enim me habuisti ostendere mihi temporum
finem et temporum novissima."

et dixit ad me: 10 „Haec est interpretatio visionis huius:
11 aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum,
quod visum est in visu Danieli fratri tuo, 12 sed non est illi
interpretatum, quomodo ego nunc tibi interpretor. 13 ecce
dies veniunt, et exsurget regnum super terram et erit timo-
ratior omnium regnorum, quae fuerunt ante eum. 14 regna-
bunt autem in ea reges XII, unus post unum. 15 nam secun-
das incipiet regnare, et ipse tenebit amplius tempus prae XII.
16 haec est interpretatio XII alarum, quas vidisti. 17 et quam
audisti vocem, quae locuta est, non de capitibus eius exien-
tem, sed de medio corpore eius, 18 haec est interpretatio: quo-
niam post tempus regni illius nascentur contentiones non

6. confortet c. Sg. D. v., confortes T. — 7. apud te c. Sg. D. (aput) v., ante te T. — certum c. Sg. (Z.), certum est quod D., certa T., certe v. — 8. consulas c. Sg. (Z.) T., consoleris D. v. — 9. finem et temporum c. Sg. T. D., om. v. —

11. de mari c. T. D. v., de mare Sg. (Z.). — in visu c. Sg. (Z.) T., in visione v., om. D. — Danieli fratri tuo c. Sg. (Z. danihelo) D. v., Danielis fratris tui T. — 12. est c. Sg. D. v., om. T. — quomodo c. Sg. T. D., quoniam v. — nunc tibi c. Sg. T. v., tibi nunc D. — interpretor vel interpretavi Sg. (Z.). — 13. exurget T. D. — timoratior (i. e. ἡ βασιλεία) c. Volkm., timor acrior codd. — 14. XII T. D., duodecim v. — 15. XII T. D., duodecim v. — 16. XII T. D., duodecim v. — 17. quam c. Sg. D. (qm̄) v., quoniam T. (natum e qm̄) — quae locuta est c. v., quae locutus est Sg. (Z.) T. (que), que locuta non est D. (voc. nō in margine addito). — exientem c. Sg. (Z.), exeuntem T. v., om. D. — medio corpore eius c. Sg. (Z.), medio corpore D., medio eius T., medio corporis eius v. — 18. haec est c. v., hec est T. D., hoc est Sg. (Z.). — periclitabitur c. T. D. v., periclitabuntur Sg. (Z.). — et non c. Sg. T. v., et si non D. —

modicae, et periclitabitur ut cadat, et non cadet tunc, sed iterum constituebur in suum initium. [19]et quoniam vidisti subalares VIII cohaerentes alis eius, [20]haec est interpretatio: exsurgent enim in ipso VIII reges, quorum erunt tempora levia et anni citati, et duo quidem ex ipsis perient [21]appropinquante tempore medio, IV autem servabuntur in tempore, cum incipiet appropinquare tempus eius ut finiatur, duae vero in finem servabuntur. [22]et quoniam vidisti tria capita quiescentia, [23]haec est interpretatio: in novissimis eius suscitabit Altissimus tria regna et renovabit in ea multa et dominabunt terram [24]et qui habitant in ea cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilae. [25]isti enim erunt, qui recapitulabunt impietates eius, et qui perficient novissima eius. [26]et quoniam vidisti caput maius non apparescens, quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, et tamen cum tormentis. [27]nam duo qui perseveraverunt, gladius eos comedet. [28]unius enim gladius comedet qui cum eo, sed tamen et hic gladio in novissimis cadet. [29]et quoniam vidisti duas subalares traiicientes

---

19. octo codd. — cohaerentes c. v., coherentes T. D., quoherentes Sg. (Z.). — 20. haec c. v., hoc Sg. (Z.), hec T. — exurgent T. D. — enim c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — octo codd. — erunt c. T. v., erant Sg. (Z.) D. — perient c. Sg. v., parient T., perierent D. — 21. appropinquante edidi (cf. syr. ar.[1] ae.), appropinquantem Sg. (Z.), appropinquante autem T. D. v. — IV autem c. Sg. (Z. quattuor), ·IIII·or T., quatuor D. v. — duae c. Sg. (Z.), due T., duo D. v. — 23. suscitabit c. T. D. v., suscitauit Sg. (Z.). — renovabit c. D. (cf. syr. ar.[1] ae.), revocabit Sg. T. v. — in ea c. Sg. D. v., in T. — dominabunt c. Sg. (Z.), dominabuntur T. v., devorabunt D. — 24. in ea c. T. D. v., in eam Sg. (Z.). — hos c. Sg. T. v., eos D. — 25. perficient c. T. D. v., perficiunt Sg. (Z.). — 26. apparescens c. T. v., apparescente Sg. (Z.), apparens v. — quoniam unus c. Sg. (Z.) T. D., haec est interpretatio eius, quoniam unus v. — 27. perseveraverunt c. Sg. (Z.) D., perseveraverint T. v. — 28. unius c. Sg. T. v., unus D. — et hic c. Sg. (Z.) T. D., hic v. — 29. traiicientes c. v., traicientes D., treicientes Sg. (Z.), in T. spatium huius voc. expletum non est. — in dextera c. T. D. v., addextera Sg. (Z.). —

super caput, quod est in dextera parte, [30] haec est interpretatio: hi sunt, quos conservavit Altissimus in finem suum, hoc est regnum exile et turbationis plenum, [31] sicut vidisti. et leonem quem vidisti de silva evigilantem et rugientem et loquentem ad aquilam et arguentem eam et iniustitias ipsius per omnes sermones eius, sicut audisti, [32] hic est Unctus, quem reservavit Altissimus in finem ad eos, et secundum impietates ipsorum arguet illos et incutiet coram ipsis spretiones eorum. [33] statuet enim eos in iudicium vivos, et erit, cum arguerit eos, tunc corrumpet eos. [34] nam residuum populum meum liberabit cum misericordia, qui salvati sunt super fines meos, et iocundabit eos, quoadusque veniat finis, dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio. [35] hoc somnium, quod vidisti, et hae interpretationes. [36] tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc. [37] scribe ergo omnia ista in libro, quae vidisti, et pone ea in loco abscondito. [38] et docebis ea sapientes de populo tuo, quorum scis corda posse capere et servare secreta haec. [39] tu autem adhuc sustine

---

30. hii T. D. — finem suum c. T. D. v., finem suam Sg. (Z.). — hoc est c. Sg. D. v., hec est T. — exile c. T. D. v., exili Sg. (Z.). — 31. et leonem quem vidisti de silva evigilantem c. Sg. D. v., de filiis evigilantem praem. T. — rugientem c. T. D. v., mugientem (cf. XI, 37) Sg. (Z.). — eam et c. T. D. v., eas Sg. (Z.). — iniusticias D. — 32. Unctus, quem reservavit c. Sg. T. D., ventus, quem servavit v. — in finem. supple e syr.: dierum, qui orietur ex semine David et veniet et loquetur. — secundum impietates c. D., impietates Sg. T. v. — ipsorum c. Sg. T. v., illorum D. — arguet c. Sg. (Z.) T. D., et arguet v. — incutiet c. v., incuciet T. D., infulcit Sg. — ipsis c. Sg. T. v., eis D. — spretiones c. Sg., spreciones T. D., scerptiones ed. pr., discerptiones v. — 33. iudicium c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., iudicio v. — corrumpet emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), corrumpit Sg. (Z.), corripiet T. D. v. — 34. liberabit c. T. D. v., liberauit Sg. (Z.). — misericordia c. Sg. (Z.) T. D. (mīa?), miseria v. — iocundabit c. T. D. ed. pr., iocundauit Sg. (Z.), iucundabit v. — veniat c. Sg. (Z.) T. D., veniet v. — inicio D. — 35. somnium c. Sg. D. v., sompnium T. — hae c. v., hee D., haec Sg. (Z.), spatium reliquit T. — 37. pone c. T. D. v., pones Sg. — 38. scis corda c. Sg. (Z.), corda scis T. D. v. — posse c. Sg. v., post se T., om. D. — 39. D. praem. XV (i. e. cap. XV). — dies VII c. Sg. T. v. (septem), septem dies D.

hic alios dies VII, ut tibi ostendatur, quidquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. [40] et profectus est a me.

et factum est, cum audisset omnis populus, quoniam pertransierunt VII dies, et ego non fuissem reversus in civitatem, et congregavit se omnis a minimo usque ad maximum et venit ad me, et dixerunt mihi dicentes: [41] „Quid peccavimus tibi, et quid iniuste egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? [42] tu enim nobis superasti ex omnibus prophetis, sicut botrus de vindemia, et sicut lucerna in loco obscuro, et sicut portus est navi salvatae a tempestate. [43] aut non sufficiunt nobis mala quae contigerunt? [44] si ergo tu nos dereliqueris, quanto erat nobis melius, si essemus succensi et nos in incendio Sion! [45] nec enim nos meliores sumus eorum, qui ibi mortui sunt“. et ploraverunt voce magna. et respondi ad eos et dixi: „[46] Confide, Israel, et noli tristari tu domus Jacob. [47] est enim memoria vestri coram Altissimo, et Fortis non est oblitus vestri in contentione. [48] ego enim non dereliqui vos neque excessi a vobis, sed veni in

---

— ostendatur c. T. D. v., ostendantur Sg. (Z.). — quidquid c. Sg. v., quicquid T. D. —

40. pertransierunt c. Sg. T. v., pertransissent D. — ·VII· T., septem D. v. — congregavit c. Sg. D. v., congregante T. — 41. sedisti c. T. D. v., et sedisti Sg. (Z.). — 42. superasti c. Sg. T. D., superes solus v. — prophetis c. Sg. (Z.) D., populis T. v. — vindemia c. Sg. (Z.), vinea T. D. v. — portus est navi salvatae emendavi (cf. syr. ar.[1]), portus navis salvata Sg. (Z.), porti et navis salvata T. (cf. XIII, 3), portus et navis salvata D. v. — 43, aut c. Sg. T. v., aut adhuc D. — nobis c. Sg. D. v., vobis T. — contigerunt c. Sg. (Z.) T. D., contingunt v. — 44. dereliqueris c. T. D. v., derelinqueris Sg. (Z.). — erat nobis c. Sg. (Z.) T. D., nobis erat v. — et nos c. Sg. D. v., et vos T. — in incendio c. T. D., incendio Sg. (Z.), cum incendio v. — syon T. D. — 45. nec c. Sg. T. v., neque D. — meliores sumus c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., sumus meliores v. — et respondi ad eos et dixi c. Sg. T. v., et dixi ad eos D. — 47. vestri (prius) c. Sg. T. (emend.) D. v., nostri T. (pr. m.). — contentione c. Sg, tentatione v., tentacione D., temptatione T. – 48. vos c. Sg. D. v., nos T. — excessi c. Sg. D. v., excelsa T. — a vobis c. Sg. D. v., a nobis T. — syon T. D. — et ut c. T. D. (cf. syr. ar.[1] ae.), ut Sg. v. —

hunc locum, ut deprecarer pro desolatione Sion, et ut quaererem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestrae. [49] et nunc ite unusquisque vestrum in domum suam, et ego veniam ad vos post dies istos." [50] et profectus est populus, sicut dixi ei, in civitatem. [51] ego autem sedi in campo VII diebus, sicut mihi mandavit, et manducavi de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

VI.

XIII. [1] Et factum est post dies VII, et somniavi somnium nocte, [2] et ecce de mari ventus exsurgebat, ut conturbaret omnes fluctus eius. [3] et vidi, et ecce convolabat ille homo cum nubibus caeli, et ubi vultum suum convertebat ut consideraret, tremebant omnia quae sub eo videbantur. [4] et ubicunque exiebat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut liquescit cera, quando senserit ignem. [5] et vidi post haec, et ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de IV ventis coeli, ut debellarent hominem, qui ascenderat de mari. [6] et vidi, et

---

49. post c. Sg. D. v., om. T. — 50. in civitatem c. D. v., in civitate Sg. (Z.), om. T. — 51. ego autem sedi in campo VII c. Sg. D. v., om. T. — manducavi c. Sg. (Z.) T., manducabam D. v. — de floribus solummodo c. Sg. v., solummodo de floribus D., solummodo T. — esca mihi c. Sg. v., esca T. D. —

XIII, 1. VII T. D., septem v. — somniavi somnium c. Sg. D. v., sompniavi sompnium T. — 2. de mari c. T. D. v., de mare Sg. (Z.). — exurgebat T. D. — 3. et vidi, et ecce. solus T. addidit: nauis sali (cf. XII, 42), sed haec punctis notata sunt. adde e syr. (cf. ar.[1] ae.): ipse ventus ascendere faciebat de corde maris tamquam similitudinem hominis. — convolabat c. Vlis. l. l. p. 67. et Volkm. (cf. syr. ar.[1] ae.), convalescebat codd. — nubibus c. Sg. D., millibus T. (ut videtur) v. — celi T. D. — convertebat c Sg. (Z.) T. D., vertebat v. — consideraret c. Sg. D. v., considerarent T. — 4. ubicumque T. — exiebat c. Sg. (Z.), exibat T. D. v. — liquescit cera c. Fabric. Vlis. Volkm., quiescit terra Sg. (Z.) T. D. ed. pr. v., quiescet terra Sabat. — ignem c. T. D. v., igne Sg. (Z.). — 5. ·IIII·or T., quatuor D. v. — celi T. D. — de mari c. T. D. v., de mare Sg. (Z.). — 6. sibimetipsi c. T. D. v., sibimetipsos Sg. (Z.). — sculpsit c. Sg. (Z.), sculpserat T. D. v. —

ecce sibimetipsi sculpsit montem magnum et volavit super
eum. 7 ego autem quaesivi videre regionem vel locum, unde
sculptus esset mons, et non potui. 8 et post haec vidi, et
ecce omnes, qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum,
timebant valde, tamen audebant pugnare. 9 et ecce ut vidit
impetum multitudinis venientis, non levavit manum suam ne-
que frameam tenebat neque aliquod vas bellicosum, nisi so-
lummodum vidi, 10 quomodo emisit de ore suo sicut fluctum
ignis, et de labiis eius spiritus flammae, et de lingua eius
emittebat scintillas tempestatis. et commixta sunt simul omnia
haec: fluctus ignis et spiritus flammae et multitudo tempe-
statis, 11 et concidit super multitudinem in impetum, quae
parata erat pugnare, et succendit omnes, ut subito nihil vi-
deretur de innumerabili multitudine, nisi solummodum pulvis
cineris et fumi odor. et vidi et exstiti. 12 et post haec vidi
ipsum hominem descendentem de monte et advocantem ad
se multitudinem aliam pacificam. 13 et accedebant ad eum
vultus hominum multorum, quorumdam gaudentium, quorum-
dam tristantium, aliqui vero alligati, aliqui adducentes ex eis
qui offerebantur.

---

7. vel c. Sg. T. v., et D. — 8. tamen c. Sg. T. v., et tamen D. — 9. ut vidit c. Sg. D. v., vidit T. — neque frameam c. Sg. D. v., et frameam T. — solummodum c. Sg. (Z.), solummodo T. D. v. — vidi c. Sg. (Z.). ut vidi T. D. v. — 10. quomodo c. Sg. T. D., quoniam v. — emisit c. T. D. v., emittit Sg. — suo c. Sg. D. v., om. T. — fluctum ignis emendavi (cf. sequentia, syr. etc.), flatum ignis codd. — scintillas tempestatis edidi, scintillas tempestate Sg. (Z.), scintillas et tempestates T. D. v. — commixta sunt simul omnia haec c. Sg. (Z. commixte), commixta sunt simul omnia, hic T., commixta sunt simul omnia, hoc est D., commista sunt omnia simul, hic v. — fluctus ignis c. Sg. (Z.), flatus ignis T. D. v. — et spiritus c. Sg. T. v., spiritus D. — 11. impetum c. Sg. (Z.) T. D., impetu v. — que parata T. D., quod paratum Sg. (Z.), quae praeparata v. — nichil T. D. — solnmmodum c. Sg (Z.), solummodo T. D. v. — pulvis cineris (cf. syr. ar.[1] ae.) c. Sg., pulvis cinis D., pulvis T. v. — exstiti c. Sg., extiti T. D., extimui v. — 12. advocantem edidi, aduocatem Sg. (Z.), vocantem T. D. v. — 13. accedebant c. Sg. T. D. ed. pr., accedebat v. —

et ego a multitudine pavoris expergefactus sum et dixi,
14 „Tu ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia haec et di-
gnum me habuisti ut susciperes deprecationem meam. 15 et
nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii huius.
16 sicut enim existimo in sensu meo, vae qui derelicti fuerunt
in diebus illis, et multo plus vae his, qui non sunt derelicti!
17 qui enim non sunt derelicti, tristes erant, 18 intellegentes
quae sunt reposita in novissimis diebus et non occurrent eis.
sed et qui derelicti sunt, 19 propter hoc vae! videbunt
enim pericula magna et necessitates multas, sicut ostendunt
somnia haec. 20 attamen felicius est periclitantem venire in
haec, quam pertransire sicut nubem a saeculo et non videre
quae contingent in novissimo." et respondit ad me et dixit:
„21 Et visionis interpretationem dicam tibi, sed et de quibus
locutus es adaperiam tibi. 22 quoniam de his dixisti, qui de-
relicti sunt, haec est interpretatio. 23 qui adferet periculum

---

et ego c. Sg. T. D. (qui praem. XVI, i. e. cap. XVI), et aegrotavi v. — expergefactus sum c. Sg. (Z.) T. D., et expergefactus sum v. — 15. interpretationem c. Sg. D. (-cionem) v., deprecationem (cf. v. 14) T. — somnii c. Sg. D. v., sompnii T. — 16. sicut c. Sg. D. v., sic T — ve (prius) T. D. — fuerunt c. Sg. T. v., fuerint D. — vae his c. Sg. v., ve hiis T., his ve D. — 17. qui enim non sunt derelicti c. Sg. D. v., om. T. — 18. intellegentes emendavi (cf. ar.[1] ae.), intellege nunc Sg. (Z.), intellige nunc D. v., intelligo nunc ed. pr., intelligite nunc T. — non occurent c. Sg. (Z.) (cf. syr. ar.[1] ae.), que occurrent D., occurrent T. v. — et qui c. Sg., et hiis qui T. D., et his qui v. — 19. vae c. Sg., om. T. D. v. — videbunt (cf. syr. ar.[1]) c. Vlis., uiderunt Sg. Volkm., venerunt T. D. v. — pericula emendavi (cf. syr. ar.[1]), in pericula Sg. (Z.) T. D. v. — somnia c. Sg. D. v., sompnia T. — 20. attamen c. Sg. T. v., actamen D. — felicius emendavi (cf. syr. ae.), facilius codd. — haec c. D. (hec, cf. ae. arm.), hac Sg. (Z.) T., hunc v. — non videre c. Sg. T. D., nunc videre v. — contingent emendavi (cf. syr.), contingerunt D., contigerunt Sg. T. (Fr.), contingunt v. — 21. sed et c. Sg. (Z.), et T. D. v. — adapperiam D. — 22. hiis T. D. — est c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — 23. adferet c. Sg. (Z.), auferet T., aufert D. v. — illo c. Sg. T. v., in illo D. — ipse (cf. syr. ar.[1] ae.) custodibit c. Volkm. (cf. syr. ar.[1] ae.), ipse custodiuit Sg., hic se custodivit v., hic seipse custodiuit D., hic se custodiunt T. — inciderint c Sg. D., inciderunt T. v. — hi sunt c. D. v., hii sunt T., om

illo tempore, ipse custodibit qui in periculo inciderint, hi
sunt qui habent opera et fidem ad Fortissimum. 24 scito ergo
quoniam magis beatificati sunt qui derelicti super eos, qui
mortui sunt. 25 interpretationes visionis hae: quia vidisti
virum ascendentem de corde maris, 26 ipse est, quem conser-
vat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum libera-
bit creaturam suam, et ipse disponet qui derelicti sunt.
27 et quoniam vidisti de ore eius exire ut spiritum et ignem
et tempestatem, 28 et quoniam non tenebat frameam neque
vas bellicosum, corrupit enim impetus eius multitudinem quae
venerat ad expugnare eum, haec interpretatio: 29 ecce dies
veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super
terram sunt. 30 et veniet excessus mentis super eos, qui in-
habitant terram. 31 et alii in alios cogitabunt bellare, civitas
civitatem, et locus locum, et gens ad gentem. et regnum
adversus regnum. 32 et erit, cum fient haec, et contingent
signa, quae ante ostendi tibi, et tunc revelabitur filius meus,
quem vidisti ut virum ascendentem. 33 et erit, quando au-
dierint omnes gentes vocem eius, et derelinquet unusquis-
que in regionem suam bellum quod habent ad alterutrum.

Sg. (Z.). — opera c. T. v., operas Sg. (Z.), tempora D. — et fidem c. Sg. D. v., in fidem T. — 24. derelicti c. Sg. T. v, derelicti sunt D. — 25. interpretaciones visionis hee D., interpretationes visionis haec Sg., interpretationes hee T., hae interpretationes visionis v. — 26. liberabit c. T. D. v., liberauit Sg. (Z.). — 28. neque c. Sg. T. v., nec D. — corrupit c. T. D. v., corrumpit Sg. (Z.). — impetus c. T. D. v., impetum Sg. (Z.). — quae c. Sg. v., que T., aqe que D. — adexpugnare Sg. (Z.), expugnare T. D. v. — haec c. Sg. (Z.), hec T. D., haec est v. — 29. venient c. Sg. (Z.), veniunt T. D. v. — super terram sunt c. Sg. T. v., sunt super terram D. — 30. veniet c. T. D. v., veni Sg. — excessus c. Volkm. (cf. syr. ar.¹), in excessu codd. — 31. et alii in alios cogitabunt c. D., et alii alios cogitabunt T. v., et in aliis alio cogitabant Sg. (Z.). — bellare c. Sg. (Z.) T. D., debellare v. — civitas civitatem c. T. D. v., civitatis civitatem Sg. (Z.). — et gens c. Sg. D, v., gens T. — ad gentem c. Sg. (Z.) T. D., adversus gentem v. — 32. erit c. Sg. T. v., erunt D. — fient c. T. D. v., fiet Sg. (Z.). — ut virum c. Sg. v., virum T. D. — 33. regionem suam c. Sg. (Z.) T. D., regione sua v. — bellum c. Sg. (Z.) D., bellum suum T. v. — ad alterutrum c. T. D. v., in alterutro Sg. (Z.). —

34 et colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut vidisti,
volentes venire et expugnare eum. 35 ipse autem stabit super
cacumen montis Sion, 36 Sion autem veniet et ostendetur omni-
bus parata et aedificata, sicut vidisti montem sculpi sine ma-
nibus. 37 ipse autem filius meus arguet quae advenerunt
gentes, impietates eorum has, quae tempestati adpropiaverunt,
et improperabit coram eis mala cogitamenta eorum et cruci-
amenta, quibus incipient cruciari, 38 quae adsimilatae sunt
flammae, et perdet eos sine labore per legem, quae igni
assimilata est. 39 et quoniam vidisti eum colligentem ad se
aliam multitudinem pacificam, 40 hae sunt X tribus, quae
captivae factae sunt de terra sua in diebus Josiae regis, quem
captivum duxit Salmanasar rex Assyriorum, et transtulit eos
trans flumen, et translati sunt in terram aliam. 41 ipsi autem
sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem
gentium et proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nun-
quam inhabitavit genus humanum, 42 ut vel ibi observarent
legitima sua, quae non fuerant servantes in regione sua.
43 per introitus autem angustos fluminis Euphraten introierunt.

---

34. colligetur c. T. D. v., colligentur Sg. (Z.). — innumerabilis c. Sg. D. v., innumerabiles T. — vidisti c. Sg. (Z.) Vlis. l. 1 p. 69. Volkm. (cf. syr. ar.[1] ae.), om. T. D. v. — 35. syon T. D. — 36. syon T. D. — 37. advenerunt c. Sg. (Z.) T., adinvenerunt D. v. — adpropriaverunt c. Sg., appropinquaverunt T. D. v. — et improperabit c. T. D., et improperauit Sg., propter v. – coram eis c. Sg. D., coram T., om. v. — 38 quae adsimilatae (i. e. βάσανοι) edidi, quae adsimilates Sg. (Z.), que assimilate D., quae assimilatae v., que assimilati T. — perdet c. T. D. v., perdere Sg. (Z.). — per legem c. Sg. v., et legem T. D. — assimilata c. Sg. D. v., assimulata T. – 39. colligentem c. T. D. v., colligendam Sg. (Z.). — 40. hae c. v., hee T., haec Sg. (Z.), hec D. — ·X· T., decem D. v. — Josiae c. Sg., Josie T. D. ed. pr., Osee v. — Assiriorum T. D. — 41. sibi dederunt c. Sg. T. v. dederunt sibi D. — regionem c. Sg. D. v., gentium regionem T. — ubi nunquam inhabitavit c. T. v., ubi nunquam habitauit D., ubi nunquam quisquam inhabitauit ibi Sg. (Z.) — 42. ut vel ibi observarent c. Sg. (Z.), ut vel ibi servarent D., vel ibi observate T., vel ibi observare v. – legittima T. D. – fuerant c. Sg. T. v., fuerunt D. - 43. eufraten T. D. ed. pr. —

[44]fecit enim eis tunc Altissimus signa et statuit venas fluminis, usquequo transirent. [45]per eam enim regionem erat via multa itineris anni unius et dimidii, nam regio illa vocatur Arzareth. [46]tunc inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore. et nunc iterum cum coeperunt venire, [47]iterum Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire. propter hoc vidisti multitudinem collectam cum pace. [48]sed et qui derelicti sunt de populo tuo, qui inveniuntur intra terminum meum [49]sanctum. erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quae collectae sunt gentes, proteget qui superaverit populum. [50]et tunc ostendet eis multo plurima portenta."

[51]et dixi ego: „Dominator, domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris." et dixit mihi: [52]„Sicut non potest hoc vel scrutinare vel scire quis, quid sit in profundo maris, sic non poterit quisque super terram videre filium meum vel eos qui cum eo sunt nisi in tempore diei. [53]haec est interpretatio somnii quod vidisti, et propter quod illuminatus es haec solus. [54]dereli-

---

45. itineris. in T. spatium relictum erat, a seriori manu expletum. — Arzareth c. Sg. (Z., ubi prius scriptum erat argareth) D., Aizareth T., Arsareth v. — 46. cum coeperunt c. Sg. (Z.), cum coeperint v., ceperunt T. D. — 47. statuet c. Sg. v., statuit T. D. — propter hoc c. Sg. (Z.) T., propter haec D. (hec) v. — collectam c. Sg. D. (cf. syr. ar.¹ ae.), om. T. v. — 48. qui inveniuntur c. Sg. (Z.), his qui inveniantur D., hiis qui veniuntur T., hi sunt qui inveniuntur v. — 49. sanctum emendavi (cf. syr. ar.¹ ae.), factum codd. et edd. — erit ergo c. Sg. T. v., ergo erit D. — qui superaverit c. Sg. T., qui superaverunt D., eos qui superaverunt v. — 50. ostendet c. Sg. D. v., ostendit T. — multo c. D. (cf. syr.), multa Sg. T. v. —

52. potest hoc vel scrutinare (cf. XVI, 60. 65) vel scire quis c. Sg. (Z.), potest hoc vel scrutare vel scire T., potes hoc scrutare vel scire D., potes haec vel scrutari vel scire v. — quid sit c. Sg. T. D., quae sunt v. — quisque (cf. IX, 19) c. Sg. T. v., quisquam D. — 53. somnii c. Sg. D. v., sompnii T. — quod vidisti c. T. D. v., quem vidisti Sg. (Z.). — haec solus c. Sg. (Z.), hec solus T., hic solus D. v. — 54. tua emendavi

quisti enim tua et circa meam vacasti legem et quaesisti. [55]vitam enim tuam disposuisti in sapientiam et sensum tuam vocasti matrem. [56]et propter hoc ostendi tibi, quae merces apud Altissimum. erit enim, post alios tres dies ad te alia loquar et exponam tibi gravia et mirabilia."

[57]et profectus sum et transii in campum, multum glorificans et laudans Altissimum de mirabilibus, quae per tempus faciebat, [58]et quoniam gubernat tempora et quae sunt in temporibus illata, et sedi ibi tribus diebus.

VII.

XIV. [1]Et factum est tertio die, et ego sedebam sub qnercu. [2]et ecce vox exivit contra me de rubo et dixit: „Ezra, Ezra!" et dixi: „Ecce ego, domine." et surrexi super pedes meos. et dixit ad me: [3]„Revelans revelatus sum super rubum et locutus sum Moysi, quando populus meus serviebat in Aegypto. [4]et misi eum et eduxi populum meum de Aegypto et adduxi eum super montem Sina et detenebam eum apud me diebus multis. [5]et enarravi ei mirabilia multa et ostendi ei temporum secreta et finem et praecepi ei dicens: [6]„Haec in palam facies verba et haec abscondes." [7]et nunc tibi dico: [8]signa quae demonstravi et somnia quae

---

(cf. syr. ar.[1] ae.), tuam Sg. D. v., uiam T. — circa meam c. Sg. D. v., cũia mea T. — 55. sapientiam c. Sg. (Z.) D., sapientia T. v. — tuam vocasti c. Vlis. l. l. p. 71. Volkm. (cf. syr. ae.), tuum vocasti codd. — 56. que merces D., emerces Sg. (Z.), merces T. v. — aput D. — alios c. T. D. v., aliis Sg. (Z.). — ad te c. T. D. v., a te Sg. (Z.) —

57. D. praem. XVII (i. e. cap. XVII). — profectus c. Sg. D. v., proficiscens T. — 58. gubernat c. Sg. T. v., gubernabat D. — tempora c. T. D., ipsum Sg. v. —

XIV, 1. sub quercu c. Sg. D. v., super quercum T. — 2. Ezra, Ezra c. Sg. (Z.), Esdra, Esdra T. D. v. — 3. egypto T., egipto D. — 4. egypto T., egipto D. — syna T. D. — detenebam c. Sg. (Z.), detinebam T. D. v. — aput D. — 5. ostendi c. Sg. T. v., ostende D. — 6. in palam (cf. v. 45) c. Sg. D. v., tu palam T. — 7. tibi dico c. Sg. (Z.) T. D., dico tibi v. — 8. somnia c. Sg. D., sompnia T. —

vidisti et interpretationes quas audivisti, in corde tuo repone
ea. 9 tu enim recipieris ab hominibus et converteris residuum
cum filio meo et cum similibus tuis, usquequo finiantur tem-
pora. 10 quoniam saeculum perdidit iuventutem suam, et
tempora appropinquant senescere. 11 XII enim partibus divi-
sum est saeculum, et transierunt eius decimam et dimidium
decimae partis, 12 supersunt autem eius duae post dimidium
decimae partis. 13 nunc ergo dispone domum tuam et cor-
ripe populum tuum et consolare humiles eorum et renuntia
iam corruptelae 14 et dimitte abs te mortales cogitationes et
proiice abs te pondera humana et exue te iam infirmam na-
turam et repone in unam partem molestissima tibi cogitamenta
et festina transmigrare a temporibus his. 15 quae enim vidi-
sti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora fient.
16 quantum enim invalidum fiet saeculum a senectute, tantum
multiplicabuntur super inhabitantes mala. 17 prolongabit enim

---

audisti c. Vlis. l. l. p. 72 et Volkm. (cf. syr. ar.[1] ae.), tu vidisti codd. — 9. recipieris c. Ambros. (de bono mortis 11) v., reciperis D., receperis Sg. (Z.) T. — hominibus c. Ambros. (cf. syr. ar.[1] ae.), omnibus codd. et Ambros. (var. l.). — et converteris c. Sg. (Z.) T. D., converteris v., et conversaberis Ambros. — residuum cum filio meo c. Sg. T. D. Ambros., residuus cum consilio meo (cf. X. 16) v. — 11. ·XII· T., duodecim D. v., — X^{am} et dimidium Xme partis Sg. (Z.), decimā et dimidium decime partis T. D., decima et dimidium decimae partis v. — 12. om. T. — supersunt c. Sg. v., superant D. — duae c. Sg., due D., om. v. — dimidium c. Sg. v., medium D. — 13. renuntia iam corruptelae c. T. (corruptele) D. (renuncia-corruptele) v., renuncio iam corrupte Sg. (Z.). — 14. cogittaciones D. — proice T. D. — tibi c. Sg. D. v.. om. T. — hiis T. D. — 15. horum c. Sg. D. v., om. T. — fient vel facientur (cf. syr. ae.) c. Vlis. l. l. p. 73. Volkm., facient codd. — 16. fiet c. T. D. v., fieri Sg. — multiplicabuntur c. T. D. v. (cf. ceteras verss.), multiplicabunt Sg. Volkm. — super c. T. D. v., om. Sg. — 17. prolongabit emendavi (cf. syr. ar.[1.2] ae. arm.), prolongavit codd. et edd. — se magis c. D. v., magis Sg. (Z.), se T. — appropinquabit emendavi (cf. syr. ar.[1.2] ae. arm.), appropinquavit codd. et edd. — mendatium T. — aquila emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), itaque Sg. (Z.) T. D., om. v. — quam c. Sg. D. v., quōd T. — in visionem c. Sg. (Z.), visionem T. D. v. —

se magis veritas, et appropinquabit mendacium. iam enim fe-
stinat aquila venire, quam vidisti in visionem."
18 et respondi et dixi coram te, domine: 19 „Ecce enim
ego abibo, sicut praecepisti mihi, et corripiam praesentem
populum. qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit?
20 positum est enim saeculum in tenebris, et qui inhabitant
in eo sine lumine, 21 quoniam lex tua incensa est, propter
quod nemo scit, quae a te facta sunt, vel quae incipient
opera. 22 si enim inveni gratiam coram te, immitte in me
spiritum sanctum, et scribam omne quod factum est in sae-
culo ab initio, quae erant in lege tua scripta, ut possint ho-
mines invenire semitam, et qui voluerint vivere in novissimis
vivant." 23 et respondit ad me et dixit: „Vadens congrega
populum et dices ad eos, ut non te quaerant diebus XL.
24 tu autem praepara tibi buxos multos et accipe tecum Sa-
ream, Dabriam, Salemiam, Ethannam et Asihel, quinque
hos, qui parati sunt ad scribendum velociter, 25 et venies hic.
et ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quae non
extinguetur, quoadusque finiantur quae incipies scribere. 26 et

---

18. post voc. dixi deest in omnibus codd. voc.: Loquar (cf. syr. ar.[1] ae.) — 19. enim ego c. Sg. D. v., ego enim T. — commonebit c. Sg. v., commouebit T. D. — 20. enim c. Vlis. l. l. Volkm. (cf. syr. ar.[1] ae.), ergo codd. — saeculum c. Sg. v., seculum D., scd'm T. — et qui c. Sg. D. v., qui T. — in eo c. T. D. v., in eum Sg. (Z.). — 21. propterquod D. — incipient c. Sg. D. v., incipiet T. — 22. gratiam coram te c. Sg. (Z.), coram te gratiam D., in te gratiam T. v. — et scribam c. Sg. T. v., ut scribam D. — semitam c. Sg. T. v., gratiam vel semitam D. — voluerint c. Sg. D. v., voluerunt T. — vivere in novissimis c. Sg. T. v., in novissimis vivere D. — 23. Vadens c. Sg. D. v., vade T. — non te querant Sg. (Z.), non querant te T., te non querant D., non quaerant te v. — XL. T. D., quadraginta v. — 24. Saream c. Sg. D. v., sariam T. — Salemiam c. Sg. v., selemiam T. D. — Ethannam c. D. (cf. syr. ae. arm.), Echanum T. v., Ethanum Sg. (Z.). — Asihel c. Sg. (Z.) T., Asiel v., hasiel D. — ·V· hos T. — parati c. Sg. T. v., praeparati D. — 25. venies hic c. Sg. (Z.) T. D., venias huc v. — scribere c. Sg. T. v., facere l' scribere D. —

cum perfeceris, quaedam palam facies, quaedam sapientibus absconse trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere."

[27] et profectus sum, sicut mihi praecepit, et congregavi omnem populum et dixi: „[28] Audi Israel verba haec. [29] peregrinantes peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto et liberati sunt inde [30] et acceperunt legem vitae, quam non custodierunt, quam et vos post eos transgressi estis. [31] et data est vobis terra in sortem in terra Sion, et patres vestri et vos iniquitatem fecistis et non servastis vias, quas vobis praecepit Altissimus. [32] iustus iudex cum sit, abstulit a vobis in tempore quod donaverat. [33] et nunc vos hic estis, et fratres vestri introrsum vestrum sunt. [34] si ergo imperaveritis sensui vestro et erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis et post mortem misericordiam consequemini. [35] iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reviviscemus. et tunc iustorum nomina parebunt, et impiorum facta ostendentur. [36] ad me autem nemo accedat nunc neque requirat me usque diebus XL."

[37] et accepi quinque viros, sicut mandavit mihi, et profecti sumus in campo et mansimus ibi. [38] et factus sum in crastinum, et ecce vox vocavit me dicens: „Ezra, aperi os

---

26. cum perfeceris c. Sg. (Z.) T. D., tunc perfectis v. — qued'a palam T. —

27. sicut c. Sg. T. v., et sicut D. — 29. peregrinantes c. Sg. (Z.) T. D., om. v. — egipto T. D. — 30. quam non c. T. D. v., quem non Sg. (Z.). — 31. vobis c. Sg. D. v., nobis T. — in terra emendavi (cf. syr.) et terra codd. et edd. — syon T. D. — vobis praecepit c. Sg. (Z.) T. D., praecepit vobis v. — 32. iustus c. Sg. (Z.) T. D., et iustus v. — 33. vestrum sunt repetit T. — 34. consequemini c. Sg. D. (?) v., consequamini T. — 36. autem c. Sg. (Z.) T. D., igitur v. — requirat c. T. D. v., requirent Sg. (Z.). — diebus XL c. Sg. (Z.) T., dies XL D., dies quadraginta v. —

37. quinque D. v., ·V· T. — campo c. Sg. (Z.) T. D., campum v. — 38. vox vocavit c. Sg. T. v., vocavit vox D. — Ezra c. Sg. (Z.), Esdra T. D. v. — apperi D. — quod te c. Sg. (Z), quo te T. D. v. — potavero c. T. D. v., potiono Sg. (Z.). —

tuum et bibe quod te potavero.“ [39] et aperui os meum, et ecce calix plenus porrigebatur mihi. hoc erat plenum sicut aqua, color autem eius ut ignis similis. [40] et accepi et bibi, et in eo cum bibissem, cor meum eructuabatur intellectum, et in pectus meum increscebat sapientia, nam spiritus meus conservabat memoriam. [41] et apertum est os meum et non est clausum amplius. [42] Altissimus autem dedit intellectum quinque viris, et scripserunt quae dicebantur ex successione notis, quas non sciebant, et sederunt XL diebus. ipsi autem per diem scribebant, [43] nocte autem manducabant panem. ego autem per diem loquebar et per noctem non tacebam [44] scripti sunt autem per XL dies libri LXXXXIIII. [45] et factum est, cum completi essent XL dies, locutus est Altissimus dicens: „Priora quae scripsisti in palam pone, et legant digni et indigni; [46] novissimos autem LXX conservabis, ut tradas eos sapientibus de populo tuo. [47] in his enim est vena intellectus et sapientiae fons et scientiae flumen. et feci sic.

---

39. apperui D. — ut c. Sg. T. v., sicut D. — 40. eructuabatur c. Sg., eructabitur T., eructauit D., cruciabatur v. — intellectum c. Sg. T. D., intellectu v. — et in et in pectus T. — increscebat c. Sg. D. v., intrinsecabatur T. — conservabat memoriam c. D., conservabat memoria Sg. (Z.) T., conservabatur memoria v. — 41. apertum est c. Sg. T. v., apertum D. — 42. autem c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — ·V· T. — ex successionem Sg. (Z.), excessiones T. D. v. — notis emendavi (cf. syr. ar.[1] ae.), noctis codd. — et sederunt XL diebus. ipsi autem per diem scribebant c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — diem c. Sg. D. v., uiā T. — per noctem c. T. D. v., nocte Sg. (Z.). — 44. per XL dies c. T. D. v. (quadraginta), in XL diebus Sg. (Z.). -- LXXXXIIII edidi, DCCCCIIII Sg. (Z.), DCCCCIIII^or T. D.. ducenti quatuor (i. e. CCIIII natum e XCIIII) v. — 45. completi essent c. Sg. T., completi sunt D., complevissent v. — XL T. D., quadraginta v. — locutus c. Sg. D. v., locus T. — 46. LXX T. D., septuaginta v. — 47. hiis T. D. et feci sic. Explicit liber quartus Ezre homini dei Sg. (Z.), et feci sic. Explicit liber Esdre quartus, incipit quintus. Ca. primum D. —

Liber Ezrae prophetae secundus.

I. [1] Liber Ezrae prophetae secundus, filii Sarei, filii Azariae, filii Helchiae, filii Salame, filii Sadoch, filii Achitob, [2] filii Achiae, filii Phinees, filii Heli, filii Amariae, filii Aziel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziae, filii Borith, filii Abissei, filii Phinees, filii Eleazar, [3] filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum in regno Artaxersis regis Persarum.

Liber Ezrae prophetae secundus c. ipso libro (I, 1), Liber Ezrae secundus Sg. (Z.), Esdras II. Ms. Bodl. (Laud. C. infra α, 12) et Hatton. D. 4, 8, etiam in Mss. Musei Brit. Bibl. reg. I. B. VIII. et I. E. I, Bibl. Harlei. no. 2814, ubi praecedit liber canonicus Ezrae (et Neemiae); Explicit liber Esdre secundus. Jam incipit Tercius. Et isti tres libri [III—V] qui sequntur. quamvis Esdre attribuuntur, tamen ab ecclesia apocrifi nominantur. Capitulum primum D.; Liber Esdrae III. Ms. Mus. Brit. (Bibl. Harlei. no. 2807), ubi praecedit Ezr. gr. tamquam Ezr. II: Esdras III. Mss. Musei Brit. Bibl. Burn. 6 Aa et Bibl. Sloan. no. 1521. plut. IV. B.; Incipit liber esdre quartus T.; Prologus Esdrae lib IV. Ms. Magdal. no. 54; nulla inscr. in Mss. Bodl. (Mus. 5, 20) et Novi Collegii no. 316, ubi praecedit Ezr. III. (gr.), (sed primae litterae coloribus pictae et maiores sunt. —

I, 1. Ezrae c. Sg. (Z.), Esdre T. D., Esdrae v. — secundus c. Sg. T. v., tercius D. — Sarei c. Sg. D. v., sarai T. — Azarie D., Azarei Sg. T. v. — Helchiae c. Sg. (Z.), elchie T. D., Helciae v. — Salame c. Sg. (Z.), Sadanie T. D., Sadaniae v. — Achitob c. T. D. v., acitob Sg. (Z.). — 2. Achiae c. v., Achie D., achis Sg. (Z.) T. — finees Sg. (Z.). — Amarie D., Ameriae Sg. v., amerei T. — Aziel c. T., Azihel D., aziei Sg. (Z.), Asiel v. — Marimoth c. Sg. T. v., Marmöth D. — Arna c. Sg. T. v., Arnan D. — Ozie T. D. – Abissei c. Sg. (Z.) T., Abisei v., Abissan D. — finees Sg. (Z.). — Eleazar c. Sg. T. v., Eleasar D. — 3. ex tribu c. Sg. D. v., et ex tribu T. – Artaxersis c. Sg. (Z.) T. D., Artaxerxis v. — regis c. T. D. v., rege Sg. (Z.). —

4 et factum est verbum domini ad me dicens: 5 „Vade
et nuncia populo meo facinora ipsorum et filiis eorum ini-
quitates, quas in me admiserunt, ut nuncient filiis filiorum
suorum. 6 quia peccata parentum illorum in illis creverunt.
obliti enim me sacrificaverunt diis alienis. 7 nonne ego eduxi
eos de terra Aegypti, de domo servitutis? ipsi autem irrita-
verunt me et consilia mea spreverunt. 8 tu autem excute co-
mam capitis tui et proiice omnia mala super illos, quoniam
non obaudierunt legi meae. populus autem est indisciplinatus,
9 usquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli?
10 reges multos propter eos subverti, Pharaonem cum pueris
suis et omnem exercitum eius percussi. 11 omnes gentes a
facie eorum perdidi et in oriente provinciarum duarum po-
pulos, Tyri et Sidonis, dissipavi et omnes adversarios eorum
interfeci. 12 tu vero loquere ad eos dicens: Haec dicit dominus.
13 nempe ego vos per mare traieci et plateas vobis in invio mu-
nitas exhibui. ducem vobis dedi Moysen et Aaron sacerdotem,
14 lucem vobis per columnam ignis praestiti et magna mira-
bilia feci in vobis. vos autem mei obliti estis, dicit dominus.
Ex. XVI, 13 sq. 15 haec dicit dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit,
castra vobis ad tutelam dedi, et illic murmurastis 16 et non trium-
phastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum,

---

5. nuntia T. — ut nuncient c. Sg. T. (nuntient) v., et nuncient D. — suorum c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 6. illorum c. Sg. (Z.) T. D., ipsorum v. — illis c. Sg. T. v., ipsis D. — obliti enim me sacrificaverunt c. Sg. (Z.), obliti enim mei sacrificaverunt T. v., obliti sunt enim me et sacrificaverunt D. — 7. eduxi eos c. T. D. v., eos eduxi Sg. (Z.). — egypti T., Egipti D. — de domo c. Sg. T. v., et de domo D. — 8. proice T. D. — illos c. Sg. T. v., illorum T. — obaudierunt c. Sg. (Z.), obedierunt T. D. v. — est in Sg. secunda manu additum sec. Z. — 11. populos c. Sg. T. v., populum D. — Tiri T. D. — Sydonis T. — 13. per mare c. T. D. v., mare Sg. — traieci c. Sg. D., transieci T., transmeavi v. — in invio c. Sg., ī īmo T., initio v., et civitates D. — exibui T. — 14. columpnam T. — 15. Coturnix c. Sg. v., conturnix T. D. — dedi c. Sg. D. v., dedit T. — 16. signo c. Sg. T. v., signum D. —

sed adhuc nunc usque murmuratis. 17 ubi sunt beneficia
quae praestiti vobis? nonne in deserto cum esuriretis et
sitiretis, proclamastis ad me 18 dicentes: „Ut quid nos in de-
sertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat
servire Aegyptiis, quam mori in deserto hoc.“ 19 ego dolui Ps. LXXVIII,
gemitus vestros et dedi manna vobis in escam, panem ange- 25. Sap.Sal.
lorum manducastis. 20 nonne, cum sitiretis, petram excidi, XVI, 20.
et fluxerunt aquae in saturitate? propter aestus foliis arbo-
rum vos texi. 21 divisi vobis terras pingues, Cananaeos et
Pherezaeos et Philistinos a facie vestra proieci. quid faciam
vobis adhuc? dicit dominus. 22 haec dicit dominus omnipo- Ex. XV,
tens: in deserto cum essetis, in flumine Amorrhaeo sitientes 23 cq.
et blasphemantes nomen meum, 23 non ignem vobis pro bla-
sphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam dulce feci flu-
men. 24 quid tibi faciam, Jacob? noluisti me obaudire, Juda.
transferam me ad alias gentes et dabo eis nomen meum, ut
custodiant legitima mea. 25 quoniam me dereliquistis, et ego
vos derelinquam. petentibus vobis a me misericordiam non
miserebor vestri. 26 quando invocabitis me, ego non exaudiam Jes. LIX, 7.
vos. maculastis enim manus vestras sanguine, et pedes vestri Prov.
inpigri sunt ad committenda homicidia. 27 non quasi me de- I, 16. Rom.
reliquistis, sed vos ipsos, dicit dominus. 28 haec dicit do- III, 15.

---

17. et sitiretis c. Sg. T. D., om. v. — proclamastis ad me c. Sg. D. v., om. T. — 18. dicentes c. Sg. D. v., om. T. — egyptiis T., Egiptiis D. — 19. manna vobis c. Sg. (Z.) D., vobis manna T. v. — anglorum T. — 20. saturitate c. T. v., sacietate Sg. (Z.), saturitatem D. — foliis c. T. D. v., folia Sg. — 21. vobis terras pingues c. Sg. T. v., terras pingues vobis D. — et Pherezaeos c. v., et ferezeos Sg. (Z.), et phereseos T., fereseos D. — Philistinos c. Sg. (Z.) T. ed. pr., Philisteos D., Philistaeos v. — facie c. T. D. v., faciae Sg. (Z.). — 22. Amorrhaeo c. v., Amorreo Sg. (Z.) T. D. — sicientes Sg. (Z.). — 23. blasphemiis c. Sg. v., blasphemis T., blasphemiis vestris D. — aquam c. T. D. v., aqua Sg. — 24. D. praem. II (i. e. cap. II). — me obaudire c. Sg. D., obedire T. v. — tranferam T. — legittima D. — 25. dereliquistis c. Sg. D. v., dereliquisti T. — vestri c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 26. inpigri c. Sg. (Z.) T., impigri D. v. — comittenda T. D. — 27. non quasi c. Sg. T. v., nunquam D. — 28. vos rogavi c. Sg. v., rogavi vos T., vos

1Thess.II,7. minus omnipotens: nonne ego vos rogavi, ut pater filios, et
Jer.XXIV,7. Ebr.VIII,10 ut mater filias, et nutrix parvulos suos, [29] ut essetis mihi in
Mt. XXIII, 37. populum, et ego vobis in deum, et vos mihi in filios, et
ego vobis in patrem? [30] ita vos collegi, ut gallina filios suos
sub alas suas. modo autem quid faciam vobis? proiiciam vos
Jes.I,13 sq. a facie mea. [31] oblationes mihi cum obtuleritis, avertam
faciem meam a vobis; dies enim festos vestros et neomenia
et circumcisiones carnis repudiavi. [32] ego misi pueros meos
prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis et laniastis cor-
Mt. XXI, 34 sq. pora illorum. quorum sanguinem exquiram, dicit dominus.
Mt. XXIII, 38. [33] haec dicit dominus omnipotens: domus vestra deserta est,
proiiciam vos sicut ventus stipulam. [34] et filii procreationem
non facient, quoniam mandatum meum vobiscum neglexerunt,
et quod malum est coram me fecerunt. [35] tradam domos ve-
stras populo venienti, qui me non audientes credunt. quibus
signa non ostendi, facient quae praecepi. [36] prophetas non
viderunt et memorabuntur antiquitatum eorum. [37] testor po-
puli venientis gratiam, cuius parvuli exsultant cum laetitia,
me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credent quae
dixi. [38] et nunc, frater, aspice cum gloria et vide populum
venientem ab oriente, [39] quibus dabo ducatum Abraham, Isaac

---

elegi et rogavi D. — et nutrix c. Sg. (Z.) T. D., et ut nutrix v. — 30. calina D. — filios c. Sg. D., pullos T. v. — proiiciam c. v., proiciam Sg. (Z.) D., prohiciam T. — 31. oblationes c. Sg. T. D., oblationem v. — mihi cum obtuleritis c. Sg., michi cum obtuleritis T., cum obtuleritis mihi D., cum mihi attuleritis v. — enim c. Sg. D. v., autem T. — neomenia c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., neomenias v. — carnis c. Sg. T., carnis vestre D., om. v. — 32. illorum c. Sg. (Z.) D., eorum T. — 33. vestra c. Sg. D. v., nostra T. — proiiciam c. v., proiciam Sg. (Z.) D., prohiciam T. — 34. vobiscum c. Sg. D., om. T. v. — 35. in T. nova sectia (II). — domos c. Sg. v., domus T. D. — 36. antiquitatum c. Sg., equitatum T. D., iniquitatum v. — 37. gratiam c. D. v., graciam Sg. (Z.) T. — exsultant c. v., exultant Sg. (Z.) T. D. — laetitia c. v., laeticia Sg. (Z.), letitia T., leticia D. — me non videntes c. Sg. D. v., non videntes me T. — credent c. Sg. (Z.) T. D., credentes v. — 38. frater c. Sg. T. (fr̄) v., super D. — cum gloria c. Sg. T. D., quae gloria v. — 39. ysaac T. — osee codd.

et Jacob et Oseae et Amos et Michae et Johelis et Abdiae et
Jonae [40] et Naum et Abacuc et Sophoniae et Aggaei et Za-
chariae et Malachim, qui et angelus domini vocatus est.
II. [1] haec dicit dominus: Ego eduxi populum istum de ser-
vitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos Prov. I,
audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia. [2] mater 25.
quae eos generavit dicit illis: Ite, filii, quia ego vidua sum Baruch IV, 11.
et derelicta. [3] educavi vos cum laetitia et amisi vos cum 12.
luctu et tristitia. quoniam peccastis coram domino deo et
quod malum est coram me fecistis. [4] modo autem quid fa-
ciam vobis? ego enim vidua sum et derelicta. ite, filii, et
petite a domino misericordiam. [5] ego autem te, pater, testem
invoco super matrem filiorum, quia noluerunt testamentum
meum servare, [6] ut des eis confusionem, et matrem eorum in
direptionem, ne generatio eorum fiat. [7] dispergantur in gen-
tes, nomina eorum deleantur a terra, quoniam spreverunt
sacramentum meum. [8] vae tibi, Assur, qui abscondis iniquos
penes te! gens mala, memorare, quid fecerim Sodomae et

— miche Sg. (Z.), michee T. D., Michaeae v. — Johelis c. Sg. (Z.) D., ioelis T., Joel v. — Abdiae c. Sg. v., Abdie D., abdis T. — Jone T. D. — 40. Naum c. Sg. (Z.) T. D., Nahum v. — Abacuc c. Sg. (Z.), abachuc T., Abakuk D., Habacuc v. — et Sophoniae edidi, et Sophonie D., Sophoniae Sg. v., sophonie T. — et Aggaei edidi, et Aggei D., Aggaei Sg. v., aggei T. — et Zachariae edidi, et Zacharie D., Zachariae Sg. v., zacharie T. — Malachim c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., Malachiae v. — II, 1. meos c. Sg. T. v., suos D. — irrita fecerunt c. Sg. D. v., irritauerunt T. — 2. mater c. Sg. T. v, et mater D. — dicit c. Sg. D. v., dixit T. — ego vidua c. Sg. T. v., vidua ego D. — 3. et educavi c. Sg. D. v., et educaui T. — laetitia c. v., laeticia Sg. (Z.), letitia T., leticia D. — tristicia Sg. (Z.) D. — deo c. Sg. (Z.) D., deo vestro T. v. — coram me c. Sg. (Z.) T. D., coram eo v. — 4. enim c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 5. pater c. codd. (pr̄ T. D.). — quia c. Sg. (Z.) T. D., qui v. — testamentum meum noluerunt conservare D. — 6. direpcōm D. — generatio c. Sg. v., generacio D., generationem T. — eorum fiat c. Sg. T. v., fiat eorum D. — 7. dispergantur c. Sg. D. v., dispergentes T. — a terra c. Sg. T. v., de terra D. — 8. D. praem. III (i. e. cap. III). — ve T. — poenes Sg. (Z.). — gens c. Sg. D. v., ogens T. — Sodome et Gomorre T. D. —

Gomorrae, 9 quorum terra iacet in piceis glebis et aggeribns
cinerum. sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit dominus
omnipotens. 10 haec dicit dominus ad Ezram: Adnuntia po-
pulo meo, quoniam dabo eis regnum Hierusalem, quod da-
turus eram Israel. 11 et sumam mihi gloriam illorum et dabo
Luc. XVI, 9. eis tabernacula aeterna, quae praeparaveram illis. 12 lignum
vitae erit illis in odorem unguenti, et non laborabunt neque
fatigabantur. 13 ite et accipietis, rogate vobis dies paucos ut
minorentur. iam paratum est vobis regnum. vigilate! 14 te-
Jes. XLV, 7. stare, testare coelum et terram! omisi enim malum et creavi
bonum, quia vivo ego, dicit dominus. 15 mater, complectere
filios tuos, educa illos cum laetitia. sicut columba confirma
Jes. XXVI, 19. pedes eorum, quoniam te elegi, dicit dominus. 16 et resu-
scitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos,
Ezech. XXXVII, 12. 13. quoniam cognovi nomen meum in illis, 17 noli timere, mater
filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. 18 mittam tibi
adiutorium pueros meos Isaiam et Hieremiam, ad quorum
Apocal. XXII, 2. consilium sanctificavi et paravi tibi arbores XII gravatas variis
Ezech. XLVII, 12. fructibus 19 et totidem fontes fluentes lac et mel et montes
inmensos VII habentes rosam et lilium, in quibus gaudio re-
Enoch XXIV, 2 sq.

---

10. Ezram c. Sg. (Z.), Esram D., Esdram T. v. — Adnuntia c. Sg. (Z.), annuntia T., Denuncia D., nuncia v. — Hierusalem c. Sg. (Z.), Jerusalem T. v., in Jerusalem D. — 11. sumam c. T. D. v., sumã Sg. (Z.). — 12. lignum vitae erit illis c. Sg. T. v., om. D. — odorem c. D., odore Sg. T. v. — unguenti c. Sg. v., ungenti T. D. — 13. ita (pro ite) solus Fabr. — minorentur c. Sg. D., inmorentur T., immorentur v. — 14. testare, testare c. Sg. D.. testare T. v., — celum T. D. — omisi c. Sg. T. D., contrivi v. — creavi c. T. D. v., crevi Sg. — 15. conplectere c. Sg. (Z), complectere D., amplecte T., amplectere v. — educa c. T. D. v., educam Sg. — laetitia c. Sg. v., letitia T., leticia D. — 16. in illis c. Sg. T., in illis, dicit dominus D., in Israel v. — 17. D. praem. IIII (i. e. cap. IV.). — 18. ysaiam T. — Hieremiam c. Sg. (Z), Jeremiam T. D. v. — XII T. D., duodecim v. — 19. et montes c. Sg. D. v., montes T. — inmensos c. Sg. (Z.) T., immensos D. v. — VII T. D., septem v. — replebo c. Sg. (Z.) D., inplebo T., implebo v. —

plebo filios tuos. [20] viduam iustifica, pupillo iudica, egenti Jes. II,
da, orphanum tuere, nudum vesti, [21] confractum et debilem 17. Ps. LXXXII,
cura, claudum inridere noli, tutare mancum et caecum ad 3. Deut.
visionem claritatis meae admitte, [22] senem et iuvenem intra X, 18.
muros tuos serva, [23] mortuos ubi inveneris, signans commenda sepulchro. et dabo tibi primam sessionem in resurrectioue mea. [24] pausa et quiesce, populus meus, quia veniet
requies tua. [25] nutrix bona, nutri filios tuos, confirma enim
pedes eorum. [26] servos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. Joan.
ego enim eos requiram de numero tuo. [27] noli satagere. cum XVII, 12.
enim venerit dies pressurae et angustiae, alii plorabunt et tristes erunt, tu autem hilaris et copiosa eris. [28] zelabunt
gentes et nihil adversus te poterunt, dicit dominus. [29] manus meae tegent te, ne filii tui gehennam videant. [30] iucundare, mater, cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit dominus. [31] filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de latibulis terrae et misericordiam cum illis faciam, quoniam misericors sum, dicit dominus omnipotens. [32] amplectere natos tuos, usque dum venio, et praedica illis misericordiam, quoniam exuberant fontes mei, et gratia mea non deficiet."

[33] ego Ezras accepi praeceptum a domino in monte

---

20. aegenti Sg. (Z.). — orfanum Sg. (Z.) — 21. inridere c. Sg. (Z.), irridere T. D. v. — tutare mancum c. Sg. v., tutarạ (i. e. tuta) mancum T., mancum tutare D. — cecum Sg. (Z.) T. D. — 22. serva c. Sg. T. v., conserva D. — 23. sepulchro c. Sg. T. v., sepulcro T. — 24. veniet c. Sg. D. v., venit T. — 25. enim (= δὲ) c. Sg. (Z.) D. ed. pr., om. T. v. — 26. ego enim eos c. Sg. (Z.) T. D., eos ego enim v. — 27. satagere (ἀγωνιᾶν) c. Sg. T. D., satigari ed. pr., fatigari v. — enim venerit c. T. D. v., venerit enim Sg. (Z.). — alii c. Sg. D. v., illi T. — hylaris T. — 28. nihil c. Sg. (Z.), nichil T. D., nil v. — 29. mee Sg. (Z.) T. D. — 30. iocundare T. D. — 31. latibulis terre D., latilibus terre Sg. (Z.), lateribus terre T., lateribus terrae v. — 32. praedica c. Sg. predica T., praedicare D., praestem v. —

33. Ezras scripsi, ezram Sg., Esdras T. D. v. — accepi praeceptum c. Sg. (Z.) D., praeceptum accepi T. v. — Choreb c. D., choreph Sg. (Z.), Oreb T. v. — respuerunt c. Sg. D. v., resperunt T. —

Choreb, ut irem ad Israel. ad quos cum venirem, reprobaverunt me et respuerunt mandatum domini.
34 ideoque vobis dico, gentes, quae auditis et intellegitis, exspectate pastorem vestrum. requiem aeternitatis dabit vobis, quoniam in proximo est ille, qui in fine saeculi adveniet.
35 parati estote ad praemia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per aeternitatem temporis.
36 fugite umbram saeculi huius, accipite iocunditatem gloriae vestrae. ego testor palam salvatorem meum.
37 commendatum domini accipite et iocundamini gratias agen-
Apoc. VII, 4 sq. tes ei, qui vos ad caelestia regna vocavit.
38 surgite et state
XIV, et videte numerum signatorum in convivio domini.
39 qui se
1 sq. de umbra saeculi transtulerunt, splendidas tunicas a domino acceperunt.
40 recipe, Sion, numerum tuum et conclude candidatos tuos, qui legem domini compleverunt.
41 filiorum tuorum, quos optabas, plenus est numerus. roga imperium domini, ut sanctificetur populus tuus, qui vocatus est ab initio."

Apoc.
42 ego Ezras vidi in monte Sion turbam magnam, quam
XIV, numerare non potui, et omnes canticis conlaudabant domi-
1 sq. num.
43 et in medio eorum erat iuvenis statura celsus, emi-

34. dico c. Sg. D. v., om. T. — que auditis Sg. (Z.) T. D. — intellegitis c. Sg. (Z.), intelligitis T. D. v. — exspectate c. v., expectate c. Sg. (Z.) T. D. — requiem c. Sg. T. v., quia requiem D. — in proximo c. Sg. D. v., cum proximo T. - adveniet c. Sg. D. v., advenerit T. — 36. umbram c. T. D. v., umbra Sg. (Z.). — iocunditatem c. Sg. (Z.) T. D., iucunditatem v. — 37. comendatum D. — domini c. Sg. (Z.) D., donum T. v. — iocundamini c. Sg. (Z.) T. D., iucundamini v. — agentes c. Sg. T. v., om. D. - vos c. T. D. v., nos Sg. (Z.). — caelestia c. Sg. (Z.), celestia T. D., coelestia v. — 40. syon T. D. — candidatos (λευχείμονας) c. Sg. T. v., candidos D. — conpleverunt T. — 41. tuorum c. Sg. T. v., tuos D. — quos c. Sg. D. v., quod T. — optabas c. T. D. v., obtabas Sg. (Z.) — inicio D. —

42. D. praem. V. (i. e. cap. V.) — Ezras edidi (cf. v. 33), ezram Sg. (Z.), Esdras T. v., om. D. — syon T. D. — turbam c. Sg. T. v., Esdras turbam D. — conlaudabant c. Sg. (Z.), collaudabant D. v., laudabant T. — 43. celsus c. Sg. T. v., excelsus D. — inponebat c. Sg. (Z.), imponebant T., imponebat D. v. — exaltabatur c. Sg. D. v., exultabatur T. —

nentior omnibus illis, et singulis eorum capitibus inponebat
coronas. et magis exaltabatur, ego autem miraculo tenebar.
44 tunc interrogavi angelum et dixi: „Qui sunt hi, domine?“
45 qui respondens dixit mihi: „Hi sunt, qui mortalem tuni-
cam deposuerunt et inmortalem sumpserunt et confessi sunt
nomen dei. modo coronantur et accipiunt palmas.“ 46 et
dixi ad angelum: „Ille iuvenis quis est, qui eis coronas in-
ponit et palmas in manus tradit?“ 47 qui respondens dixit
mihi: „Ipse est filius dei, quem in saeculo confessi sunt.“
ego autem magnificare eos coepi, qui fortiter pro nomine
domini steterunt. 48 tunc dixit mihi angelus: „Vade, adnun-
tia populo meo, qualia et quanta mirabilia domini dei vidi-
sti. XV. 1 ecce loquere in aures plebis meae sermones pro-

---

44. hii T. D. — 45. mortalem c. Sg. D. v., smortalem T. — inmortalem c. Sg. (Z.), immortalem T. D. v. — 46. dixi c. Sg. T. v., dixit D. — ad angelum c. Sg. D., angelo T. v. — qui eis coronas inponit c. Sg. (Z.) T. v. (imponit), qui imponit eis coronas D. — 47. qui respondens c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., et respondens v. — cepi T. D. — domini c. Sg. D. v., dei T. — 48. adnuntia c. Sg. (Z.), adnuncia D., annuntia T. v. — qualia et quanta c. Sg. T. v., quanta et qualia D. — vidisti. Sg. (Z.) add.: „Explicit liber Ezrae secundus. incipit liber Ezrae tertius.“ sequitur in Sg. Ezrae tertii vel graeci I, 1—II, 15. tum „incipit liber ezrae quartus cū [i. e. cuius] versus ÏÏDC [MMDC], i. e. Ezras propheta, vulgo 4 Ezr. III—XIV. tum: incipit liber quintus ezrae cum versus IICCXXX [MMCCXXX],“ i. e. 4 Ezr. XV. XVI, „libri Ezrae prophetae secundi“ pars altera male separata. sequitur Ezras III. (gr.) in Mss. Bodl. (Laud. C. infra α, 12 et Hatton. D. 4, 8), etiam in Ms. Novi Collegii no. 1 et in Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII. et I. E. I, Bibl. Harlei. no. 2814. sequitur Ezr. gr. tamquam IV. in Ms. Mus. Brit. Bibl. Burn. 6 Aa., in Dresd. sequitur: „Incipit liber Esdre quartus. Capitulum primum,“ et post 4 Ezr. III—XIV: „Explicit liber Esdre quartus. incipit quintus. Ca. primum,“ i. e. 4 Ezr. XV. XVI. in T. v. et Ms. Musei Brit. Bibl. Sloan. no. 1521. plut. IV. B., 4 Ezr. I—XVI sine ulla divisione sequuntur. — XV, 1. Incipit liber Esdrae V. Ms. Magdalen. 54., Esdras V. Ms. Bodl. (Hatton. D. 4, 8), Novi Collegii no. 1 et Musei Brit. Mss. Bibl. reg. I. B. VIII, I. E. I., Bibl. Harlei. no. 1793. 2807. 2814. Esdras VI. Ms. Mus. Brit. Bibl. Burn. 6 Aa; c. XV. XVI. desunt in Ms. Bodl. (Laud. C. infra α, 12), quod mutilatum est. — inmisero T. —

phetiae, quos immisero in os tuum, dicit dominus, [2] et fac
ut in charta scribantur, quoniam fideles et veri sunt. [3] ne
timeas a cogitationibus adversum te, nec turbent te incredu-
litates discentium. [4] quoniam omnis incredulus in increduli-
tate sua morietur.

[5] Ecce ego induco, dicit dominus, super orbem terra-
rum mala, gladium et famem et mortem et interitum, [6] pro-
pter quod superposuit iniquitas omnem terram, et adimpleta
sunt operà nociva illorum. [7] propterea dicit dominus: [8] Iam
non silebo de impietatibus eorum quae irreligiose agunt, nec
sustinebo in his quae inique exercent. ecce sanguis innoxius
et iustus clamat ad me, et animae iustorum clamant perse-
veranter. [9] vindicans vindicabo illos, dicit dominus, et acci-
piam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. [10] ecce
populus meus quasi grex ad occisionem ducitur. iam non
patiar illum habitare in terra Aegypti, [11] sed educam eum
Deut. in manu potenti et brachio excelso et percutiam Aegyptum
IV, 34 al. plaga ficut prius et corrumpam omnem terram eius. [12] lu-
geat Aegyptus et fundamenta eius a plaga verberata in casti-
gationes, quas inducit dominus. [13] lugeant cultores operantes

---

2. charta c. Sg. v., carta T., cartha D. — ne c. Sg. T. v., et ne D. — 3. cogittacionibus D. — nec turbent c. Sg. D. v., om. T. (spatio relicto). — discentium (τῶν μανθανόντων) emendavi, dicentium codd. et edd. — 5. induco c. Sg. T. v., om. D. — mala c. Sg. T. v., induco mala D. — 6. superposuit (ὑπερέθηκεν) c. Sg., supposuit D., superpolluit T. v. — omnem c. Sg. D. v., super omnem T. — 8. de impietatibus c. T. D. v., impietatibus Sg. (Z). — quae c. Sg. (Z. pr. m.) v., que T. D., quas Sg. (Z. sec. m.). — hiis T. — 9. innoxium c. Sg. D. v., innoxius T. — 10. paciar T. D. — egypti T., egipti D. — 11. in manu c. Sg. T. v., de manu D. — percuciam T. D. — Aegyptum c. Sg., egiptum D., om. T. v. — 12. lugeat c. Sg. T. D., lugebit v. — egyptus T., egiptus D. — a plaga c. Sg., et plaga T. D., plaga v. — verberata c. T. D. v., verberati Sg. — in castigationes c. Sg. D., incastigationes T., et castigatione v. — inducit c. Sg. T. D., inducet v. — dominus c. Sg., d's d's T., deus D., ei deus v. — 13. lugeant c. Sg. T. D.. lugebunt v. — et vastabuntur ligna eorum c. D., et vastabunt ligna eorum Sg., om. T. v. — sidere terribili c. T. D. v.,

terram, quoniam deficient semina eorum, et vastabuntur ligna
eorum ab uredine et grandine et a sidere terribili. 14 vae
saeculo et qui inhabitant in eo! 15 quia appropinquabit gladius
et contritio eorum, et exsurget gens super gentem ad pugnam,
et romphaea in manibus eorum. 16 erit enim inconstabilitio
hominibus, et alii aliis invalescentes non curabunt regem
suum et principem megistanorum suorum in potentia sua.
17 concupiscet enim homo in civitatem ire et non poterit.
18 propter superbiam enim eorum civitates turbabuntur, domus
exterentur, homines metuent. 19 non miserebitur homo pro-
ximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium,
ad diripiendas substantias eorum propter famem panis et tri-
bulationem multam. 20 ecce ego convoco, dicit deus, omnes
reges terrae ad movendum qui sunt ab oriente et ab austro
et ab euro et a libano, ad convertendos in se et reddere quae
dederunt illis. 21 sicut faciunt usque hodie electis meis, sic
faciam et reddam in sinu eorum. haec dicit dominus deus:
22 Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit
romphaea super effundentes sanguinem innocuum super ter-

---

sidus terribile Sg. — inhabitant c. Sg. (Z.), habitant T. D. v. — in eo c. T. D. v., in eum Sg. — 15. appropinquabit edidi suadente Roenschio, appropinquavit codd. et edd. — contricio T. D. — exurget T. D. — super c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., contra v. — romphea D., rhomphaea v., rumphea Sg. (Z.) T. — 16. hominibus c. Sg. D. v., hominis T. — et alii c. Sg. v., alii T. D. — principem megistanorum (i. e. megistanum) emendavit Roenschius, principem me gestanorum Sg. (Z.), principem me gestorum T., principem vie gestorum D., principes viae gestorum v. — 18. exterentur c. Sg. D. v., exercentur T. — 19. proximum suum c. Sg. D. v., proximo suo T. — domos c. T. D. v., in domos Sg. (Z.) — dirripiendas D. — tribulationem multam c. T, D. v., tribulatione multa Sg. (Z.). — 20. D. praem. II (i. e. cap. II.). — deus c. Sg. T. v., dominus D. — movendum c. Sg. D., me verendum T. v. — qui sunt c. Sg. T. v., que sunt D. — et ab euro et a libano (ἀπὸ λιβός) c. v., et ab auro et a libano Sg. (Z.), ab euro et a libano D., ab emo et a lybano T. — convertendos c. Sg. T. v., convertendas D. — in se c. Sg. D. v., ad se T. — 21. hodie D. in margine addidit. — ellectis D. — 22. romphea D., rhomphaea v., rumphea Sg. (Z.) T. — innocuum c. Sg. (Z.) ed. pr., innoxium T. D. v. —

ram. 23 exiit ignis ab ira eius et devorabit fundamenta terrae
et peccatores quasi stramen incensum. 24 vae eis qui peccant
et non observant mandata mea, dicit dominus. 25 non par-
cam illis. discedite, filii apostatae, nolite contaminare sancti-
ficationem meam. 26 quoniam novit dominus omnes, qui de-
linquunt in illum. propterea tradidit eos in mortem et in
occisionem. 27 iam enim venerunt super orbem terrarum
mala, et manebitis in illis. non enim liberabit vos deus pro-
pter quod peccastis in eum.

28 ecce visio et horribilis, et facies illius ab oriente.
29 et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, et
sic flatus eorum a die itineris fertur super terram, ut etiam
timeant et trepident omnes, qui illos audient. 30 Carmonii
insanientes in ira, et exient ut apri de silva et advenient in
virtute magna et constabunt in pugnam cum illis et vastabunt
portionem terrae Assyriorum in dentibus suis. 31 et post haec
supervalescent dracones nativitatis memores suae, et si con-
verterint se conspirantes in virtute magna ad persequendos
eos, 32 et isti turbabuntur et silebunt in virtute illorum et

---

23. exiit c. Sg. v., et exiit T. D. — devorabit c. D., devoravit Sg. T. v. — 24. eis c. Sg. T. v., hiis D. — 25. parcam c. Sg. D. v., peccavi T. — apostatae edidi, apostate T., a potestate Sg. D. (aptāte) v. — 26. dominus c. Sg. D. v., deus T. — delinquunt c. Sg. D. v., derelinquunt T. — illum c. Sg. T. v., eum D. — eos c. Sg. T. v., illos D. — et in c. Sg. T. v., in D. — 27. liberabit c. T. D. v., liberauit Sg. (Z.). —

28. et horribilis c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., horribilis v. — illius c. Sg. T. v., illi D. — 29. curribus c. T. (turribus?) D. v., curris Sg. (Z.) — sic flatus eorum a die itineris fertur c. Sg. T. D., sicut flatus eorum numerus fertur v. — etiam scripsi, et iam Sg. (Z.), et T., iam D. v. — trepident c. D. v., crepident T., trepidentur Sg. (Z.). — 30. exient c. Sg. D. v., exigent T. — pugnam c. Sg. D. v., pugna T. — et vastabunt portionem terrae Assyriorum c. Sg. T. v., et porcionem terre vastabunt Assiriorum D. — in dentibus suis c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — 31. D. praem. III (i. e. cap. III). — supervalescent dracones c. T. D. v., supervalescet draco Sg. (Z.) — memores sue T. D., memores sui Sg. (Z.), suae memores v. — et si converterint c. Sg. (Z.) D., et convenerunt T., et convertent v. — persequendos eos c. Sg. T. v., eos persequendos D. — 32. et isti c. Sg. (Z.) D., isti T. v. — illorum c. Sg. T. v., eorum D. —

convertent pedes suos in fugam. [33] et a territorio Assyriorum subsessor obsidebit illos et consumet unum ex illis, et erit timor et tremor in exercitum illorum, et contentio in reges ipsorum.

[34] ecce nubes ab oriente et septentrione usque ad meridianum, et facies eorum horrida valde, plena irae et procellae. [35] et collident se invicem et effundent sidus copiosum super terram et sidus illorum, et erit sanguis a gladio usque ad ventrem equi [36] et sinum hominis et suffraginem cameli. et erit timor et tremor multus super terram, [37] et horrebunt qui videbunt iram illam, et tremor apprehendet illos. et post haec movebuntur nimbi copiosi [38] a meridiano et septentrione et portio alia ab occidente. [39] et superinvalescent venti ab oriente et recludent eam et nubem, quam suscitavit in ira, et sidus ad faciendam exterminationem ad orientalem, notum et occidentem violabitur. [40] et exaltabuntur nubes magnae

---

33. atterritorio Assiriorum D. — obsidebit c. Sg. D. v., obsedebit T. — illos c. Sg. (Z.)., eos T. D. v. — exercitum c. Sg. (Z.), exercitu T. D. v. — illorum c. Sg. T. v., eorum D. — contentio c. T. v., contencio D., constantia Sg. —

34. septentrione c. Sg. v., a septentrione T. D. ed. pr. — usque ad c. Sg. v., usque T. D. — eorum c. T. D., earum v., illorum Sg. (Z.). — valde c. Sg. D. v., om. T. — effundent (cf. v. 44) c. Sg. T. D., collident v. — sydus (bis) T. — equi c. Sg. T. D., om. v. — 36. sinum emendavi, fimus codd. et edd. — et suffraginem c. Sg., ad suffragmen D., ad fragmen T., usque ad substramen v. — trimor T. — 37. illos c. Sg. D. v., eos T. — movebuntur c. Sg. T. D., movebunt v. — nimbi c. Sg. D. v., spatium reliquit T. — 38. portio. A. de Gutschmid l. l. p. 4. coniecit, graece μέρος pro νέφος scriptum fuisse. — 39. eam c. T. D. v., eum Sg. (Z.) — quam c. Sg. D. v., quem T. — suscitavit c. Sg. (Z.) T. D. ed. pr., suscitavi v. — sydus T. — exterminationem c. D., exterricationem T., exterritationem v., exteritionem Sg. (Z.), extritionem suasit Roenschius. — ad orientalem c. D. v., ad orientale T., ab orientalem Sg. (Z.). — notum emendavi, natum Sg. (Z.) T. D., ventum v. — violabitur c. codd., violabit coniecit A. de Gutschmid l. l. respondet βιασθήσεται. — 40. valide et plene D., valide plene T., validae plenae v., ualida plena Sg. (Z.). — sydus T. — exterant c. Sg. (Z.) T, extereant D., exterreant v. — omnem ter-

et validae et plenae irae et sidus ut exterant omnem terram
et inhabitantes eam, et fundent super omnem locum altum
et eminentem sidus terribile. 41 ignem et grandinem et rom-
phaeas volantes et aquas multas, ut etiam impleantur omnes
campi et omnes rivi plenitudine aquarum illarum. 42 et de-
molient civitates et muros et montes et colles et ligna sil-
varum et foena pratorum et frumenta eorum. 43 et transibunt
constantes usque ad Babylonem et exterent eam. 44 convenient
ad ipsam et circuibunt eam et effundent sidus et omnem
iram super eam, et subibit pulvis et fumus usque in coelum,
et omnes in circuitu lugebunt eam. 45 et qui subremanserunt
servient his qui exterruerunt.

46 et tu Asia consors in specie Babylonis et gloria per-
sonae eius, 47 vae tibi, misera, propter quod assimilasti ei.
ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum et gloriandum
in amatoribus tuis, qui te cupierunt semper fornicari. 48 odi-
bilem imitata es in omnibus operibus eius et adinventionibus
eius. propterea dicit deus: 49 Immittam tibi mala: viduitatem,

---

ram et inhabitantes eam, et fundent super c. Sg. (Z. pr. m., fundet emend.) D. (infundet) v. (infundent), om. T. (propter homoeoteleuton) — locum c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — sydus T. — 41. rompheas D., rhomphaeas v., rumpheas Sg. (Z.) T. — illarum c. Sg. (Z.) T. D., multarum v. — 42. demolient c. Sg. (Z.), demolientur T. D. v. — fena Sg. (Z.), fenum T. D., foenum v. — 43. usque ad c. Sg. v., usque T. D. ed. pr. — sydus T. — 44. circuibunt c. Sg. T. v., circuibant D. — fumus c. Sg. T. v., humus D. — celum T. D. — lugebunt c. Sg. D. v., lugebant T. — 45. et qui c. Sg. T. v., et tunc qui D. — sub remanserunt Sg. (Z.), sub ea remanserunt D., sub ea remanserint T. v. — servient c. T. D. v., servientes Sg. — his c. Sg. v., hiis T., eis D. — exterruerunt c. Sg. v., eam exterruerunt T. D., exteruerunt suasit Roenschius. —

46. asya T. — consors c. Sg. D., concors T. v. — specie c. Sg., spem T. D. v. — Babilonis D. — 47. ornasti c. Sg. (Z.) D., et ornasti T. v. — te c. Sg. (Z.) T. D., tecum v. — 48. imitata c. Sg. T. v., mutata D. — adinventionibus (ἐπιτηδεύμασιν) edidi, ad inventionibus Sg. (Z.) T., in adinvencionibus D., in adinventionibus v. — 49. inmittam T. — famem c. Sg. D. v., famen T. — domus c. Sg. (Z.) T., domos D. v. — ad violationem et mortem c. Sg. (Z.), a violatione et morte T. D. v. —

paupertatem et famem et gladium et pestem ad devastandas
domus tuas ad violationem et mortem. et gloria virtutis tuae
50 sicut flos siccabitur, cum exsurget ardor, qui emissus est
super te. 51 infirmaberis ut paupera a plaga et mastigata
a vulneribus, ut non possint vos suscipere potentes et ama-
tores. 52 numquid ego sic zelabo te, dicit dominus, 53 nisi
occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percus-
sionem manuum et dehiscens super mortem eorum, cum
inebriata es? 54 exorna speciem vultus tui! 55 merces forni-
cariae in sinu tuo. propterea redditionem recipies. 56 sicut
facies electis meis, dicit dominus, sic faciet tibi deus et tra-
det te in malis. 57 et nati tui fame interient, et tu romphaea
cades, et civitates tuae conterentur, et omnes tui in campo
gladio cadent. 58 et qui sunt in montibus fame peribunt et
manducabunt carnes suas et sanguinem bibent a fame panis
et siti aquae. 59 infelix primaria, venies et rursum accipies
mala. 60 et in transitu allident civitatem otiosam et exterent

---

50. exurget T. D. — 51. infirmaberis c. Sg. (Z. emend.) T. v., et firmaberis Sg. (Z. pr. m.) — ut c. T. D. v., et Sg. — paupera a plaga c. Sg., pauper a plaga T., paupercula plagata v., pauper et D. — mastigata a vulneribus c. Sg., castigata a vulneribus D., castiga a mulieribus T., castigata a mulieribus v. — possint c. T. D. v., possit Sg. — vos c. Sg. T. D., te v. — 52. numquid c. Sg. T. D., nunquid v. — zelabo c. Sg. T. D. ed. pr., zelabor v. — 53. exaltans c. codd. et edd., exultans suasit Roenschius. — percussione D. ed. pr. — et dehiscens (καὶ καταχαίνουσα) emendavi, et dicens Sg. T. v., dicens D., edicens coniecit A. de Gutschmid l. l. p. 17, adiciens (adiiciens) coniecit Roenschius. — es c. Sg. T. D., esses v. — 54. voltus D. — 55. fornicarie in sinu tuo D., fornicare in sinu tuo T. fornicariae in sinus tuos Sg. (Z.), fornicationis in sinu tuo v. — proptera c. Sg. (Z.) D., propter T., propter hoc v. — recipies c. Sg. (Z.), accipies T. D. v. — 56. sicut facies c. Sg. T. v., sicut facis ed. pr., om. D. — electis meis c. T. D. v., electos meos Sg. (Z.) — faciet c. Sg. v., faciat T. D. — tradet c. Sg. v., tradat T. D. — malis c. Sg. (Z.), malum T. D. v. — 57. fame c. Sg. D. v., fatue T. — interient c. Sg. D. v., intereant T. — romphea D., rhomphaea v., rumphea Sg. (Z.) T. — 59. primaria c. Sg. T. D., per maria v. — rursum c. Sg. T. v., rursus D. — accipies c. Sg. T. v., recipies D. — 60. transitu c. Sg. (Z. emend.) T. D. v., transitum Sg. (Z. pr. m.). —

aliquam portionem terrae tuae et partem gloriae tuae exterminabunt rursum revertentes ad Babyloniam subversam.
[61] et
demolita eris illis pro stipula, et ipsi erunt tibi ignis.
[62] et
devorabunt te et civitates tuas, terram tuam et montes tuos, omnes silvas tuas et lignum fructiferum igni comburent.
[63] filios tuos captivos ducent et censum tuum praedam habebunt et gloriam faciei tuae exterminabunt.

XVI. [1] vae tibi, Babylon et Asia, vae tibi, Aegypte et
Syria! [2] praecingite vos saccis et ciliciis et plangite filios
vestros et dolete, quoniam appropinquavit contritio vestra.
[3] inmissus est vobis gladius, et quis est qui avertat illum?
[4] inmissus est in vobis ignis, et quis est, qui extinguat il-
lum? [5] inmissa sunt vobis mala, et quis est qui repellat ea?
[6] numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva aut ex-
tinguet ignem in stipula, mox quae coeperit ardere? [7] num-
quid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missam? [8] do-
minus fortis mittit mala, et quis est qui repellat ea? [9] exiet
ignis ex iracundia eius, et quis est, qui extinguat eum?

allident c. Sg. T. v. alides D. — otiosam c. Sg., ociosam T. D. ed. pr., occisam v. — exterent c. Sg. v., exterrent T. D. ed. pr. — Babyloniam c. T., babiloniam Sg. (Z.), Babilonem D., Babylonem v. — conversam ed. pr. — 61. demollita T. — 62. te et c. Sg. T. v., om. D. — terram tuam c. Sg. T. v., et terras tuas D. — omnes c. Sg. T. v., omnis D. — comburrent D. — 63. praedam c. Sg. (Z.), praeda T., preda D., in praedam v. —

XVI, 1. D praem. IIII (i. e. cap. IV). — Babilon D. — asya T. — egipte T. D. — Siria D. — 2. plangite c. Sg. T. v., plangite vos D. — contricio T. D. — 3. inmissus c. Sg. (Z. emend.) T., immissus D. v., missus Sg. (Z. pr. m.) — 4. inmissus c. Sg. (Z. emend.) T., immissus D. v., missus Sg. (Z. pr m.) — in vobis c. Sg. v., vobis T. D. — 5. inmissa c. Sg. (Z. emend.) T., immissa D. v., missa Sg. (Z. pr. m.). — 6. numquid c. Sg. (Z.) T. D., nunquid v. — repellit ed. pr. — extinguet c. Sg. D. v., extinguetur T. — stipula c. T. D. v., stipulam Sg. (Z.). — mox que Sg. (Z.), mox quo T. D., mox quando v. — ceperit T. D. — 7. numquid c. Sg. (Z.) T. D., nunquid v. — sagittario c. Sg. D. v., sagitario T. — forti missam c. Sg. T. v., fortissimam D. — 8. fortis c. T. D. v., deus Sg. (Z.) — mittit c. Sg. (Z.) T. D., immittit v. — 9. exiet c. Sg. (Z.) D., exiget T., exiit v. —

10 coruscabit, et quis non timebit? tonabit, et quis non pa-
vebit? 11 dominus comminabitur, et quis non funditus con-
teretur a facie ipsius? 12 terra tremuit et fundamenta eius,
mare fluctuat de profundo, et fluctus eius disturbabuntur et
pisces eius a facie domini et a gloria virtutis eius. 13 quo-
niam fortis dextera eius, quae arcum tendit. sagittae eius
acutae, quae ab ipso mittuntur, non deficient cum coeperint
mitti in fines terrae. 14 ecce mittuntur mala et non rever-
tentur, donec venient super terram. 15 ignis succenditur et
non extinguetur, donec consumat fundamenta terrae. 16 quem-
admodum non redit sagitta missa a sagittario valido, sic non
revertentur mala, quae missa fuerint in terram. 17 vae mihi,
vae mihi! quis me liberabit in illis diebus? 18 initium dolo-
rum et multi gemitus, initium famis et multi interient, ini-
tium bellorum et formidabunt potestates, initium malorum et
trepidabunt omnes. 19 in his quid facient, cum venerint mala?
20 ecce fames et plaga et tribulatio et angustia! missa sunt
flagella in emendatione. 21 et in his omnibus se non con-
vertent ab iniquitatibus suis neque flagellorum memores erunt
semper. 22 ecce erit annonae vilitas super terram, sicut pu-
tent sibi esse directam pacem. et tunc germinabunt mala su-
per terram, gladius, fames et magna confusio. 23 a fame

10. coruscabit c. Sg. v., choruscabit T. ed. pr., corruscabit D. — pavebit c. T. D. v., surgebit Sg. — 11. cominabitur D. — funditus c. Sg. T. v., confuditus D. — conteretur c. T. D. v., conteritur Sg. (Z.). — 12. fluctuat c. Sg. v., fluctuatur T. D. — 13. sagittae Sg. v., sagitte D, et sagitte T., sagitta ed. pr. — ceperint T. D. — 14. revertentur c. Sg. v., revertuntur D., convertentur T. — venient c. Sg. (Z.) T., veniant D. v. — 15. consumat c. Sg. D. v., confundat T. — 16. sagittario valido c. Sg. (Z) T. D., valido sagittario v. — sicut non ed. pr. — revertentur c. Sg. D. v., revertetur T. — quae c. Sg. D. v., n̄ T. — 17. ve (bis) T. — illis diebus c. Sg. D. v., diebus illis T. — 18. inicium (quater) T. D. — interient c. Sg. (Z.) T. D., interitus v. — omnis D. — 19. hiis T. D. — quid c. Sg. (Z. pr. m.) T. D. v., que Sg. (Z. (emend.) — facient c. D., faciam v., fecerint Sg. T. — 21. hiis T. D. — 22. sicut (ὡσὰν) scripsi, sic ut codd. et edd. — putaent T. — sibi esse directam c. Sg. v., sibi directam esse T., directam sibi D. — germinabunt c. codd. et edd., germinabuntur coniecit A. de Gutschmid l. l. p. 20. — 23. ceteros T. D. — qui superaverint c. Sg. T. v., que superaverunt D. —

enim plurimi, qui inhabitant terram, interient, et gladius perdet ceteros, qui superaverint a fame, [24]et mortui tamquam stercora proiicientur, et non erit qui consoletur eos. derelinquetur enim terra deserta, et civitates eius deiicientur. [25]non derelinquetur qui colat terram, et qui seminet eam. [26]ligna dabunt fructus, et quis vindemiabit illa? [27]uva matura fiet, et quis calcabit illam? erit enim in locis magna desertio. [28]cupiet enim homo hominem videre vel vocem eius audire. [29]relinquentur enim de civitate X, et duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus et fissuris petrarum. [30]quemadmodum relinquentur in oliveto et singulis arboribus tres aut quatuor olivae, [31]aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquentur ab his, qui diligenter vineam scrutantur, [32]sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus domus eorum in romphaea. [33]et relinquetur deserta terra, et agri eius inveterabunt, et viae eius et omnes semitae eius germinabunt spinas, eo quod non transient homines per eam. [34]lugebunt virgines non habentes sponsos,

24. tamquam c. Sg. (Z.), sicut T. D. v. — prohicientur T., proicientur D. — derelinquetur enim terra deserta, et civitates eius deiicientur c. Sg. D. (eicientur) v., om. T. — 25. non c. Sg. D. v., om. T. — derelinquetur c. Sg. D. v., derelinquentur T. — colat c. Sg. D. v., colunt T. — seminet c. Sg. D. v., seminat T. — 26. dabunt c. Sg. T. v., dabit D. — fructus c. Sg. T. v., fructum D. — 27. fiet c. Sg. T. v., erit D. — calcabit c. Sg. v., conculcabit T. D. — in locis c. Sg. (Z. emend.), locis Sg. (Z. pr. m.) T. D. v. — desercio D. — 29. ·X· T. D., decem v. — absconderint c. Sg. T. v., absconderunt D. — nemoribus c. Sg. D. v., nemeribus T. — fissuris c. Sg. (Z.), scissuris T. D. v. — 30. relinquentur c. Sg. (Z.), derelinquentur D., derelinquuntur T. v. — et singulis c. Sg. v., in singulis T. D. — 31. relinquentur c. Sg. (Z.), derelinquuntur T. v., derelinquentur D. — hiis T. — 32. sic relinquentur c. Sg. D. v., si relinquuntur T. — ·IIII·or T. — ab scrutantibus c Sg. v., obscrutantibus T., a scrutantibus D. — domus c. Sg. (Z.) T. D., domos v. — romphea D., rhomphaea v., rumphea Sg. (Z.) T. — 33. relinquetur c. Sg. D. v., relinquitur T. — deserta terra c. Sg. (Z.) T. D., terra deserta v. — inveterabunt c. Sg. (Z. emend.) v., inveteraverunt Sg. (Z. pr. m.) T. D. — semitte D. — germinabunt spinas c. Sg. T. v., spinas germinabunt D. homines c. T. D. v., oves Sg. —

lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiae earum
non habentes adiutorium. 35 sponsi earum in bello consu-
mentur, et viri earum in fame exterentur.

36 audite vero ista et cognoscite ea, servi domini! 37 ecce
verbum domini, excipite eum! ne diis credatis, de quibus Jes.
dicit dominus: 38 Ecce appropinquant mala et non tardan- XIII,
tur. 39 quemadmodum praegnans cum parit in nono mense 22.
filium suum, appropinquante hora partus eius, ante horas duas
vel tres gementes dolores circum ventrem eius, et prodiente
infante de ventre non tardabit uno puncto: 40 sic non mora-
buntur mala ad prodeundum super terram, et saeculum ge-
met, et dolores circumtenent illum. 41 audite verbum, plebs
mea! parate vos in pugnam et in malis sic estote quasi ad- Ebr. XI, 13.
venae terrae 42 qui vendet, quasi qui fugiet, et qui emit, 1 Cor.
quasi qui perditurus. 43 qui mercatur, quasi qui fructum VII,
non capiat, et qui aedificat, quasi non habitaturus. 44 qui 29 sq.
seminat, quasi qui non metat, sic et qui putat, quasi non
vindemiaturus; 45 qui nubunt, sic quasi filios non facturi,
et qui non nubunt, sic quasi vidui, 46 propter quod qui la-
borant sine causa laborant. 47 fructus enim illorum alieni-
genae metent et substantiam illorum rapient et domos ever-
tent et filios eorum captivabunt, quia in captivitate et fame

---

35. earum c. Sg. T, D. (emend.) v., eorum D. (pr. m.) — consumentur c. Sg. D. v., consumentur T. —

36. D. praem. V (i. e. cap. V). — 37. eum (i. e. τὸν λόγον) c. Sg. (Z.) T., illud D. v. — 38. tardantur c. Sg. (Z.), tardant T. D. v. — 39. cum parit c. T. D. v., om. Sg. — gementes c. Sg. T. D., om. v. — circum c. Sg., circumiens T., circueunt D., circumeunt v. — prodiente c. Sg., prodeunte T. D. v. — tardabit c. Sg. (Z.), tardabunt T. D. v. — 40. morabimur ed. pr. — seculum T. D. — circumtenent illum (τὸν αἰῶνα) c. Sg. (Z.), circumtenebunt illud T. D. v. — 42. vendet c. Sg. (Z.), vendit T. D. v. — qui fugiet c. Sg. (Z.), cum fugiet T., qui fugiat D. v. — 43. habitaturus c. Sg. T. v., habiturus D. ed. pr. — 44. metat c. Sg. (Z. vel: metiat) D., metet T. v. — putat (κλαδεύων sec. Roenschium) c. Sg. (Z.) D., potat T., vineam putat v. — filios non facturi, et qui non nubunt, sic quasi c. Sg. D. v., om. T. (propter homoeotoleuton). — 47. rapient c. Sg. D. v., rapiet T. — generant c. Sg. T. v., genuerunt D. —

generant natos suos. [48]et qui negotiantur in rapina, quam-
diu exornant civitates et domos suas et possessiones et per-
sonas suas, [49]tanto magis zelabo eos super peccata sua, dicit
dominus. [50]quomodo zelatur fornicariam mulierem idonea
et bona valde, [51]sic zelabitur iustitia iniquitatem, cum exor-
nat se, et accusat eam in faciem, cum venerit qui defendat
exquirentem omne peccatum super terram. [52]propterea nolite
similari ei nec operibus eius. [53]quoniam ecce adhuc pusil-
lum, et tolletur iniquitas a terra, et iustitia regnabit in vos.
Prov. XXV, 22. [54]non dicat peccator non se peccasse. quoniam carbones
ignis comburet super caput eius qui dicit: Non peccavi co-
Rom. XII, 20. ram domino et gloria ipsius. [55]ecce dominus cognoscet omnia
opera hominum et adinventiones illorum et cogitationes illo-
Gen. I, 1. rum et corda illorum. [56]dixit enim: „Fiat terra", et facta
est, „Fiat coelum", et factum est. [57]et in verbo illius stel-
lae fundatae sunt, et novit numerum stellarum. [58]qui scru-

---

48. negociantur T. D. — rapina c. Sg. D. v., rapinis T. — quamdiu c. Sg. (Z.) D. (quam diu), quantum diu T. v. — 49. zelabo c. Sg. (Z. emend.), zelabor T. (ubi syllaba ze a seriori manu addita est in spatio ampliori relicto), adzelabor Sg. (Z. pr. m. adzelabor) D. v. — sua c. T. D. v., om. Sg. (Z.). — 50. fornicariam c. Sg. (Z.), fornicaria T. D. v. — idonea et bona c. Sg. (Z.), ydoneam et bona T., ydoneam et bonam D., idoneam et bonam v. — 51. iusticia D. — iniquitatem c. Sg. T. v., in ēniquitate D. - faciem c. Sg. (Z.) D., facie T. v. — 52. ei c. T. D. v., eam Sg. (Z.). — 53. ecce c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — a terra c. Sg. T. v., de terra D. — iusticia T. D. — vos c. T. D. v., nos Sg. (Z.). — 54. non se c. Sg. (Z.), se non T. D. v. — quoniam c. Sg. D. v., qui T. — caput c. Sg. D. v., capite T. — domino c. Sg. (Z.), deo T. D., domino deo v. — ipsius c. Sg. T. v., eius D. — 55. dominus c. Sg. D. v., om. T. — omnia opera c. T. D. v., omnes operas Sg. (Z.). — hominum c. D. v., hominem T., hominis Sg. (Z.). — adinventiones illorum c. Sg. D. (adinvenciones) v., adinventiones ipsorum T. — cogitationes c. T. v., cogittaciones D., cogitatam Sg. (Z.). — 56. dixit enim c. v., et dixit enim D., om. Sg. (Z.) T. — celum T. D. — 58. scrutatur c. T. D. v., scrutat Sg. (Z.) — abyssos emendavi (cf. sequens: illarum), abissus D., abyssum Sg. T. v. — thesauros c. Sg. D. v., thesaurorum T. — illarum c. Sg. T. v., illorum D. — metitus c. Sg. (Z.) T. D, mensus v. — et conceptum eius c. Sg. D. (sec. m.) v., et conceptus eius D. (pr. m.), om. T. —

tatur abyssos et thesauros illarum, qui metitus est mare et
conceptum eius; 59 qui conclusit mare in medio aquarum et
suspendit terram super aquam verbo suo; 60 qui extendit coe- Jes. XL, 22.
lum quasi cameram et super aquas fundavit eum; 61 qui po-
suit in deserto fontes aquarum et super vertices montium
lacus ad emittendum flumina ab eminenti, ut potaret terra;
62 qui iunxit hominem et posuit cor suum in medio corporis
et misit ei spiritum et vitam et intellectum 63 et spiramentum
dei omnipotentis, qui fecit omnia et scrutinat omnia absconsa
in absconsis terrae: 64 hic novit adinventionem vestram et
quae cogitatis in cordibus vestris. vae peccantibus et volenti-
bus occultare peccata sua! 65 propter quod dominus scruti-
nando scrutinabit omnia opera eorum et traducet vos omnes.
66 et vos confusi eritis, cum processerint peccata vestra coram
hominibus, et iniquitates erunt, quae accusatores stabunt in
die illo. 67 quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata
vestra coram deo et angelis eius? 68 ecce iudex deus. timete

---

59. qui conclusit mare c. Sg. T. v, om. T. (propter homoeoteleuton) — aquam c. Sg. (Z.) T. D., aquas v. — 60. Ambrosius epi. 29. Tom. II. col. 909 ed. Bened. (vel: in Jes. c. LII, Tom. II. p. 524 E. ed. Colon.): non utique de hoc tecto (Luc. XVII, 36) dixit, sed de illo: Extendit coelum sicut cameram. — celum T. D. — quasi cameram c. Sg. D. v. (cf. Ambros.), super aquam camera T. — et super c. Sg. (Z.) T. D., super v. — eum (αὐτόν, i. e. τὸν οὐρανόν) c. Sg. T. v., illud D. — 61. vertices c. Sg. (Z.) T. D., verticem v. — emitendum T. — eminenti c. Sg. T. D., eminenti petra v. — potaret c. D. v., portaret Sg. T. — terra c. Sg. T. D., terram v. — 62. iunxit c. T., uinxit Sg. (Z.) D., finxit v. — suum c. T. D. v., om. Sg. (Z.) — et vitam c. Sg. (Z.) T. D., vitam v. — 63. spiramentum c. Sg. (Z.), spiramen T. D. v. — scrutinat c. Sg. D. v., scrutat T. — omnia absconsa c. T. v., absconsa omnia D., absconsa Sg. (Z.). — terrae c. v., terre T. D., certa Sg. — 64. adinvencionem D. — cogittatis D. — vae peccantibus et volentibus c. Sg. T. (ve) D. (ve), peccantes et volentes v. — sua c. Sg. T. D., vestra v. — 65. scrutinabit c. Sg. (Z. emend.), scrutinavit Sg. (Z. pr. m.) T. D. (scrutina') v. — eorum c. Sg. (Z.) T. D., vestra v. — traducet = ἐλέγξει sec. Roenschium. — 66. processerint c. Sg. T. v., processesserint D. — erunt c. T. D. v., erint Sg. (Z.). — 67. aut c. Sg. D. v., et T. — 68. et obliviscimini iniquitates vestras c. Sg. (Z. emend.),

eum! desinite a peccatis vestris et obliviscimini iniquitates vestras iam agere eas sempiterno, et dominus educabit vos et liberabit de omni tribulatione. [69] ecce enim incenditur ardor super vos turbae copiosae, et rapient quosdam ex vobis et cibabunt idolis occisam. [70] et qui consenserint eis, erunt illis in derisum et in improperium et in conculcationem. [71] erit enim locis locus et in vicinas civitates exsurrectio multa super timentes dominum. [72] erunt quasi insani nemini parcentes ad diripiendum et devastandum adhuc timentes dominum. [73] quia devastabunt et diripient substantias eorum
1 Petr. et de domo sua eos eiicient. [74] tunc parebit probatio electo-
1, 7. rum meorum, ut aurum quod probatur ab igne. [75] audite, electi mei, dicit dominus. ecce adsunt dies tribulationis, et de his liberabo vos. [76] ne timeatis nec haesitetis, quoniam deus dux vester est [77] et qui servant mandata et praecepta

---

et obliviscemini iniquitates vestras Sg. (Z. pr. m.), et obliviscamini iniquitates vestras D. v., om. T. — sempiterno c. Sg. (Z.), in sempiterno T. D. v. — dominus c. Sg., deus T. D. v. — educabit c. Sg. (T. emendato? nam emendatus est, sed legi nequit), educavit T. (pr. m.) D., educet v. — liberabit c. Sg. T. (emendato a manu seriori) v., liberavit T. (pr. m.), liberat D. — 69. ardor super vos c. Sg. T. v., super vos ardor D. — idolis c. Sg. v., ydolis D., ydolos T. — occisam c. Sg. (Z.), occisos T. D. v. — 70. consenserint c. Sg. T. v., consenserunt D. — in improperium c. Sg. v., inproperium T., improperium D. — in conculcationem c. Sg. D. (conculcacionem) v., conculcationem T. — 71. locis locus. fort. τόποις τόπος pro: τόποις τύπος, ἔσται γὰρ χώρα ὡς χώρα coniecit A. de Gutschmid l. l. p. 21. — exsurrectio c. Sg. T. v., resurreccio D. — 72. erunt c. Sg. T. v., erunt enim D. — nemini c. T. D. v., neminem Sg. (Z.) — dirripiendum D. — 73. dirripient D., deripient ed. pr. — eorum c. Sg. (Z.) D., om. T. v. — domo sua c. Sg. (Z. emend.), domos suas Sg. (Z. pr. m.), domibus suis v., omnibus suis D. — eicient T. D. — 74. parebit c. Sg. T. v., patebit D. — ellectorum D. — meorum c. Sg. D. v., eorum T. — 75. electi c. Sg. (Z.), ellecti D., dilecti T. v. — dominus c. Sg. T. v., dominus deus D. — assunt T. D. — hiis T. — 76. haesitetis c. v., esitetis T., hesitetis D., esitemini Sg. (Z.). — 77. et c. Sg. v., et eorum D., om. T. — servant c. D., servat Sg. T. v. — mandata c. Sg. T. v., mandata mea D. — deus c. Sg. T. v., om. D. — nec c. Sg. (Z.) D., ne T. v. —

mea, dicit dominus deus. ne praeponderent vos peccata vestra, nec superelevent se iniquitates vestrae! 78 vae, qui constringuntur a peccatis suis et obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur a silva, et spinis tegitur semita eius, per quam non transit homo, et excluditur et mittitur ad devorationem ignis.

Adnotationes

ad Ezrae prophetae librum II.

I, 1—3. Ezrae genealogiae, quae in canonico Ezrae libro VII, 1 sq. (in graeco VIII, 1 sq.) et 1 Chron. V, 29 sq. (VI, 1 sq.) referuntur, infeliciter completae sunt, inter Amariam et Achitobum ex 1 Regg. (Sam.) I, 3 sq., XIV, 3 sq. additis sacerdotibus Heli, Phinees, Achis, cf. A. de Gutschmid l. l. p. 26. nonnulla nomina mire corrupta sunt. — I, 1. Ezrae prophetae. titulo ὁ ἱερεὺς inscripti sunt Ezra graecus (I vel III), etiam Ezra canonicus (II), cf. Ezr. VII, 11. X, 10. 16. Neem. VIII, 2. 9. XII, 26. — Sarei, Σαραίου, cf. Ezr. VII, 1 sq. 2 (4) Regg. XXV, 18. 1 Chron. V, 40 (VI, 14). — Azarie, Ἀζαρίου, cf. Ezr. VII, 1 (Ezr. gr. VIII, 1). 1 Chron. V, 39 (VI, 13. 14). — Helchiae, Χελκίου, cf. l. l. — Salame respondet Σελούμ, Σελλούμ Ezr. VII, 2 vel Σαλώμ 1 Chron. V, 38. 39 (VI, 12. 13), Σάλημος Ezr. gr. VIII, 1. — Sadoch, Σαδώκ 1 Chron. V, 38 (VI, 12), Σαδδούκ Ezr. VII, 2, Σάδδουκος Ezr. gr. VIII, 2. — Achitob, Ἀχιτώβ Ezr. VII, 2. Ezr. gr. VIII, 2. 1 Chron. V, 37. 38 (VI, 11. 12). —

2. Achiae, Ἀχιά 1 Regg. (Sam.) XIV, 3. 18. — Phinees, Φινεές 1 Regg. (Sam.) I, 3 al. — Heli, Ἡλί, cf. l. l. - Amariae, Ἀμαρίου Ezr. gr. VIII, 2. 1 Chron. V, 37 (VI, 11), Σαμαρίας Ezr. VII, 3. — Aziel, Ἐζριά Ezr. VII, 3, Ἀζαρίας 1 Chron. V, 35 (VI, 11), Ὀζίας Ezr. gr. VIII, 2. — Marimoth, Μαραιώθ Ezr. VIII, 3. 1 Chron. V, 32. 33 (VI, 6. 7, vel Μαριήλ), Μαρερώθ Ezr. gr. VIII, 2 cod. Al. — Arna, respondet Ζαραΐας Ezr. VII, 4. Ezr. gr. VIII, 2 cod. Al. Ἀμαρίας (Ἀμαρία) Ezr. gr. VIII, 2. 1 Chron. V, 33 (VI, 11). — Oziae, Ὀζίου Ezr. VII, 4. Ezr. gr. VIII, 2, Ὀζί 1 Chron. V, 31. 32 (VI, 5. 6). — Borith, Βοκκὶ Ezr. VII, 4. Ezr. gr. VIII, 2, Βωκί 1 Chron. V, 31 (VI, 5). — Abissei, Ἀβισουέ Ezr. VII, 5, Ἀβισού 1 Chron. V, 30. 31 (VI, 4. 5). — Phinees, Φινεές Ezr. VII, 5. Ezr. gr. VIII, 2. 1 Chron. V, 30 (VI, 4). — Eleazar, Ἐλεάζαρ Ezr. VII, 5. Ezr. gr. VIII, 2. 1 Chron. V, 29. 30 (VI, 3. 4). —

---

78. ve T. — semita (cf. v. 33) c. T. D. v., semina Sg. (Z. pr. m.), semen Sg. (Z. emend.) — quam c. T. D. v., quem Sg. (Z.). — ignis. Sg. (Z.) add.: Explicit liber Ezrae quintus, D.: Expliciunt libri Esdre. —

3. cf. Ezr. VII, 1. Ezr. gr. VIII, 1. Dan. VI, 1 (V, 31) *καὶ Ἀρταξέρξης ὁ τῶν Μήδων παρέλαβε τὴν βασιλείαν.* —

6. sacrificaverunt diis alienis. cf. Jerem. III, 13. V, 19. VII, 9. 18. Hos. III, 1. —

11. et in oriente provinciarum duarum populos Tyri et Sidonis dissipavi. haec Pseudo-Ezras christianus asseruit, ipse occidentalis, cf. A. de Gutschmid l. l. p. 24. idem vir sagacissimus l. l. p. 27 sq. haec ad seriora tempora Romani imperii referre voluit. qua in re assentiri non possum. iam Jesaias XXIII et Ezech. XXVI sq. Tyri excidium vaticinati sunt, quam urbem Alexander M. 332 a. Chr. expugnavit et delevit. Sidonem delevit Artaxerxes III. Ochus (cf. Diodor. Sic. XVI, 43 sq.). iam haec excidia post illam aetatem, qua Ezra vixit, acciderunt. itaque non subsisto in illa aetate, quam Gutschmidius definivit: „Die phönikischen Küstenstädte, vorzüglich aber Tyrus, waren in der Kaiserzeit nächst den Aegyptern die erbittertsten Feinde der Juden (Joseph. c. Apion. I, 13, vgl. bell. iud. II, 8, 5); ihr Untergang war als ein grosses Glück für die letzteren anzusehen. Ein Christ konnte unter der Maske eines alttestamentlichen Sehers an eine Katastrophe, welche diese Städte in neuester Zeit betroffen hatte, als an eine letzte von Gott den Juden erwiesene Wohlthat erinnern, welche diese hätte ermahnen sollen, Busse zu thun und sich zu bekehren. Tyrus wurde von Pescennius Niger zur Strafe für seinen Abfall ausgemordet, geplündert und verbrannt 194 v. Chr. (Tillemont Hist. d. emp. III, 50). Der Verfall Sidon's knüpft sich nicht an eine bestimmte Zeit und fällt in eine frühere Zeit. Die Serie seiner autonomen Münzen endigt mit dem J. 120 n. Chr. (Eckhel D. N. V, III, 367), und damit hängt es ohne Zweifel zusammen, dass Tryrus durch Hadrianus den Titel einer Metropolis von Phönikien erhielt (Suid. s. v. *Παῦλος Τύριος*); zur Zeit des Pescennius Niger war nicht mehr Sidon, sondern Berytos die Rivalin von Tyros (Herodian. III, 3). Ist diese Bezeichnung richtig, so muss dieser Theil des Esra-Buchs zu einer Zeit verfasst sein, wo das Unglück von Tyros noch in Aller Erinnerung war." equidem monuerim, Tyrum et Sidonem praecipuas Palaestinae Israelitis traditae urbes significare, et addo, has urbes tamquam impietate insignes coniungi Matth. XI, 21. 22. Luc. X, 13. 14. —

19. 20. cf. Clem. Recogn. I, 35: populus, qui X plagis percussam viderat Aegyptum et disruptum mare ac pedibus digressum, manna quoque sibi pro pane coelitus datum et ex sequenti petra poculum ministratum (quae species sibi per virtutem Dei, in quem quisque desiderasset, verteretur saporem), cumque sub plaga coeli ardentiore positi, ne aestibus coquerentur, nube obumbrabantur in die, nocte vero columna ignis illuminabantur, ne ad eremi vastitatem horror quoque accederet tenebrarum etc. —

26. et pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. cf. Jes. LIX, 7 οἱ δὲ πόδες αὐτῶν ἐπὶ πονηρίαν τρέχουσιν, ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα ἀναίτιον. Prov. I, 16 cod. Alex. οἱ γὰρ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι καὶ ταχινοὶ τοῦ ἐκχέαι αἷμα. Rom. III, 15 ὀξεῖς οἱ πόδες ὑμῶν τοῦ ἐκχέαι αἷμα. —

38. frater. cf. Matth. XXVIII, 10. Joan. XX, 17. Rom. VIII, 29. Ebr. II, 11. 12. — populum meum venientem ab oriente. cf. Matth. VIII, 11 πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσιν. quod occidens ab hoc Pseudo-Ezra omittitur, eum in occidente scripsisse probat. —

39. ducatum, τὴν ἡγεμονίαν. —

39. 40. Abraham, Isaac et Jacob. adduntur XII prophetae minores secundum ordinem LXX interpretum. —

II, 2. mater quae eos generavit, i. e. Sion vel Jerusalem (cf. v. 5. 17. 25. 30). —

2. 3. Roenschius contulit Baruch IV, 11. 12: ἔθρεψα γὰρ αὐτοὺς μετ' εὐφροσύνης, ἐξαπέστειλα δὲ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ πένθους. μηδεὶς ἐπιχαιρέτω μοι τῇ χήρᾳ καὶ καταληφθείσῃ ὑπὸ πολλῶν κτλ. —

5. ego autem te, pater, testem invoco super (ἐπὶ) matrem filiorum. haec filium Dei vel Christum loqui docent (cf. v. 32). —

8. vae tibi, Assur, qui abscondis iniquos penes te. in Assyriam maxima Israelitarum pars iam ante Hierosolymorm excidium et ante Ezram deducta est. itaque A. de Gutschmid l. l. p. 27 sq. Assur bene interpretatus est Syriam (cf. XV, 30. 33). ceterum Assyria etiam Babyloniam significare videtur, ubi Judaei exsules non solum veri Ezrae, sed etiam huius Pseudo-Ezrae aetate habitabant. de Babylonico exilio Sibylla (Orac. Sibyll. III, 268) ad Judaeos loquitur: ἀχθήσῃ δὲ πρὸς Ἀσσυρίους. Assyria apud veteres scriptores (Herodot. I, 178, cf. 106. Strabon. XVI, 736. Ammian. Marcell. XXIII, 20) Babyloniam comprehendit, ipsam Mesopotamiam (Arrian. Alex. VII, 21, 2. Ammian. Marcell. XXIII, 29). Babylonia, ubi Judaei etiam post Hierosolyma iterum diruta habitabant, adeo terra Israel appellabatur, cf. H. Graetz, Geschichte der Juden. Vol. IV. ed. II. Lips. 1866. p. 271 sq. Gutschmidius haec ad Judaeos contra Severum imperatorem rebelles retulit et scripta esse censuit a. 201 p. Chr., quum Severus e bello Parthico reversus Judaeos punire studebat. mihi quidem etiam serior aetas convenire videtur. —

16. et resuscitabo mortuos de locis suis et de monumentis educam illos cf. Jes. XXVI, 19 sq. Ezech. XXXVII, 12. 13, etiam Clementis Rom. epi. I, 50 p. 53, 4—7. —

18. arbores XII gravatas variis fructibus. cf. Apocal. Joan. XXII, 2, etiam Ezech. XLVII, 12. —

19. et montes inmensos VII. cf. Enoch. XXIV, 2 sq. —

33. ego Ezras praeceptum accepi in monte Oreb. Ezras alter Moses legisque restitutor. —

40. candidatos tuos, cf. Hermae Pastor. Sim. VIII, 2. p. 102, 16 sq. *ἱματισμὸν δὲ τὸν αὐτὸν πάντες εἶχον λευκὸν ὡσεὶ χιόνα, οἱ πορευόμενοι εἰς τὸν πύργον.* —

43. et in medio eorum erat iuvenis statura excelsus eminentior omnibus illis. cf. Hermae Past. Sim. IX, 6. p. 118, 10 sq. *καὶ ἰδοὺ μετὰ μικρὸν βλέπω παράταξιν πολλῶν ἀνδρῶν ἐρχομένων, καὶ εἰς τὸ μέσον ἀνήρ τις ὑψηλὸς τῷ μεγέθει, ὥστε τὸν πύργον ὑπερέχειν.* — et singulis eorum capitibus inponebat coronas. cf. Hermae Pastor. Sim. VIII, 2 p. 102, 8 *ἐκέλευσε δὲ ὁ ἄγγελος κυρίου στεφάνους ἐνεχθῆναι. καὶ ἠνέχθησαν στέφανοι ὡσεὶ ἐκ φοινίκων γεγονότες, καὶ ἐστεφάνωσε τοὺς ἄνδρας κτλ.*

45. Hi sunt, qui mortalem tunicam deposuerunt et inmortalem sumpserunt et confessi sunt nomen Dei. modo coronantur et accipiunt palmas. cf. Hermae Past. Sim. VIII, 3. p 104, 17 sq. *Τίνες οὖν, φημί, κύριε, εἰσὶν οἱ ἐστεφανωμένοι καὶ εἰς τὸν πύργον ὑπάγοντες; Οὗτοί εἰσιν οἱ ὑπὲρ τοῦ νόμου παθόντες.* Apocal. Joan. VII, 9 *καὶ φοίνικες ταῖς χερσὶν αὐτῶν.* —

49. Ezras iubetur adnuntiare populo Dei, qualia et quanta mirabilia Dei viderit. cohaerent quae XV, 1 sequuntur: ecce loquere in aures plebis meae etc. sed mirabilia dei, quae Ezras vidit, ad antiquiorem eiusdem prophetiam referebantur. itaque haec inserta est. —

XV, 10. ecce populos meus quasi grex ad occisionem ducitur. persecutio Christianorum, cf. v. 22. — in terra Aegypti. licet quidem Aegyptum translate intellegere tamquam terram servitutis populi Dei, sed ipsam Aegyptum sequentia innuunt. ibi Christianos vexatos esse Macriano fere imperitante (261 p. C.), testis est Dionysius Alexandrinus apud Eusebium H. E. VII, 22, 4. —

11. percutiam Aegyptum plaga sicut prius et corrumpam omnem terram eius. A. de Gutschmid l. l. p. 5 monuit, in Aegypto contra Gallienum (261—268 p. C.) rebellasse Macrianum cum duobus filiis Macriano et Quieto (a. 261. 262). quibus devictis statim Aemilianum (262. 263 fortasse usque ad a. 264 ineuntem) Aegypto potitum esse. tum Brucheion, Alexandriae pars, a Romanis expugnabatur, teste Eusebio Hist. eccl. VII, 32, 7 sq. Gallieno interfecto a. 268. Domitianus in Aegypto imperium usurpavit, a. 270 Zenobia Aegyptum sibi subiecit. tumultus Alexandrinos a. 261. 262 Dionysius Alexandrinus apud Euseb. H. E. VII, 21. 22 descripsit. —

19. propter famem panis. cf. Euseb. H. E. VII, 32, 8 sq. —

25. filii apostatae, *οἱ υἱοὶ τοῦ ἀποστάτου*, i. e. diaboli. —

28—33. A. de Gutschmid l. l. p. 2. sq.: „Hier wird ein Kampf zwischen Arabern und Carmoniern in Assyrien geschildert, und zwar

so detaillirt, dass eine wirkliche Prophezeiung künftiger Dinge nicht wohl anzunehmen ist; gesetzt aber selbst, es läge eine solche hier vor, so mussten doch die politischen Verhältnisse der Art sein, dass der Gedanke an einen solchen Kampf nahe lag. Nun aber sind die Araber vor den Zeiten des Islams nur ein einziges Mal erobernd über die Grenzen Arabiens vorgedrungen und in die Nähe Assyriens gekommen, nämlich zur Zeit des palmyrenischen Reichs. Odänathos, der Gründer desselben, bekleidete zugleich die Würde eines Decurio in Palmyra und die eines Fürsten der mit den Römern verbündeten arabischen Nomadenstämme (Lenain de Tillemont, Histoire des Empereuss III, 958); er selbst war ein Araber, und Araber bildeten die Hauptmacht seines Reichs." p. 10 sq.: „Carmonii ist kein Volksname, und es ist dafür mit einer sehr leichten Aenderung Carmani herzustellen, wie Lücke S. 185 (Caramanii) richtig gethan hat. Karmanien war damals im Besitze der Sassaniden, deren erste Eroberung dieses Land war, es gehörte ihnen schon vor dem völligen Sturze der Arsakiden. Karmanien kann also nur eine Bezeichnung der Sassaniden nach einem der Ursitze ihrer Macht sein. — Nach der Gefangennahme Valerian's überschwemmten die Perser unter ihrem Könige Sapores (a. 260) den ganzen Orient; sie eroberten Mesopotamien und durchzogen verheerend Syrien und Kilikien. Hier fiel Tarsos in ihre Hände; als sie aber Pompejopolis belagerten, schlug sie der römische Feldherr Ballista auf's Haupt und rieb bei Sebaste und Korykos andre persische Heerhaufen auf. Im Einverständniss mit Ballista erhob sich jetzt [a. 261] auch Odänathos von Palmyra, von Sapores beleidigt, gegen die Perser, so dass diese den Rückzug antreten mussten. In der Euphratensis (Kommagene) überfiel sie Odänathos und brachte ihnen eine totale Niederlage bei, wodurch Sapores in solche Bedrängniss kam, dass er sich von der römischen Besatzung in Edessa mit einer Geldsumme den ungehinderten Abzug erkaufen musste; sein Harem fiel dem Ballista oder dem Odänathos in die Hände. — Nach den Erfolgen über Sapores überschritt Odänathos die persische Grenze, eroberte Karrä und Nisibis, bemächtigte sich ganz Mesopotamiens und belagerte sogar Ktesiphon, kehrte aber wegen des Umsichgreifens des Macrianus um. Als Odänathos wieder in Syrien ankam, war Macrianus bereits nach Europa abgegangen (Anfang 262); Odänathos tödtete seinen jüngern Sohn Quietus und nahm Emesa in Besitz. Gallienus erkannte ihn 264 als Kaiser des Orients an, und Odänathos ergriff von Neuem die Offensive gegen die Perser und eroberte diesmal sogar Ktesiphon. Die Verheerungen der Gothen riefen ihn nach Kleinasien, er eilte durch Kappadokien nach Herakleia, traf aber die Feinde nicht mehr an und wurde unmittelbar darauf in Emesa mit seinem ältesten Sohne und Mitregenten Herodes ermordet (um den 23. Nov. 266)."

quod „ex terra Assyriorum [i. e. Syrorum] subsessor obsidebit illos (*ὑφεδρεύων ἐνεδρεύσει αὐτούς*) et consumet unum ex illis, et erit timor et tremor in exercitum illorum, et contentio in reges ipsorum," mihi quidem, non Gutschmidio l. l. p. 13, Lueckius recte retulisse videtur ad Maeonium, qui Emesae Odenathum insidiis interemit. si Clintoni Fastis Romanis fides est, a. 267 p. Chr. Odoenatho marito successit Zenobia. —

34 — 37. ecce nubes ab oriente — et tremor apprehendet illos. haec A. de Gutschmid l. l. p. 15 sq. recte quidem ad Gothos ab oriente et a septentrione Romanum imperium invadentes retulit. sed noluit progredi ad a. 267, quum *πάλιν οἱ Σκύθαι καὶ Γότθοι λεγόμενοι ἐπιχωρίως διὰ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ἐλθόντες εἰς Βιθυνίαν καὶ πᾶσαν Ἀσίαν καὶ Λυδίαν χωρήσαντες τήν τε Νικομήδειαν Βιθυνίας πόλιν μεγάλην ἔλαβον καὶ τὰς Ἰωνίδας πόλεις διέφθειραν, τὰς μὲν ἀτειχίστους, τὰς δὲ μερικῶς ὀχυρωθείσας καταλαβόντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φρυγίας ἥψαντο, Τροίαν πορθήσαντες, Καππαδοκίαν καὶ Γαλατίαν* (Georg. Syncell. chronogr. p. 382 B). Zosimus I, 39. 40 narravit, Gallienum contra Scythas, qui iam Athenas expugnaverant, profectum, Aureolo Mediolani rebellante, in Italiam reversum esse, Scythica expeditione Marciano tradita. Trebellius Pollio Gallien. 13: Gallienus Gothis per Illyricum occurrit. — omnes inde Scythas Marcianus varia bellorum fortuna agitavit (cf. Claud. c. 6). —

37. 38. et post haec movebuntur nimbi copiosi a meridiano et septentrione et portio alia ab occidente. haec ultimis Gallieni temporibus (a. 268) conveniunt, quum praeter Zenobiam a meridie imminentem Gothi aliaeque barbarae gentes a septentrione invadebant, Aureolus (ab occidente) ipsam Italiam ingressus est. —

39. et superinvalescent venti ab oriente et recludent eam et nubem, quam suscitavit in ira. Gallienus ex oriente reversus portionem illam ab occidente motam (v. 38), i. e. Aureolum, et nubem quam suscitavit in ira, eius exercitum, profligavit illumque Mediolani obsidebat. paulo ante Gallienum m. Martio a. 268 interfectum Pseudo-Ezras scripsisse videtur. reliqua vaticinia sunt. —

43. Babylonis, i. e. Romae, excidium praedicitur. —

46. Asia Romae consors reddita est Odaenatho orientis imperatore et Augusto creato (a. 264. p. Chr.). —

48. odibilem imitata es. Roenschius contulit Deuter. XXI, 15 — 17: *μισουμένη*. Vulg. odiosa. Ambros. odibilis. —

53. A. de Gutschmid l. l. p. 17 sq. monuit, Decii persecutionem in Asia vehementissime agitatam esse (cf. Tillemont l. l. III. p. 657 — 686), hic etiam Macrianum in Christianos saevisse —

60. in transitu, itaque ex parte vastabitur Asia, perfectum erit Romae excidium. —

XVI, 60. qui extendit coelum quasi cameram. Jes. XL, 22 ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανὸν καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. Hippolytus c. Noëtum c. 18. p. 56, 15. 16. ed. Lagard. ὁ πήξας ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν. Pseudo-Hippol. εἰς τὰ ἅγια θεοφάνεια c. 1. p. 37, 6. 7. ὑπὸ τῶν καμαρωδεστάτων οὐρανῶν. Constitt. app. VII, 34 p. 214, 18 οὐρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος. 35. p. 217, 12 sq. οἶδεν οὐρανὸς τὸν ἐπὶ μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα ὡς λίθῳ κύβον. VIII, 12. p. 250, 1 ὁ τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν στήσας.

Addenda et corrigenda.

VI, 4. scabillum. l. scamillum (cf. Sg.), quam formam Roenschius reperit Marc. XII, 36 in cod. Cantabr. —

VII, 47. pumitionem. l. punitionem.

XI, 19. genere. l. gerere.

XII, 15. secundas. l. secundus.

Ezras propheta syriacus latine*).

Liber Ezrae scribae qui appellatur Salathiel.

III. 1 Anno tricesimo ruinae civitatis nostrae ego Sala-
thiel, qui sum Ezras, eram in Babylone et recumbens eram
super cubili meo et obstupefactus eram, et cogitationes ascen-
debant super cor meum. 2 quoniam vidi desertionem Sion
et abundantiam habitationum Babylonis. 3 et admiratus
est spiritus meus valde, et coepi loqui ad Altissimum verba
timorata 4 et dixi:
„O dominator-domine, nonne tu dixisti ab initio, quando
finxisti terram, et hoc solus? et imperasti pulveri, 5 et de-
dit tibi Adam corpus mortuum. et ipse figmentum fuit ma-
nuum tuarum et insufflasti in eum spiritum vitae, et factus
est vivens coram te. 6 et induxisti eum in paradisum, quem
plantavit dextera tua, antequam terra adventaret. 7 et huic
mandasti mandatum et praeterivit illud. et statim statuisti in
eum mortem et in generationes eius. et ex eo natae sunt
gentes et tribus et linguae et nationes et cognationes, qua-
rum non est numerus. 8 et ambulavit unaquaeque gens mea in

---

*) in Ceriani versione nonnunquam latinitatem emendavi, neque omnia recepi, quae vir cl. coniectura mutavit vel supplevit. adnotationes eiusdem addidi fere omnes, sed etiam meas adieci. etiam Ceriani editionem syriacam adhibui.

III, 2. habitationum Babylonis c. ed. syr. — 4. *οὐ σὺ εἶπας ἀπ' ἀρχῆς*; cf. ar.[1] ae. — 5. *Καὶ ἔδωκέ σοι.* — om. *ἀλλὰ* ante *καὶ αὐτό.* — 6. plantavit c. ed. syr. — 7. *καὶ τούτῳ ἐνετείλω ἐντολήν*, cf. ar.[1] — *καὶ ἐξ αὐτοῦ* ante *ἐγεννήθησαν.* — *καὶ γλῶσσαι* post *καὶ φυλαί*, cf. lat. ar.[1] — 8. gens mea vel: gens mecum c. ed. syr. — om. *καὶ ἠθέτουν τὰς ἐντολάς σου.* —

operibus suis et impie agebant et iniuste coram te, et tu non
prohibuisti eos [9]iterum autem in tempore induxisti diluvium
super terram et super inhabitantes saeculum et perdidisti
eos. [10]et facta est simul perditio eorum. et sicut Adae mors,
sic et his mors diluvii. [11]dereliquisti autem unum ex iis cum
domo sua, et ex eo iusti omnes processerunt. [12]et factum
est, cum coepissent multiplicari, qui habitabant super ter-
ram, et multiplicaverunt filios et populos et congregationes
multas et coeperunt iterato impietatem facere plus quam
priores. [13]et factum est, cum iniquitatem facerent coram te,
elegisti tibi unum ex iis, cui nomen erat Abraham. [14]et di-
lexisti eum et demonstrasti finem temporum ei soli secrete
noctu [15]et disposuisti ei testamenta aeterna et dixisti ei, ut
non unquam derelinqueres semen eius. et dedisti ei Isaac et
Isaac dedisti Jacob et Esau. [16]et segregasti tibi in heredi-
tatem Jacob et Esau odisti. et factus est Jacob in populum
magnum. [17]et cum educeres semen eius ex Aegypto, et pe-
pegisti cum eo testamenta aeterna et adduxisti eos ad mon-
tem Sina. [18]et inclinasti caelos et commovisti terram et te-
nuisti orbem et tremere fecisti abyssos et conturbasti saecula.
[19]et transiit gloria tua portas quattuor ignis et terrae mo-
tuum et spiritus et gelu, ut dares semini Jacob legem et
generationi Israel praecepta. [20]et non abstulisti ab eis cor
malignum, ut faceret in eis lex tua fructus. [21]cor enim
malignum vestivit primus Adam et transgressus et victus est,
sed et omnes, qui de eo nati sunt. [22]et permansit in
eis infirmitas, et lex in corde populi cum radice maligna.
tunc discessit bonum et mansit malignum. [23]et transierunt

---

10. *καὶ* ante *καθώς*. — 11. *καὶ ἐξ αὐτοῦ οἱ δίκαιοι πάντες*. — 14. *τὸν σκοπόν σου* liberius vertit syr. — 16. *εἰς κληρονομίαν*. interpretamentum? — *πλῆθος πολὺ* liberius vertit syr. — 17. *ἐγένετο* om. syr., cf. ar.[1] — et pepegisti cum eo testamenta aeterna. interpretamentum? — 18. tenuisti. *συνεκράτησας* pro *συνεκίνησας*? — 21. sed et omnes sec. Ceriani emendationem in ed. syr. — 23. horae syr. Ceriani ad Apocal. Baruch c. 20 coniecit, graece sciptum fuisse *χρόνοι — καιροί*. —

Ezras propheta syriacus latine*).

Liber Ezrae scribae qui appellatur Salathiel.

III. [1] Anno tricesimo ruinae civitatis nostrae ego Sala-
thiel, qui sum Ezras, eram in Babylone et recumbens eram
super cubili meo et obstupefactus eram, et cogitationes ascen-
debant super cor meum. [2] quoniam vidi desertionem Sion
et abundantiam habitationum Babylonis. [3] et admiratus
est spiritus meus valde, et coepi loqui ad Altissimum verba
timorata [4] et dixi:
„O dominator domine, nonne tu dixisti ab initio, quando
finxisti terram, et hoc solus? et imperasti pulveri, [5] et de-
dit tibi Adam corpus mortuum. et ipse figmentum fuit ma-
nuum tuarum et insufflasti in eum spiritum vitae, et factus
est vivens coram te. [6] et induxisti eum in paradisum, quem
plantavit dextera tua, antequam terra adventaret. [7] et huic
mandasti mandatum et praeterivit illud. et statim statuisti in
eum mortem et in generationes eius. et ex eo natae sunt
gentes et tribus et linguae et nationes et cognationes, qua-
rum non est numerus. [8] et ambulavit unaquaeque gens mea in

---

*) in Ceriani versione nonnunquam latinitatem emendavi, neque omnia recepi, quae vir cl. coniectura mutavit vel supplevit. adnotationes eiusdem addidi fere omnes, sed etiam meas adieci. etiam Ceriani editionem syriacam adhibui.

III, 2. habitationum Babylonis c. ed. syr. — 4. *οὐ σὺ εἶπας ἀπ' ἀρχῆς*; cf. ar.[1] ae. — 5. *Καὶ ἔδωκέ σοι.* — om. *ἀλλὰ* ante *καὶ αὐτό.* — 6. plantavit c. ed. syr. — 7. *καὶ τούτῳ ἐνετείλω ἐντολήν*, cf. ar.[1] — *καὶ ἐξ αὐτοῦ* ante *ἐγεννήθησαν.* — *καὶ γλῶσσαι* post *καὶ φυλαί*, cf. lat. ar.[1] — 8. gens mea vel: gens mecum c. ed. syr. — om. *καὶ ἠθέτουν τὰς ἐντολάς σου.* —

operibus suis et impie agebant et iniuste coram te, et tu non
prohibuisti eos 9 iterum autem in tempore induxisti diluvium
super terram et super inhabitantes saeculum et perdidisti
eos. 10 et facta est simul perditio eorum. et sicut Adae mors,
sic et his mors diluvii. 11 dereliquisti autem unum ex iis cum
domo sua, et ex eo iusti omnes processerunt. 12 et factum
est, cum coepissent multiplicari, qui habitabant super terram, et multiplicaverunt filios et populos et congregationes
multas et coeperunt iterato impietatem facere plus quam
priores. 13 et factum est, cum iniquitatem facerent coram te,
elegisti tibi unum ex iis, cui nomen erat Abraham. 14 et dilexisti eum et demonstrasti finem temporum ei soli secrete
noctu 15 et disposuisti ei testamenta aeterna et dixisti ei, ut
non unquam derelinqueres semen eius. et dedisti ei Isaac et
Isaac dedisti Jacob et Esau. 16 et segregasti tibi in hereditatem Jacob et Esau odisti. et factus est Jacob in populum
magnum. 17 et cum educeres semen eius ex Aegypto, et pepegisti cum eo testamenta aeterna et adduxisti eos ad montem Sina. 18 et inclinasti caelos et commovisti terram et tenuisti orbem et tremere fecisti abyssos et conturbasti saecula.
19 et transiit gloria tua portas quattuor ignis et terrae motuum et spiritus et gelu, ut dares semini Jacob legem et
generationi Israel praecepta. 20 et non abstulisti ab eis cor
malignum, ut faceret in eis lex tua fructus. 21 cor enim
malignum vestivit primus Adam et transgressus et victus est,
sed et omnes, qui de eo nati sunt. 22 et permansit in
eis infirmitas, et lex in corde populi cum radice maligna.
tunc discessit bonum et mansit malignum. 23 et transierunt

---

10. *καὶ* ante *καθώς*. — 11. *καὶ ἐξ αὐτοῦ οἱ δίκαιοι πάντες*. — 14. *τὸν σκοπόν σου* liberius vertit syr. — 16. *εἰς κληρονομίαν*. interpretamentum? — *πλῆθος πολὺ* liberius vertit syr. — 17. *ἐγένετο* om. syr., cf. ar.[1] — et pepegisti cum eo testamenta aeterna. interpretamentum? — 18. tenuisti. *συνεκράτησας* pro *συνεκίνησας*? — 21. sed et omnes sec. Ceriani emendationem in ed. syr. — 23. horae syr. Ceriani ad Apocal. Baruch c. 20 coniecit, graece sciptum fuisse *χρόνοι — καιροί*. —

tempora, et finitae sunt horae. et suscitasti tibi servum no-
mine David [24] et dixisti ei aedificare civitatem nomini tuo et
domum, ut offerrentur tibi in ea oblationes de tuis. [25] et
factum est hoc annis multis, et deliquerunt tibi, qui habi-
tabant civitatem. [26] et nihil novum fecerunt super quod fecit
Adam et omnes generationes eius; vestiebantur enim et ipsi
corde maligno. [27] et tradidisti civitatem tuam in manum ini-
micorum tuorum. [28] et ego dixi tunc in corde meo: Num-
quid bene operantur, qui habitant Babylonem? et propter
hoc dereliquisti Sion? [29] et factum est, cum venissem huc,
vidi impietates multas, quarum non est numerus, et delicta multa
vidit anima mea — hic annus tricesimus —, et commotum est,
cor meum. [30] quoniam vidi, quomodo sustines peccantes et
parcis impie agentibus et perdidisti populum tuum et conser-
vasti inimicos tuos et non significasti [31] alicui, quomodo com-
prehendatur via tua. numquid meliora fecit Babylon quam
Sion? [32] aut aliam gentem cognoscis magis quam Israel?
aut quae tribus credidit testamento tuo sicut Jacob? [33] qua-
rum merces non comparuit, neque labor fructificavit. pertrans-
iens enim pertransivi per gentes et vidi eas nunc prospe-
rantes et non memorantes mandatorum tuorum. [34] nunc autem
pondera in statera nostram iniquitatem et eorum, qui habitant
in saeculo, et apparebit momentum scapi non inclinatum.
[35] aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant
saeculum? aut quae gens sic observavit mandata tua? [37] ho-
mines vero per nomina invenies servasse mandata tua, gentem
autem non invenies."

IV. [1] et respondit angelus, qui missus est ad me, cui
nomen Uriel, [2] et dixit mihi: „Commovens commovit se cor
tuum in saeculo hoc, et comprehendere voluisti viam Altis-
simi." [3] et respondi et dixi: „Ita, domine mi." et iterum

24. *τῷ ὀνόματί σου.* — *τοῦ προσφέρεσθαί σοι.* — 25. *σοι* post *ἐπλημμέλησαν.* — 27. *εἰς χεῖρα.* — 29. hic annus tricesimus c. Cer. ed. syr. — 32. *ἔγνως* pro *ἔγνω σε?* — 33. *νῦν* post *καὶ εἶδον?* — 34. inclinatum c. Cer. ed. Syr. —

IV. 3. *καὶ ἀπεκρίθην καὶ εἶπον.* — *καὶ πάλιν ἀπεκρίθη καὶ εἰπέ μοι.* —

respondit et dixit mihi: „Tres vias missus sum ostendere tibi
et tres similitudines proponere coram te, [4] de quibus mihi si
renuntiaveris unam ex iis, et ego tibi demonstrabo viam, quam
desideras videre, et docebo te, propter quid sit cor mali-
gnum“. [5] et respondi et dixi: „Loquere, domine mi.“ et re-
spondit et dixit ad me: „Vade, pondera mihi ignis pondus,
aut mensura mihi satum venti, aut revoca mihi diem quae
praeteriit.“ [6] et dixi ei: „Quis natorum poterit facere haec
quae dixisti? me ipsum, domine mi, interrogabis ista omnia?“
[7] et dixit ad me: „Si interrogassem te et dixissem tibi:
„Quanta promptuaria sunt in corde maris, aut quantae venae
sunt in principio abyssi, aut quantae viae sunt desuper fir-
mamentum, aut qui sunt exitus inferni, aut quae sunt viae
paradisi, [8] diceres mihi: In abyssum non descendi, neque in
infernum adhuc descendi, neque in caelum a diebus meis
ascendi. [9] nunc autem non interrogavi te de his, nisi de
igne et vento et die, in quibus egisti, et a quibus separari
non potes, et non dixisti mihi de iis.“ [10] et dixit mihi: „Tu
quae sunt tecum coadolescentia non potes cognoscere. [11] et
quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam? quia in
aliquo quod non comprehenditur creata est via Altissimi, ne-
que potest corruptibilis in saeculo corruptibili cognoscere
viam incorruptibilis.“

et cum audissem haec, cecidi super faciem meam [12] et
dixi illi: „Melius erat nobis, si non venissemus, quam cum
venerimus, vivere in impietate et pati et non intellegere, quam
ob rem patimur.“ [13] et respondit et dixit ad me: „Proficiscen-
tes profectae sunt silvae lignorum campi et cogitaverunt co-
gitationem [14] et dixerunt: Venite, eamus, faciamus bellum

---

5. *καὶ ἀπεκρίθην καὶ εἶπον.* — *καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπέ μοι.* — 6. *καὶ ἀπεκρίθην* om. — *καὶ εἶπον αὐτῷ.* — *ἃ εἶπας* post *ποιεῖν?* — *ἐρωτήσεις* vertit syr. — *ταῦτα πάντα?* — 9. *ὧν διήγαγες.* — egisti. ܥܒܕܬ, lat. versio: transisti, quod in syro est ܥܒܪܬ. Ceriani. — 11. *σὺ* om. — *δύναται.*

12. *καὶ μὴ συνιέναι?* —

cum mari, ut recedat coram nobis, et faciamus nobis silvam aliam. [15] etiam fluctus maris similiter cogitaverunt cogitationem et dixerunt: Venite, ascendamus, faciamus bellum cum silva campi, ut et ibi faciamus nobis regionem aliam. [16] et factus est cogitatus silvae in vanum, venit enim ignis et consumpsit eam; [17] et similiter cogitatus fluctuum maris, stetit enim arena et prohibuit eos. [18] si ergo esses iudex horum, quem ex iis iustificares, et quem condemnares?" [19] et respondi et dixi: „Utrique vanam cogitationem cogitaverunt; terra enim data est silvae, et locus maris portare fluctus suos." [20] et respondit et dixit ad me: „Bene iudicasti, et quare non iudicasti temet ipsum? [21] quemadmodum enim terra silvae data est, et locus maris portare fluctus suos: sic et illi qui super terram inhabitant, quae sunt super terram intellegere solummodo possunt, et ille qui super caelos, quae super caelos."

[22] et respondi et dixi: „Deprecor te, domine: cur, domine, datus est mihi sensus cogitandi? [23] non enim volui interrogare de superioribus viis, sed de iis, quae pertranseunt per nos quotidie. quoniam Israel datus est gentibus, et quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, et lex sancta patrum nostrorum in interitum deducta est, et dispositiones scriptae non sunt. [24] et pertransimus de saeculo ut locustae et vivimus ut vapor et nec digni sumus misericordiam consequi. [25] sed quid faciet nomini suo magno, quod invocatum est super nos? de his interrogavi." [26] et respondit et dixit ad me: „Si fueris, videbis, et si multum vixeris, miraberis. quoniam festinat saeculum pertransire, [27] quia non capit portare quae iustis repromissa sunt, quoniam plenum gemitibus est saeculum hoc et infirmitatibus multis. [28] seminatum est enim malum, de quo me interrogasti, et necdum venit area eius. [29] nisi ergo messum fuerit, quod seminatum est, et

---

17. et similiter. lege c. Cer. ܘܐܟܘܬܗ pro ܘܐܬܗ. — 20. *σεαυτόν*? — 21. *καὶ ὁ ἐπὶ τῶν οὐρανῶν*. — 22. Deprecor te. *Δέομαί σου*. 23. *διότι* pro *διὰ τί*. — *εἰς ὄνειδος* om. — 27. *ὅτι οὐ χωρεῖ*. — *ἐν καιροῖς* om. —

discesserit locus, ubi seminatum est malum, non veniet terra, ubi seminatum est bonum. [30] quoniam granum unum seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio, et quantos fructus impietatis generavit usque nunc, et generabit, usque dum veniat area! [31] confer ergo tu in anima tua et vide: granum unum seminis mali quod seminatum est, quantos fructus impietatis fecit! [32] quando ergo seminabuntur spicae bonorum, quarum non est numerus, quamnam aream futurum est ut faciant!"

[33] et respondi et dixi: „Usquequo et quando haec? quia modici sunt et mali anni nostri." [34] et respondit et dixit mihi: „Non festines tu super Altissimum. tu enim festinas propter temet ipsum, Excelsus autem propter multos. [35] nonne enim de his interrogaverunt animae iustorum in promptuariis suis et dixerunt: Usquequo sumus hic? et quando area mercedis nostrae? [36] et respondit Ramiel angelus et dixit eis: Donec impletus fuerit numerus similium vobis. quoniam ponderans ponderavit Sanctus saeculum [37] et mensurans mensuravit tempora et numerans numeravit horas et non educet nec excitabit, usquedum impleatur numerus dictus." [38] et respondi et dixi: „O dominator domine, sed istud nos omnes pleni sumus impietate. [39] et ne forte propter nosmet ipsos prohibeatur retributio iustorum, peccata inhabitantium super terram." [40] et respondit et dixit ad me: „Vade et interroga praegnantem, quando impleverit IX menses suos, si poterit adhuc matrix retinere infantem in semet ipsa?" [41] et dixi: „Non potest, domine." et respondit et dixit ad me: „Infernus et promptuaria animarum matrici assimilata sunt. [42] quemadmodum enim festinat illa quae parit effugere necessitatem partus sui: sic

---

30. *πόσους καρποὺς.* — 31. et vide add. syr. (cf. v. 50). — unum add. syr. — quod seminatum est add. syr. — *πόσους καρποὺς?* — 32. *ὅταν οὖν?* —

35. *οὐ γὰρ?* — 38. istud. ܗܕܐ legendum esse ܗܐ (ecce) coniecit Ceriani. — 39. peccata deest antecedens: propter, cf. Cerian. — 42. *καθὼς γὰρ.* —

et haec festinant reddere id quod repositum est [43] in eis ab initio. et tunc demonstrabitur tibi de iis quae concupiscis videre."

[44] et respondi et dixi: „Si inveni gratiam in oculis tuis, et si possibile est, et idoneus sum, [45] demonstra mihi saltem hoc, si tempus, quod pertansiit super nos, plus quam illud quod venturum est. [46] quoniam tempus quod pertransivit scio, et quid futurum sit ignoro." [47] et respondit et dixit ad me: „Sta super dexteram partem, et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. [48] et steti et vidi, et ecce transiit coram me fornax ignis ardens. et factum est, cum transisset flamma, vidi et ecce superfuit fumus. [49] et post haec transiit coram me nubes plena aquae et demisit pluviam vehementem valde, et cum transiisset impetus pluviae, superfuerunt in ea guttae." [50] et respondit et dixit ad me: „Cogita in anima tua et vide: sicut crescit pluvia amplius quam guttae, et ignis quam fumus: sic superabundavit mensura quae transivit." superfuerunt autem guttae et fumus.

[51] et postulavi ab eo et dixi: „Putasne, vivam usque ad dies illos? vel quis erit in diebus illis?" [52] et respondit et dixit ad me: „De signis de quibus interrogasti, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi, neque enim scio. V. [1] de signis autem, ecce dies venient; et apprehendentur qui inhabitant saeculum in stupore multo, et abscondetur pars veritatis, et sterilis erit terra fidei, [2] et multiplicabitur iniustitia et incontinentia super hoc, quod vidisti nunc, et super quod audisti olim. [3] et erit instabilis et non calcata terra ista, quam vidisti regnare nunc, et videbunt terram istam desertam. [4] si autem tibi dederit

---

43. *ἐν αὐτοῖς ἀπ' ἀρχῆς. καὶ τότε.* —

47. *καὶ ἀπεκρίθη καὶ εἶπέ μοι.* — 48. superfuit c. ed. syr. — 50. et vide add. syr. (cf. v. 31). —

52. interrogasti pr. m. correxit, interrogasti me scriptum erat. — *οὐδὲ γὰρ οἶδα?* — V, 2. *ἡ ἀδικία καὶ ἡ ἀφροσύνη.* — hoc, quod c. ed. syr. — *νῦν* post *ὁρᾷς*. — super quod c. ed. syr. — 4. visum. ܚܙܘܬܐ pro ܚܣܘܬܐ secundum Merxium. —

Altissimus visum, videbis eam quae post tertiam turbari, et
apparebit subito sol noctu, et luna interdiu, 5 et lignum stil-
labit sanguinem, et lapis dabit vocem suam, et populi com-
movebuntur, et aëres commutabuntur. 6 et regnabit, quem non
sperant multi, et volatilia commigrationem facient. 7 et mare
Sodomiticum producet pisces multos et dabit vocem noctu,
quam non noscunt multi, et omnes audient eam. 8 et hiatus
fient per loca multa, et ignis frequenter remittetur, et bestiae
agrestes transmigrabunt a loco suo, et signa a mulieribus
apparebunt; parientur enim foetus nondum perfecti. 9 et in
dulcibus aquis salsae invenientur, et amici contra amicos
suos subito pugnabunt. et abscondetur tunc sapientia, et in-
tellectus separabitur in promptuaria sua 10 apud multos et
non invenietur. et multiplicabitur iniustitia et incontinentia
super terram. 11 et interrogabit regio proximam suam et di-
cet ei: Numquid per te pertransiit iustitia aut homo iustitiam
faciens? ipsa autem regio negabit. 12 et erit in illo tempore,
sperabunt homines et non impetrabunt, et laborabunt et non
invenient, et fatigabuntur, et non firmabitur via eorum.
13 haec signa dicere tibi praeceptum est mihi. si autem ora-
veris iterum et imploraveris, sicut nunc, et ieiunaveris VII die-
bus, audies maiora prae his."

14 et evigilavi, et corpus meum horrescebat valde, et
anima mea laborabat ut egrederetur. 15 et tenuit me angelus,
qui loquebatur in me, et confortavit me et statuit me super
pedes meos. 16 et factum est in nocte secunda, et venit ad
me Psaltiel dux populi et dixit mihi: „Ubi fuisti? et quare
vultus tuus tristis? 17 an nescis, quoniam tibi creditus est
Israel in regione captivitatis eorum? 18 exsurge ergo et com-
ede paululum panis, ut non derelinquas eos sicut pastor
gregem suum in manu luporum vastatorum." 19 et ego dixi
ei: „Vade a me et non appropies ad me usque ad VII dies.
et tunc venies ad me, et annunciabo tibi verba." et cum
dixissem ei, recessit a me.

---

5. aëres commutabuntur c. ed. syr. — 7. multos add. int. — 10. „apud" sine interpunctione praecedentibus additur, omissis vocc.: et quaeretur. — 11. ipsa. αὐτὴ pro αὕτη. —

II.

Oratio Ezrae.

20 Et ego ieiunavi diebus VII ingemiscens et plorans,
sicut mihi mandavit Ramiel angelus. 21 et factum est post
dies VII, et ecce iterum cogitationes cordis mei molestae
erant mihi valde. 22 et resumpsit anima mea spiritum intel-
lectus, et iterum coepi loqui coram Altissimo sermones istos
postulationis et obsecrationis. 23 et respondi et dixi: „O
dominator domine, ex omnibus silvis terrae et arboribus eius
elegisti tibi vitem unam, 24 et ex omnibus terris orbis elegisti
tibi regionem unam, 25 et ex omnibus abyssis maris magnifi-
casti tibi rivum unum, et ex omnibus floribus orbis elegisti
tibi florem unum, et ex omnibus aedificatis civitatibus sancti-
ficasti tibi Sion, 26 et ex omni creato volatili nominasti tibi
columbam unam, et ex omni creato pecore complacuisti tibi
in ove una, 27 et ex multitudine populorum appropinquare
fecisti tibi populum unum et ab omnibus probatam legem
donasti illi quem dilexisti populo. 28 et nunc, domine, utquid
tradidisti unum pluribus? et repudiasti unam radicem super
multas et dispersisti et ventilasti unicum tuum inter multos.
29 et conculcaverunt qui contradicunt iussionibus tuis eos,
qui crediderunt testamento tuo. 30 si autem odiens odisti po-
pulum tuum, manibus tuis ipsis debebat castigari."

31 et postquam locutus sum sermones istos, missus est
ad me angelus, qui missus fuerat ad me praeterita nocte,
32 et dixit mihi: „Audi me, Ezra, et instruam te, et intende
mihi, et adiiciam coram te sermones." 33 et respondi et dixi
ei: „Loquere, domine mi." et dixit ad me: „Valde com-
motus es super Israel. an plus dilexisti eum quam factorem
eius?" 34 et dixi: „Non, domine, sed dolens dolui et locu-
tus snm. torquent enim me renes mei per omnem horam
quaerentem apprehendere sententiam Altissimi et investigare
partem iudicii eius." 35 et dixit ad me: „Non potes." et
dixi ei: „Quare, domine, non deprecabor? aut ad quid na-
tus sum, et quare non facta est matrix matris meae mihi
sepulcbrum, ut non viderem laborem Jacob et defatigationem

seminis Israel?" 36 et respondit et dixit ad me: „Numera mihi ea quae necdum venerunt et collige mihi dispersas guttas et revirida mihi aridos flores 37 et aperi mihi clausa promptuaria et produc mihi inclusos in eis flatus et demonstra mihi imaginem facierum, quas nondum vidisti, aut demonstra mihi vocis imaginem. et tunc ostendam tibi laborem et tempus, quae rogasti videre." 39 et dixi; „Dominator domine, quis est qui potest haec scire nisi qui cum hominibus habitationem non habet? 39 ego autem insipiens et miser. quomodo potero dicere de his, de quibus me interrogasti?" 40 et dixit ad me: „Quomodo non potes facere unum de his quae dicta sunt, sic non poteris invenire iudicium meum aut finem charitatis, quam populo meo promisi."

41 et dixi: „Sed ecce, domine, promisisti his, qui in fine sunt. et quid facient, qui ante nos erant, aut nos aut ii, qui post nos?" 42 et respondit et dixit ad me: „Coronae assimilavi iudicium meam. sicut non est novissimis tarditas, sic nec prioribus praeventus. 43 et respondi et dixi: „Numquid enim non poteras facere eos, qui fuerunt, et qui sunt, et qui futuri sunt, in unum, ut celeriter iudicium tuum ostendas?" 44 et respondit et dixit ad me: „Non festinat creatura super creatorem suum, si non, non sustinebat saeculum ea quae futura erant in eo in unum." 45 et iterum respondi et dixi: „Et quomodo dixisti servo tuo, quoniam vivificans vivificabis a te creatam creaturam in unum? si ergo viventes vivent in unum, et sustinebit creatura, poterat et nunc portare praesentes in unum." 46 et respondit et dixit ad me: „Interroga matricem mulieris et dic ad eam: Si X paris, quare per tempus non paris eos? roga ergo eam, ut det illos X." 47 et dixi: „Non potest, domine, nisi secundum tempus." 48 et dixit ad me: „Et ego dedi terram matricem iis, qui veniunt super eam per tempus. 49 quemadmodum enim infans non

---

44. si non, non c. ed. syr. — 46. per tempus non. Syrus in rasura ܒܐܝܟ ܐܝܟ ܠܐ. Ceriani.

parit nec ea quae senuit adhuc, sic ego disposui saeculum quod creavi."

[50] et interrogavi eum et dixi: „Cum iam dederis mihi viam, loquar coram te: ipsa mater nostra Sion, de qua dixisti mihi, num, domine, iuvenis est adhuc, an iam senectuti appropinquat?" [51] et respondit et dixit ad me: „Interroga, eam, quae parit, et dicet tibi. [52] dic ei: Quare, quos paris nunc, similes sunt prioribus, sed minores sunt statura? [53] et dicet tibi et ipsa: Alii sunt, qui in virtute iuventutis nati sunt, et alii sunt, qui in senectute nascuntur deficiente matrice. [54] considera ergo et tu et vide, quoniam minores estis statura prae iis qui ante vos, [55] et qui post vos venient minus quam vos. quia iam senuit creatura, et robur iuventutis eius praeteriit."

[56] et respondi et dixi: „Rogo te, domine, si inveni gratiam coram te, demonstra servo tuo, per quem visitabis creaturam tuam." VI. [1] et respondit et dixit ad me: „Initium

---

49. ego pr. m., emendavit. scriptum erat: et ego. — 50. num Ceriani: „in Syro ܐܝܢ ita, sic est, o, heus, age apud Michaelis; quorum sensuum nullus videtur loco nostro convenire. Latinus n a m, quod facile potuit ex n u m corrumpi." — 52. similes. om. *οὐχ* ante *ὅμοιοι*. — 55. minus c. cod. (ܒܨܝܪ, minor, minus), minores (ܒܨܝܪܝܢ) mutavit Ceriani. —

VI, 1. Initium. — finis — „Syrus ܫܘܪܝܐ, et v. 9. p r i n c i p i u m e n i m h o m i n i s in Syro ܕܒܪܢܫܐ ܕܝܢ ܫܘܪܝܗ; utrobique autem opponitur voci ܫܘܠܡܐ; Latinus vero licet in alia abeat firmaret versionem Syri quam dedi, ut sit adiectivum pro nomine sumptum. sed aeque commode et melius verteretur p r i m o (cf. notas ad Baruch Apocal. n. 54) v. 1, e t p r i m u m v. 9, et v. 1 pro finis reddi posset i n f i n e, ut ܫܘܠܡܐ sit pro ܒܫܘܠܡܐ. contextui magis responderet versio ista." Ceriani. sed cf. ed. syr. — et antequam flarent pondera ventorum c. Le Hir in ed. syr. (ܩܕܡ . ܕܢܫܒܢ ܡܬܩܠܝܗܝܢ ܕܪ̈ܘܚܐ). Ceriani delendum esse censuit ܕ ante ܪ̈ܘܚܐ

per filium hominis, finis autem per memet ipsum. sicut enim
antequam esset terra orbis, et antequam starent exitus saeculi,
et antequam flarent pondera ventorum, 2 et antequam audi-
retur vox tonitruum, et antequam splenderent nitores coru-
scationum, et antequam firmaretur terra paradisi, 3 et ante-
quam videretur decor florum, et antequam confirmaretur vis
motuum, et antequam colligerentur innumerabiles militiae
angelorum, 4 et antequam extolleretur altitudo aërum, et ante-
quam nominarentur mensurae firmamentorum, et antequam
firmaretur scabellum Sion, 5 et antequam investigarentur prae-
sentes anni, et antequam effingerentur stultitiae eorum, qui
nunc peccant, et antequam consignarentur, qui fidem sibi
thesaurizaverunt, tunc cogitavi, et facta sunt haec omnia per
me solum, et non per alium."

7 et respondi et dixi: „Quae erit separatio temporum?
aut quando finis saeculi prioris, aut quodnam initium secun-
di?" 8 et respondit et dixit ad me: „Ab Abraham usque ad
Abraham. ab Abraham natus est Isaac, et ab Isaac natus est
Jacob et Esau, et manus Jacob tenebat calcaneum Esau; cal-
caneus prioris Esau, et manus secundi Jacob. 9 principium
enim hominis manus eius, et finis hominis calcaneus eius.
10 inter calcaneum igitur et manum aliquid aliud noli quae-
rere, o Ezra."

11 et respondi et dixi: „O dominator domine, si inveni
gratiam in oculis tuis, 12 demonstra mihi servo tuo finem si-
gnorum, quorum ex te demonstrasti mihi modicum nocte
praeterita." 13 et respondit et dixit ad me: „Surge super
pedes tuos et audies vocem magnam. 14 et erit, si commo-
tione commovebitur locus, super quem stas super eum, 15 dum
sermo fiet tecum, non expaveas, quoniam sermo est de nun-
tio finis, et fundamenta terrae intellegent, 16 quoniam de ipsis
est sermo, et expavebunt et commovebuntur. sentient enim,
quoniam finis eorum commutabitur. 17 et factum est, cum

---

et vertit: „et antequam spirarent pondus suum venti." sed in ed. syr.
probavit Lehirium. — 4. aërum c. ed. syr. —

audissem, surrexi super pedes meos et audivi. et ecce vox
loquens et sonus eius sicut sonus aquarum multarum. [18] et
dixit: „Ecce dies venient, et erit, quando appropinquabo, ut
visitem habitantes in terra, [19] et quando inquirere incipiam
in manibus iniustorum, et quando completa fuerit humilitas
Sion, [20] et quando incipiet supersignari saeculum istud,
quod incipiet pertransire, haec signa faciam: libri ape-
rientur ante faciem firmamenti, et omnes videbunt iudi-
cium meum simul. [21] et anniculi infantes loquentur et dabunt
vocem suam, et praegnantes immature parient infantes tertio
mense et quarto, et vivent et salient. [22] et subito loca quae
non seminant seminata invenientur, et plena promptuaria su-
bito invenientur vacua, [23] et cornu canet in sono alto, quod
omnes audient subito et expavescent. [24] et erit in illo tem-
pore, bellabunt amici cum amicis ut inimici, ut obstupescat
terra cum iis, qui habitant eam. et exitus fontium stabunt,
ut non decurrant tribus horis. [25] et erit, omne quod dere-
lictum fuerit ex omnibus istis, quae praedixi tibi, ipsum sal-
vabitur et videbit salutare meum et finem saeculi. [26] et tunc
videbit homines, qui assumpti fuerunt, qui mortem non gu-
staverunt a generationibus suis, et convertetur cor inhabi-
tantium terram et mutabitur in sensum alium. [27] oblivioni
enim dabitur malum, et extinguetur dolus. [28] et florebit fides,
et vincetur corruptela, et apparebit veritas, quae sine fructi-
bus mansit annis tantis."

[29] et factum est, cum loqueretur mihi, et ecce paulatim
commovebatur locus, super quem stabam super eum. [30] et
dixit ad me: „Haec veni tibi ostendere ista nocte. [31] si ergo
iterum rogaveris et ieiunaveris VII diebus, iterum revelabo
tibi maiora prae his. [32] quia auditione audita est vox tua
apud Altissimum. vidit enim Fortis puritatem tuam, sanctita-

22. quae non seminant c. ed. syr. — 27. oblivioni — dabitur cod. (ܡܬܛܥܝܐ), sed Ceriani non dubitavit, e lat. delebitur corrigere ܡܬ ܥܛܝܐ, e quo voc. illud corruptum vidit etiam in aliis libris, cf. et infra ad VII, 69. —

tem quoque, quam ab adolescentia tua habes. [33] et propter
hoc misit me revelare tibi haec omnia.“ et dixit mihi: „Con-
fide et noli timere [34] et noli festinare cogitare de prioribus
temporibus mala, ne sit super te investigatio in novissimis
temporibus.“

III.

[35] Et factum est post haec, flevi et ieiunavi VII diebus,
ut supplerem tres hebdomadas, quae dictae sunt mihi. [36] et
factum est in octava nocte, et ecce cor meum turbabatur
iterato in me, et coepi loqui coram Altissimo. [37] quia inflamma-
batur spiritus meus valde, et anima mea exardescebat. [38] et
dixi: „O dominator domine, loquens locutus es ab initio crea-
turae tuae in primo die et dixisti: Fiat coelum et terra, et
verbum tuum, domine, opus perfecit, [39] et erat tunc spiritus se
circumferens et tenebrae operientes et silentium soni, et vox
hominis nondum erat. [40] tunc dixisti de thesauris tuis pro-
ferri splendorem luminis, ut apparerent opera tua. [41] et die
iterum secundo creasti spiritum firmamenti et imperasti ei,
ut divisionem faceret inter aquas et aquas, ut pars ex eis
ascenderet sursum, et alia pars maneret deorsum. [42] et tertio
die imperasti aquis congregari in unam ex VII partibus ter-
rae, VI vero partes siccasti et conservasti, ut ex his sint coram
te ministrantes et colerentur et seminarentur. [43] verbum autem
tuum processit, et opus statim factum est. [44] germinaverunt
autem tunc subito fructus multi innumerabiles et dulces in
gustibus suis in omni genere et genere et flores, qui in for-
mis unus alteri non assimilantur, et arbores, quae in specie
sua non conveniunt, et odores, qui in odoribus suis non in-
vestigantur. haec facta sunt die tertio. [45] et die quarto im-
perasti, et factus est sol luminosus et splendor lunae et
dispositio stellarum. [46] et imperasti eis, ut deservirent ho-
mini qui futurum erat ut plasmaretur a te. [47] et quinto die
imperasti septimae parti, ubi erat aqua, ut produceret ani-
malia et volatilia et pisces, et facta sunt. [48] aqua muta et
sine anima illud, in quo erat anima, faciebat. ut ex his

mirabilia tua generationes enarrent. [40] et tunc conservasti duo animalia, quae creasti, et vocasti nomen unius Behemoth et nomen alterius vocasti Leviathan [50] et separasti ea ab alterutro, quia enim non poterat septima pars humida capere ea. [51] et dedisti Behemoth unam ex partibus, quae siccata est die tertio, ut habitet ibi, ubi sunt montes mille. [52] Leviathan autem dedisti unam ex VII partibus humidatis. et servasti eos, ut essent cibus, quibus vis, et quando vis. [53] et sexto die imperasti terrae, ut produceret coram te iumenta et bestias et reptilia. [54] super his autem constituisti Adam ducem super omnibus operibus, quae creasti antea, et ex eo sumus nos, populus quem elegisti. [55] haec autem omnia dixi coram te, dominator domine, quoniam dixisti, quia propter nos ipsos creasti saeculum istud. [56] residuas autem gentes ab Adam natas dicis eas nil esse et similasti eas sputo, et quasi stillicidium de lebete similasti abundantiam earum. [57] et nunc, domine, ecce illae gentes, quae in nihilum deputatae sunt, ecce dominantur nostri et conculcant nos. [58] nos autem populus tuus, quem honorasti et vocasti primogenitum et unigenitum, proximum et dilectum, ecce traditi sumus in manibus eorum. [59] et si propter nos creatum est saeculum. quare haereditate non possidemus ipsum saeculum nostrum? usquequo haec?"

VII. [1] et factum est, postquam finissem loqui verba haec, ecce missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, [2] et dixit ad me: „Surge, Ezra, et audi sermones, quos veni dicere ad te." [3] et dixi ei: „Loquere, domine mi." et respondit et dixit ad me: „Mare quamvis positum sit in spatioso loco, ut sit latum et immensum, [4] introitus autem eius positus in loco angusto, ut sit similis flumini. [5] si quis autem voluerit ingredi mare et videre illud et fieri dominus eius, si ergo non transierit illud in angustia, in latitudinem quomodo venire poterit? [6] audi item aliud:

52. eos, ut essent. „genus mutat ipse codex ܐܢܘܢ ܕܢܗܘܘܢ." Ceriani. — 56. dicis c. ed. syr. — VII, 3. quamvis positum sit c. Lehirio. —

civitas est, aedificata et posita in loco magno compestri, est
autem illa civitas plena bonorum multorum, 7 et introitus eius
angustus et positus in excelso, ut sit a dextris ignis et a si-
nistris aqua profunda, 8 et semita una sola, posita inter haec
duo, inter ignem et aquam, ut non capiat semita illa nisi
solummodo vestigium hominis. 9 si autem datione dabitur
illa civitas in haereditatem, si haeres positum periculum non
pertransierit, quomodo poterit accipere haereditatem suam?"
10 et ego dixi ei: „Certe sic est, domine." et respondit et
dixit ad me: „Sic est et pars Israel. 11 propter eos enim
feci saeculum, et quando proiecit Adam praecepta mea, con-
demnatum est, quod factum est. 12 et propter hoc facti sunt
eis introitus huius saeculi praesentis angusti et pleni gemi-
tuum et defatigationis et periculi multi et laboris magni cum
infirmitatibus et passionibus. 13 introitus autem saeculi futuri
spatiosi et securi sunt et faciunt fructus immortales. 14 si
ergo non praeterierint vitam in angustiis et malis istis, non
invenient quae sunt reposita eis. 15 nunc autem quare com-
moveris, quod sis corruptibilis? et quid conturbaris, cum sis
mortalis? 16 et quare non accepisti in corde tuo, quod est
futurum, sed quod praesens est?"

17 et respondi et dixi: „Dominator domine, sed ecce
disposuisti in lege tua, quoniam iusti haereditabunt haec, im-
pii autem peribunt. 18 iusti ergo recte ferunt angustias, quia
sperant se perventuros ad spatiosum, impii autem angustias
patiuntur et spatiosum non videbunt". 19 et respondit et dixit
ad me: „Ne sis tu super Deum, neque intellegens super Al-
tissimum. 20 peribunt ergo multi qui venerunt, quia neglecta
est in eis lex. quae posita est a me. 21 mandatum enim

19. „tu super, ܐܠܐ ܡܠܟܢ ܥܠܝ, deest aliquid. Latinus: non est index super," sed alia vox esse debebat in nostro, fortasse ܢܒܝܗܐ sapiens, ex parallelismo cum sequatur ܘܠܐ ܡܣܬܟܠܢܝ ܡܠܟܢ ܥܠܝ ܥܠܡܪܝܡܐ (sic)." Ceriani.

mandavit Deus illis, qui venerunt, quando venerunt tunc, quid facerent et viverent, et quid observarent et non punirentur. [22] ipsi autem restiterunt et non obedierunt ei et constituerunt sibi cogitamina vana [23] et adiecerunt sibi circumventiones lapsuum et super haec omnia dixerunt Altissimum non esse et vias eius non cognoverunt [24] et legem eius spreverunt et pactiones eius abnegaverunt et praecepta eius non crediderunt et opera eius neglexerunt. [25] propter hoc, o Ezra, vacua vacuis et plena plenis! [26] ecce enim dies venient, et erit, quando venerint signa, quae praedixi tibi, et revelabitur sponsa apparescens ut civitas, et apparebit quae subducitur nunc. [27] et omnis, qui liberatus fuerit de praedictis malis, ipse videbit mirabilia mea. [28] revelabitur enim filius meus Messias cum his, qui cum eo sunt, et iucundabit, qui relicti sunt, XXX annis. [29] et erit post annos hos, morietur filius meus Messias et omnes, in quibus est spiramentum hominis. [30] et convertetur saeculum in pristinum silentium suum diebus VII, sicut fuit ab initio, ita ut nemo derelinqnatur. [31] et erit post dies VII, excitabitur quod nunc non vigilat saeculum, et morietur corruptio. [32] et terra reddet qui iacent in ea, et pulvis reddet qui in eo dormiunt, et promptuaria reddent, quae in eis repositae sunt animae. [33] et revelabitur Altissimus super sedem iudicii, et veniet consummatio, et pertransibunt miserationes, et misericordia elongabitur, et longanimitas contrahetur. [34] iudicium autem meum solum remanebit, et veritas stabit, et fides exsultabit, [35] et opus subsequetur, et merces ostendetur, et iustitiae vigilabunt, et impietates non dormient. (VI) [1] et apparebit sinus tormentorum, ex adverso autem huius locus quietis. revelabitur furnus gehennae, et ex adverso eius iterum paradisus iucunditatum. [2] et dicet tunc Altissimus contra illos populos

---

24. „abnegaverunt, Syrus ܩܛܪܘ vinxerunt, ex Latino abnegaverunt corrigo ܟܦܪܘ." Ceriani. — 33. contrahetur c. Lehir. — (VI), 1—83 versus aethiopicae versionis superscripsi, paululum mutatos v. 5—16.

resuscitatos: Respicite et videte, quem abnegastis, aut quem
non coluistis, aut cuius praecepta reiecistis. 3 videte igitur
ex adverso vestrum: ecce hic deliciae et oblectamenta, et
illic ignis et tormentum. haec loquetur eis in illo die iu-
dicii. 4 ille enim dies iudicii sic est: 5 non sol est in eo
neque luna neque stellae, 6 neque nubes neque fulgura neque
tonitrua, 7 neque venti neque aqua neque aër, 8 neque tene-
brae neque vesper neque mane, 9 neque aestas neque hiems
neque initium anni, 10 neque calor neque glacies neque frigus,
11 neque grando neque ros neque pluvia, 12 neque meridies
neque nox neque dies, 13 neque lux neque lumen neque ful-
gor, 14 neque splendor, nisi tantum radius gloriae Altissimi,
15 ex quo erit, ut sint videntes quod constitutum est. 16 lon-
gitudo autem erit ei sicut hebdomada annorum. 17 hoc est
autem et lex eius, et tibi soli demonstravi ea."

18 et respondi et dixi: „Dominator domine, etiam tunc
dixi et nunc iterum dicam: Beati omnes illi, qui vene-
runt et custodierunt praecepta posita a te! 19 sed de
iis, de quibus rogatio mea est, quis enim ex iis qui venerunt,
qui non peccaverint? aut quis ex natis, qui non transgressus
sit praeceptum tuum? 20 et nunc apparet, quia paucis futu-
rum est ut saeculum venturum ferat iucunditatem, multis vero
tormentum. 21 est enim in nobis cor malum, quod abduxit
nos ab his et adduxit nos ad corruptionem et vias mortis
demonstravit nobis et semitas perditionis indicavit nobis 22 et
removit nos a vita. 23 et hoc nequaquam paucis, sed for-
tassis omnibus, qui fuerunt." 24 et respondit et dixit ad me:
„Audi me, Ezra, et dicam tibi, et denuo erudiam te. 25 pro-
pter hoc non fecit Altissimus unum saeculum, sed duo. tu
autem, qui dixisti, non multos esse iustos, sed paucos, audi

---

12 sq. cf. Apocal, Baruch 85 p. 98 (epi.): ibi non erit iterum locus poenitentiae, neque terminus temporibus, neque longitudo horis.

20. tormentum. ed. syr. fort.: gemitum. — 23. „fortassis cod. ܢܟܒܪ, quid significet ignoro, nisi corruptum sit a ܟܒܪ, quod dedi. ex radice tamen ܢܟܒܪ fortasse est quid simile adverbio simul." Ceriani. ed. syr. praefert: simul. —

contra haec. [26] lapides pretiosi si fuerint tibi et pauci, contra numerum horum constitue tibi plumbum et argillam.“ [27] et dixi: „Quomodo, domine, possibile est?“ [28] et respondit et dixit ad me: „Minime hoc tantum, sed interroga terram, et dicet tibi, et dic illi, et enarrabit tibi. dic illi: Aurum generasti et argentum et aes et ferrum et plumbum et argillam. [29] plus autem est argentum quam aurum, et aes quam argentum, [30] et ferrum quam aes, [31] et plumbum quam ferrum, et argilla quam plumbum. [32] confer ergo tu et vide, quaenam sint pretiosa et cara, multa an pauca.“ [33] et respondi et dixi: „Dominator domine, multa sunt contemptibilia, et pauca pretiosa.“ [34] et respondit et dixit ad me: „Confer ergo in temet ipso, quod cogitasti. quia omnis qui habet modicum, quod est paucum, gaudet de eo magis, quam ille, qui habet multa. [35] sic est consilium iudicii eius. gaudeo enim et laetor de paucis qui salvantur, quoniam ipsi sunt, qui nunc gloriam meam confirmant, et propter quos nomen meum glorificatum est. [36] neque angustior de multitudine illorum qui pereunt. [37] ipsi sunt enim illi, qui nunc assimilati sunt vapori, et sicut fumus ipsi reputati sunt, et pares flammae facti sunt, quia arserunt et extincti sunt.“

[38] et respondi et dixi: „O quid fecisti, terra, a qua isti nati sunt et eunt in perditionem. [39] si autem intellectus de pulvere est, sicut reliquae creaturae, expediebat, ut utinam etiam ipse esset pulvis. non autem fuit, quia intellectus non erit exinde. nunc autem intellectus nobiscum crescit, et pro-

---

26. constitue tibi, *στῆσόν σοι*. — 35. „iudicii eius“ sic codex ܕܕܝܢܗ, ex contextu corrigerem ܕܕܝܢܝ indicii mei.“ Ceriani. —

39. „intellectus.“ Syrus ܟܘܪܗܢܐ, aegritudo, sed lin. 7. 28 et 30 [v. 39. 46]. ܗܘܢܐ, in quod illud mutandum ex istis locis.“ Ceriani. — 40. 41. cf. Apocal. Esdr. p. 25. ed. Tischdf. *καλὸν τὸ μὴ γεννηθῆναι τὸν ἄνθρωπον, καλὸν τὸ μὴ εἶναι ἐν βίῳ· τὰ ἄλογα κάλλιόν εἰσιν παρὰ τὸν ἄνθρωπον, ὅτι κόλασιν οὐκ ἔχουσιν, ἡμᾶς δὲ ἔλαβες καὶ εἰς κρίσιν παρέδωκας.*

pter hoc cruciamur, quia cum sciamus perimus; 40 lugeant
cognationes hominum, ferae autem gaudeant; lamententur
omnes nati, iumenta autem et pecus exsultent. 41 quia illis
expedit multum valde quam nobis, quia non exspectant iu-
dicium neque noscunt supplicium, neque vita post mortem
promissa est eis. 42 nos enim quid proficimus, quod viventes
vivimus, sed cruciatu cruciabimur? 43 omnes enim mali co-
inquinati sunt in peccatis et pleni sunt iniquitate, et graves
super eos ruinae eorum. 44 et si post mortem non veniremus
ad iudicium, multum expediret nobis." 45 et respondit et
dixit ad me: „Et quando Altissimus faciens faciebat saeculum
et Adam et omnes, qui fuerunt ab eo, antea paravit iudicium
et quae iudicii sunt. 46 et nunc ex verbis tuis intellige, quia
dixisti, quod intellectus nobiscum crescit. habitatores ergo
terrae propter hoc cruciantur, quod, cum sit in eis intelle-
ctus, inique egerunt. 47 et acceperunt mandata et non cu-
stodierunt ea, etiam legem quae posita fuit eis reiecerunt.
et quid habent quod dicant in iudicio, aut quomodo aperient
os suum et loquentur in tempore novissimo? quamdiu enim
longanimis fuit Altissimus in habitatores saeculi, 48 et minime
propter eos ipsos, sed propter tempora reposita!"

49 et respondi et dixi: „Si inveni gratiam in conspectu
tuo, dominator domine, indica servo tuo etiam istud: num post
mortem nunc, cum reddimus singuli quisque animam nostram,
num custoditi custodimur in quiete, donec veniant illa tem-
pora, in quibus futurum est ut renoves creaturam tuam, an
ex hoc nunc cruciamur?" 50 et respondit et dixit ad me:
„Indicabo tibi etiam de isto, tu vero non coniunges animam
tuam cum inobedientibus neque connumerabis temet ipsum
cum iis qui cruciantur. habes enim thesaurum operum repo-
situm apud Altissimum, neque apparebit tibi usque ad tempora
novissima. 51 de morte autem hoc est verbum: quando exierit
decisio sententiae ab Altissimo super hominem ut moriatur
quando separatur spiritus a corpore, ut remittatur ad illum Ecc
qui dedit eum, 52 primo adorat gloriam Dei. 53 si autem est ex XII,
contemptoribus aut ex illis, qui non custodierunt vias Altissimi,

aut ex illis, qui oderunt timentes Deum, [54] animae istae promptuaria non ingrediuntur, [55] sed ex hoc nunc sunt in supplicio et gemunt et contristantur VII viis. [56] via prima quod restiterunt legi Altissimi. [57] via secunda, quod non possunt converti et facere bona, in quibus salventur. [58] via tertia, quod vident mercedem repositam illis, qui crediderunt. [59] via quarta, quando noverunt et intellexerunt supplicium, quod paratum est eis in novissimo, in quo corripientur animae impiorum, quia cum haberent tempus operationis, non subiecerunt se praeceptis Altissimi. [60] via quinta, quod vident promptuaria animarum aliarum, quae custodiuntur ab angelis in quiete multa. [61] via sexta, quod vident supplicium, quod ex hoc nunc paratum est eis. [62] via septima, quae maior est ceteris viis praedictis, quod tabescunt in confusione et consumuntur in pudore et marcescunt in timore, quia vident

---

59. cf. Clem. Recogn. II, 13, ubi Simon magus dicit: cum excedit (anima) e corpore, statim praenoscit futurum esse iudicium, et unumquemque pro his quae hic egerit malis poenas daturum, et ideo nolunt ulcisci interfectores suos, quia et ipsae pro suis malis quae hic commiserant perferunt cruciatus, et illis sciunt in iudicio graviora manere supplicia. super haec omnia nec permittitur eis exire aut facere quidquam ab angelis qui eis praesunt. Apocal. Baruch. 51 p. 86: prius enim videbunt, et postea ibunt ut crucientur. — 60. cf. quae de *τημελούχοις ἀγγέλοις* annotavi ad Petri Apocalypseos fragmenta (Nov. Test. extra can. rec. IV. p. 75 sq.). Hippolyti *ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνος περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας* ed. Lagard. p. 68, 11 sq.: *ὁ ᾅδης τόπος ἐστὶν ἐν τῇ κτίσει ἀκατασκεύαστος, χωρίον ὑπόγειον, ἐν ᾧ φῶς κόσμου οὐκ ἐπιλάμπει. — τοῦτο τὸ χωρίον εἰς φρούριον ἀπενεμήθη ψυχαῖς, ἐφ᾽ ᾧ κατεστάθησαν ἄγγελοι φρουροί, πρὸς τὰς ἑκάστων πράξεις διανέμοντες τὰς τῶν τόπων προσκαίρους κολάσεις. — — μία γὰρ εἰς τοῦτο τὸ χωρίον κάθοδος, οὗ τῇ πύλῃ ἐφεστῶτα ἀρχάγγελον ἅμα στρατιᾷ πεπιστεύκαμεν, ἣν πύλην διελθόντες οἱ καταγόμενοι ὑπὸ τῶν ἐπὶ τὰς ψυχὰς τεταγμένων ἀγγέλων οὐ μιᾷ ὁδῷ πορεύονται, ἀλλ᾽ οἱ μὲν δίκαιοι εἰς δεξιὰ φωταγωγούμενοι καὶ ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων κατὰ τόπον ἀγγέλων ὑμνούμενοι ἄγονται εἰς χωρίον φωτεινόν, ἐν ᾧ οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς δίκαιοι πολιτεύονται, — τούτῳ δὲ ὄνομα κεκλήκαμεν κόλπον Ἀβραάμ. οἱ δὲ ἄδικοι εἰς ἀριστερὰ ἕλκονται ὑπὸ ἀγγέλων κολαστῶν κτλ.*

gloriam Altissimi, in cuius conspectu nunc peccant dum vivunt, et coram quo futurum est ut in novissimo iudicentur. [63] illarum vero, quae custodierunt viam Altissimi, haec est via, quando venerit dies, ut liberentur de vase isto corruptibili. in illo enim tempore, quo habitaverunt in eo, subiecerunt se Altissimo in labore et in omnibus horis pertulerunt periculum, ut perfecte custodirent legem eius, eam quam posuit eis legem. [64] propter hoc istud est verbum de eis: primo vident in gaudio multo gloriam Altissimi, qui assumit eas, et requiescunt et eunt in VII viis. [65] via prima, quod in labore multo pugnaverunt, ut vincerent sensum malum, qui fictus fuit in eis, ne aberrarent a vita ad mortem. [66] via secunda, quod vident conversionem, in qua convertuntur et vexantur animae impiorum, et supplicium reservatum illis. [67] via tertia, quod vident testimonium, quod testificatus est de eis fictor earum, quia in vita sua custodierunt legem creditam. [68] via quarta, quod vident et intelligunt quietem — quia nunc, quando collectae fuerint in promptuariis suis, requiescunt in quiete multa et ab angelis custodiuntur — et gloriam reservatam eis in novissimo. [69] via quinta, quod gaudent, quomodo effugerint nunc ab eo, quod corrumpitur, et quomodo haereditabunt, quod futurum est; [70] et iterum vident tribulationem et multitudinem laboris, a quo liberatae fuerunt, et recreationes, quas futurum est ut accipiant, et oblectamenta quae recipient, et sunt immortales. [71] via sexta, quando ostendetur eis, quomodo futurum est ut facies eorum luceant sicut sol, et quomodo futurum est ut assimilentur luci stel- Mt. XIII,43. Dan. XII, 3.

---

63. „illorum vero quae custodierunt; codex ܕܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܢܛ̈ܪܘ, sed postea in genere feminino, ut error sit amanuensis pro ܕܢܛ̈ܪ, passim enim scriptione defectiva utitur noster etiam sine ribui.“ Ceriani. — „posuit, ܕܣܡ, primo erat ܕܣܝܡ quae posita fuit, sed. ܕܣܡ ܗܘ̇ ܠܢܡܘܣܗ, ut est locus in codice, in mendo esse videtur.“ Ceriani. — 66. cf. Origenis Philosophum. X, 34 p. 339: *ταρταρούχων ἀγγέλων κολαστῶν ὄμμα ἀεὶ μένον ἐν ἀπειλῇ.*

larum neque iterum corrumpentur. [72] via septima, quae maior
est ceteris praedictis, quod gloriantur cum fiducia et confi-
Mt. V,8. dunt neque confunduntur et accelerant, ut videant faciem
illius, cui subiecerunt se in vita sua, et illius, a quo futurum est ut glorificentur et ut accipiant mercedem. [73] hae sunt viae animarum iustorum, quae ex hoc nunc annunciantur. [74] et vias tormentorum praedictas recipient ex hoc nunc rebelles. animae istae in promptuaria non ingrediuntur, sed ex hoc nunc sunt cruciatae in supplicio et gemunt et lugent in VII viis.“ [75] et respondi et dixi: „Nunc vero dabiturne eis locus, aut tempus animabus, postquam separabantur a corporibus, ut viderent quod dixisti mihi.“ [76] et respondit et dixit ad me: „Septem sunt dies libertatis earum, in quibus VII diebus vident verba illa, quae dicta antea fuerunt, et postea colligentur in promptuaria sua.“

[77] et respondi et dixi: „Si inveni gratiam in oculis tuis, indica mihi servo tuo iterum etiam hoc: num in die iudicii poterunt iusti interrogare impios aut deprecari pro eis Altissimum, aut patres pro filiis suis, aut filii pro patribus suis, aut fratres pro fratribus suis, aut cognati pro cognatis suis, aut amici pro amicis suis?“ [78] et respondit et dixit ad me: „Quoniam invenisti gratiam in oculis meis, etiam de hoc indicabo tibi: dies iudicii dies est decretorius et omnibus ostendet signaculum veritatis. [79] sicut enim nunc non ablegat pater filium suum, [80] aut filius patrem suum, aut dominus servum suum, aut amicus dilectum suum, ut pro eo infirmetur, aut ut dormiat, aut ut manducet, aut ut sanetur: [81] sic etiam tunc non poterit quis ut deprecetur pro aliquo in illo die, [82] neque ut gravet aliquis aliquem. [83] omnes enim tunc portabunt singuli iustitiam suam aut iniquitatem suam.“ VII, [36] et respondi et dixi: „Et quomodo, domine, invenimus, quod oravit olim Abraham pro Sodomitis, et Moy-

77 sq. cf. Apocal. Baruch 85, quae ad v. 12 sq. notavi. — 79. 80. cf. Apocal. Esdrae p. 27. ed. Tischdf.: *τότε οὖν οὔτε ἀδελφὸς ἀδελφὸν ἐλεεῖ, οὔτε ἀνὴρ γυναῖκα, οὐ τέκνα γονεῖς, οὐ φίλοι φίλους, οὐ δοῦλος τὸν κύριον.* — 79. ablegat etc. c. ed. syr. —

ses in deserto pro patribus, quando peccaverunt, [37]et Hiesus filius Nun post eum pro Israel in diebus Achar, et Samuel in diebus Saul, [38]et David pro confractione populi, et Salomon pro eis, qui in sanctuarium, [39]et Elias pro iis, qui pluviam acceperunt, et pro mortuo, ut viveret, [40]et Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, et multi pro multis? [41]si ergo modo, quando corruptio increscebat, et iniustitia multiplicabatur, oraverunt iusti pro impiis, et quare, domine, etiam tunc sic non erit?" [42]et respondit et dixit ad me: „Istud saeculum habet finem, et gloria Dei non constanter manet in eo. propter hoc oraverunt validi pro invalidis. [43]dies autem iudicii finis est huius saeculi et initium saeculi futuri immortalis, in quo transibit corruptela, [44]et solvetur incontinentia, et abolebitur incredulitas, et crescet iustitia, et orietur veritas. [45]tunc ergo non poterit homo misereri super eum, qui victus fuit in iudicio, neque malefacere ei, qui vicit in iudicio."

et respondi; [46]et dixi: „Hic est sermo meus primus et novissimus, quoniam melius erat terrae non dare Adam, vel cum iam dedisset, commonuisse eum, ut non peccaret. [47]quodnam enim delectamentum est illis omnibus, qui venerunt, quia ecce vivunt in angustiis et mortui sperant supplicium? [48]o quid fecisti, Adam? si enim tu peccasti, sed non fuit malum tui solius, sed et nostrum, qui ex te sumus. [49]quaenam enim utilitas est, quoniam ecce promissum est nobis tempus immortale, nos autem opera mortalia egimus, [50]et quoniam indicata est nobis spes non deficiens, nos vero male vani facti sumus, [51]et quoniam ecce reposita sunt promptuaria sine cura et sine infirmitate, nos vero male conver-

38. „sanctuarium, supplendum verbum, cum etiam Latinus habeat: venerunt." Ceriani. ed. syr. permisit vertere: pro iis qui in sanctuario. —

46. „commonuisse eum, Syr. ܐܙܗܪܬܗ ... ܕ." Ceriani. — 49. „quaenam, Syr. ܡܢܟ a te, sed ex Latino Quid etc. et ex contextu corrigo ܡܢܐ, quod verti." Ceriani. —

sati sumus, [51] et quoniam ecce reposita sunt promptuaria sine cura et sine infirmitate, nos vero male conversati sumus nos, [52] et quoniam parata est gloria Altissimi protegere eos qui in castitate vixerunt, nos autem in viis malis ambulavimus, [53] et quoniam ostendetur paradisus, cuius non marcescunt fructus, in quo sunt deliciae et sanitas, nos vero non ingrediemur, quia ingrata loca coluimus, [55] et quoniam futurum est, ut facies iustorum luceant super stellas, et facies nostrae nigrescent super tenebras? [56] quia scilicet non cogitavimus nos in vita nostra, quando iniquitatem faciebamus, nos passuros esse post mortem nostram." [57] et respondit et dixit ad me: „Hoc est cogitamentum certaminis, quod certabit super terram qui natus est homo. [58] si victus fuerit, patietur quod dixi, si autem vicerit, recipiet quod dixi. [59] quoniam haec est via, qnam dixit Moyses cum viveret ad populum et dixit ad eos: „Ecce dedi coram vobis hodie vitam et mortem, bona et mala. eligite vobis ergo vitam, ut vivatis vos et semen vestrum." [60] et restiterunt et non obtemperaverunt ei neque prophetis, qui post eum, et mihi, qui locutus sum cum eis. [61] propter hoc non erit tristitia de perditione eorum, sicut futurum est gaudium de salute eorum, qui obtemperaverunt."

[62] et respondi et dixi ad eum: „Scio, domine, quoniam nunc vocatus est Altissimus misericors, quod misereatur iis, qui nondum advenerunt in saeculum; [63] et indulgens, quod indulgeat illis, qui se convertunt ad legem eius; [64] et longani-

---

56. c. Lehirio. ܐܬܟܡܡ Cerianio mutandum videbatur in ܐܬܟܡܝܡ. — 63. qui se convertunt ad legem eius c. textu syr. (contra legem eius Cer.) — 64. „quia servi eius, ܡܛܠ ܕܥܒ̈ܕܘܗܝ, Latinus in alia forma: quasi suis operibus; cum ex uno puncto subiecto sit tota differentia Syri, puto amanuensem errasse et scribendum esse ܡܛܠ ܕܥܒ̈ܕܘܗܝ quia opera eius, nisi potius ex Hebraeo archetypo male lecto pro vocalibus sic dedit Graecus, et ex eo Latinus." Ceriani. hebraeum archetypum omni fide caret. —

mis, quoniam longanimitatem praestat nobis, illis qui peccant, quia servi eius sumus, [65]et munificus, quoniam vult donare magis quam exigere, [66]et multae misericordiae, quoniam valde multiplicat misericordias iis, qui sunt nunc, et iis, qui praeterierunt, et iis, qui futuri sunt — [67]si enim non multiplicaverit misericordias suas, non poterit saeculum vivificavi cum iis, qui inhabitant in eo —; [68]et donator, quoniam si non donaverit in bonitate sua, ut alleventur iniqui de bonitate sua, et si non, non posset vivificari unus ex X millibus ex hominibus; [69]et iudex, quoniam si non agnoverit ex anima eorum, qui creati sunt verbo eius, et oblitus fuerit multitudinem iniquitatis eorum, et si non, non derelinqueretur ex innumerabili multitudine, nisi valde pauci." VIII, [1]et respondit et dixit ad me: „Hoc saeculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. [2]exponam autem similitudinem coram te, o Ezra: quomodo interrogabis terram, et dicet tibi, quemnam pulverem det abundantiorem, illumne, ex quo est argilla, an illum, ex quo est aurum: sic est actus huius saeculi. [3]multi creati sunt, sed pauci fuerunt salvati."

[4]et respondi et dixi: „Absorbe, anima mea, sensum, et bibe cor meum intelligentiam. [5]venis enim sine voluntate tua et abis cum non vis. non enim data est tibi potestas, nisi solummodo in vita temporis exigui. [6]o dominator domine, si iubes servo tuo, orabo coram te, et dabis nobis semen et culturam cordis novi, unde fiant fructus, ut vivere possit omne corruptibile, quod vestivit formam hominis. [7]unus enim es, et plasmatio una sumus nos, opus manuum tuarum, sicut dixisti. [8]et vivificans vivificas nobis nunc in matrice corpus, quod plasmasti, et componis membra, et conservatur creatio tua in igne et aqua, et IX mensibus patitur tna plasmatio creaturam quam creasti intra eam. [9]ipsum autem, quod ser-

69. „oblitus fuerit, ܢܛܥܐ, sed ex Latino deleverit corrigerem ܢܥܛܐ deleverit." Ceriani. — VIII, 2. similitudinem. codicis ܡܠܬܐ Ceriani secundum Lat. emendavit: ܡܬܠܐ, similitudinem. —

vat et quod servatur, utraque conservatione tui ipsius conser-
vantur. et quando iterum reddit matrix, quod factum est in
ea, 10 imperasti, ut ex ipsis membris esset lac, fructus ma-
millarum plenitudinis, 11 ut quod plasmatum est nutriatur
usque in tempus modicum, et postea disponis illud in tua
misericordia. 12 et enutris illud in tua iustitia et erudis illud
in lege tua et instruis illud in tuo intellectu 13 et mortificas
illud ut tuam creaturam et vivificas illud ut opus tuum. 14 si
ergo confestim et celeriter perdis hoc, quod hoc toto labore
multo plasmatum est in iussu tuo, et propter quid ergo fuit?
15 et nunc dicens dixi de omni homine, maxime autem tu
scis, quod de populo tuo doleo 16 et de haereditate tua, pro-
pter quam lugeo, et de Israel, propter quem tristis sum, et
de semine Jacob, propter quod conturbor. 17 ideo in-
cipiam orare et deprecabor coram te pro me et pro eis, quo-
niam ecce video lapsus nostrum, qui inhabitamus in saeculo.
18 sed et nunc audivi decretum iudicii futuri. 19 ideo audi
vocem meam et ausculta verba orationis meae, et loquar co-
ram te, domine Deus mi."

20 Initium verborum orationis Ezrae, quam oravit, prius-
quam assumeretur:

„Domine, qui habitas in aeternum, cuius superiora ele-
vata, et mensiones in aëre, 21 cuius thronus immensus, et
gloria incomprehensibilis, cui adstant exercitus cum timore,
22 cuius verbo in ignem et ventum convertuntur, cuius verbum
verum et sermo perseverans, 23 cuius iussio firma et verba
terribilia, cuius aspectus arefacit abyssum, et obiurgatio mon-
tes tabescere facit, cuius veritas testificatur, 24 exaudi vocem
servi tui et auribus percipe precationem figmenti tui et in-
tende in verba mea. 25 dum enim vivo, loquar, et dum sa-
pio, respondebo. 26 ne respicias delicta populi tui, sed eos,
qui tibi subiecti fuerunt in veritate. 27 neque attendas stul-
titias studiorum iniquorum, sed illos, qui in ignominia cu-
stodierunt pactiones tuas. 28 neque cogites de iis, qui male
conversati sunt in conspectu tuo, sed memorare, qui in vo-
luntate bona cognoverunt timorem tuum. 29 neque velis per-

dere eos, qui assimilati sunt iumentis, sed respice eos, qui
acceperunt splendorem legis tuae. [30] neque indigneris eis,
qui prave egerunt magis quam bestiae, sed dilige eos, qui
perseveranter in gloria tua confiderunt. [31] quoniam nos et
illi, qui ante nos, opera corruptionis egimus et insanivimus.
tu autem propter nos ipsos peccatores misericors vocatus es.
[32] nobis enim non habentibus opera si desideraveris ut mise-
rearis, indulgens vocaberis. [33] iusti enim, quibus sunt opera
reposita apud te, ex propriis operibus habent quod recipiant.
[34] aut quid est enim homo, ut ei indigneris, aut genus cor-
ruptibile, ut exacerberis de ipso? [35] vere enim nemo de ge-
nitis est, qui non inique gessit, neque ex iis, qui fuerunt,
qui non deliquit. [36] in hoc enim cognoscetur bonitas tua,
dominator domine, cum misertus fueris eis, qui non habent
vim operum."

[37] et respondit et dixit ad me: „Ex parte recte locutus
es, et iuxta sermones tuos, sic fiet. [38] quoniam vere non
cogitabo super plasma iniquorum, aut super mortem eorum,
aut super iudicium eorum, aut super perditionem eorum,
[39] sed iucundabor super adventum figmenti iustorum et super
salvationem eorum et super retributionem mercedis eorum.
[40] quomodo enim locutus sum, sic erit. [41] sicut enim agri-
cola, qui serit semina multa et plantas multas plantat, sed
non in tempore omnia semina salvantur, neque omnes plan-
tae mittunt radicem: sic et qui venerunt in saeculum, non
omnes salvabuntur." [42] et respondi et dixi: „Si inveni gra-
tiam in oculis tuis, loquar coram te. [43] semen enim agricolae
si non acceperit pluviam tuam in tempore suo, numquid sal-
vabitur? etiam vero pluvia multa corrumpitur. [44] hominem
autem, qui manibus tuis plasmatus est et imagini tuae simi-
latus est, propter quem creasti omnia, similasti semini
agricolae. [45] non, precor a te, domine, parce populo

---

45. „non, sic codex ܠܐ, sed ante ܠܐ linea alterius manu prae-ponitur, voluitne ܐܠܐ sed?" Ceriani. —

tuo et miserere haereditati tuae, creaturis enim tuis mi-
sereris."
46 et respondit et et dixit ad me: „Quae sunt praesentia
praesentibus, et quae futura futuris! 47 multum enim tibi
deest, ut possis diligere creaturam meam super me. tu au-
tem multum assimilasti te ipsum impiis. non erit sic. 48 sed
etiam in isto glorificaberis coram Altissimo, 49 quoniam hu-
miliasti te sicut decet te et non iudicasti te ipsum parem
iustis. propter hoc plurimum glorificaberis. 50 propterea quod
afflictione multa affligentur, qui habitant saeculum in novis-
simo, propter superbiam multam, qua superbierunt. 51 tu au-
tem quod de temet ipso intellege et de gloria eorum, qui
sunt similes tui, inquire. 52 vobis enim apertus est paradi-
sus, et plantata est arbor vitae, et praeparatum est saeculum
futurum, et paratae sunt deliciae, et aedificata est civitas, et
constituta est requies, et perfecta est bonitas, et completa
est sapientia. 53 et radix signata est a vobis, et infirmitas
extincta est a vobis, et mors absconsa est, et infernus fugit,
et corruptio in oblivionem abiit, 54 et dolores recesserunt a
vobis, et in fine ostensi sunt thesauri vitae. 55 ne ergo ad-
iicias iterum ut inquiras de multis illis, qui pereunt. 56 nam
ipsi acceperunt libertatem et spreverunt Altissimum et legem
eius multiplicaverunt contemnere et vias eius cessare fecerunt.
57 etiam sanctos eius conculcaverunt 58 et dixerunt in corde
suo non esse Deum, cum scientes scirent, quoniam morientes
morientur. 59 propter hoc sicut exspectant vos quae praedicta
sunt, sic etiam eos sitit cruciatus, qui praeparatus est. non
enim vult Altissimus perire homines. 60 sed illi, qui creati
sunt, inhonoraverunt nomen factoris sui et benignitatem ab-
negaverunt neque confessi sunt me, qui praeparavi eis vitam.
61 quapropter iudicium meum appropinquavit. 62 quod non de-
monstravi multis, nisi tibi et tibi similibus paucis."

---

47. diligere, ܠܡܚܒܘܗ emend. Ceriani, ܠܡܚܒܢܘܗ cod. — creaturam meam, ܠܒܪܝܬܝ emend. Cer., ܠܒܪܝܬܟ cod. —

et respondi et dixi: [63]„Ecce nunc, domine, demonstrasti mihi multitudinem signorum, quae futurum est ut facias in diebus novissimis, sed non demonstrasti mihi, quo tempore.“ IX, [1]et respondit et dixit ad me: „Metiens metire in temet ipso. quia cum videris, quoniam transierit pars una signorum, quae praedicta sunt, [2]tunc intellege, quoniam ipsum est tempus, in quo futurum est ut Altissimus visitet saeculum, quod ab eo factum est. [3]et quando videbuntur in saeculo motiones locorum et tumultus turbarum et fraus populorum et turbationes rectorum et commotio principum, [4]tunc intellege, quoniam de his erat Altissimus locutus ab initio. [5]sicut enim omne, quod factum est in saeculo, notum est initium eius, et consummatio eius manifesta: [6]sic et Altissimi tempora, initia eorum nota in signis et in prodigiis et in virtutibus, et consummatio eorum in vindicta et in signis. [7]et erit, omnis qui salvus factus fuerit, et omnis qui potuerit effugere per opera sua aut per fidem suam, in qua credidit, [8]ipse relinquetur de praedicto periculo et videbit salutare meum in terra mea et in finibus meis, quae sanctificavi mihi a saeculo. [9]at tunc mirabuntur, qui nunc neglexerunt vias meas, et in tormentis erunt, qui contempserunt et proiecerunt eas. [10]quotquot enim non cognoverunt me in vita sua, quando benefaciebam eis, [11]et quotquot superbierunt contra legem meam, habentes libertatem, [12]et cum apertus esset eis locus longanimitatis, et non intellexerunt, sed neglexerunt, hos oportebat post mortem cognoscere. [13]tu ergo noli investigare ex hoc nunc, quomodo impii cruciabuntur, sed inquire, quomodo iusti salvabuntur, quorum est saeculum, et propter quos etiam factum est saeculum.“

---

9. „eas, codex ܐܠܘܢ, quod ex ܐܘܪ̈ܚܬܝ vias meas, cui refertur, mutandum in ܐܠܝܢ.“ Ceriani. — 12. „hos oportebat' ܠܗܠܝܢ ܕܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ, sed ܕ delendum esse patet.“ Ceriani. —

[14]et respondi et dixi: [15]„Etiam nunc iterum dico et
postea iterum dicam, quoniam plures sunt, qui pereunt, quam
qui salvantur, [16]sicut multiplicati sunt fluctus super guttam
parvam.“ et respondit et dixit ad me: [17]„Qualis locus, talia et
semina eius, et quales flores, tales et tincturae. et qualis
operator, tales et odores, et qualis agricola, talis et area.
quoniam in tempore fuit saeculi, [18]quando paraveram eis, qui
nunc sunt, antequam fierent saecula, in quo habitarent. et
nemo mihi contradixit; [19]neque enim erat homo, et nunc, quod
creati fuerunt super mundo parato et super mensa indefici-
enti et super lege investigabili, corrupti sunt in operibus suis.
[20]et consideravi saeculum meum, et ecce perditum, et orbem
terrarum meum, et ecce fuit in periculo propter conversationes
habitatorum eius. [21]et vidi et peperci exigue modico et sal-
vavi mihi racemum de botro et plantam de silva multa. [22]per-
eat ergo multitudo, quia facta est in vanitatem, et servetur
racemus meus et planta mea, quae in multo labore facta
sunt. [23]tu autem si separaveris VII dies alios, sed non
iterum ieiunabis in eis, [24]et ito in campum florum, ubi do-
mus non est aedificata, et manduca solummodo de floribus
campi et carnem non gustabis et vinum non bibes, sed so-
lummodo flores [25]et deprecare Altissimum ardenter, et ve-
niam ad te et loquar tecum.“

IV.

[26]Et profectus sum, sicut praecepit mihi, in campum,
qui vocatur Arphad, et sedi ibi super floribus terrae et de
herbis agri manducavi, et facta est esca earum mihi in satu-
ritatem. [27]et factum est post dies VII, et ego discumbebam
super foenum, et coeperat cor meum iterum turbari super
me, sicut ante, [28]et apertum est os meum, et inchoavi lo-
qui coram Altissimo et dixi: [29]„O dominator domine, te
ostendens ostensus es patribus nostris in deserto Sinai, quando

---

15. Olim locutus sum et nunc lat., olim locutus sum om. syr. — 19. neque c. ed. syr. — lege. *νόμῳ* pro *νομῷ*. — 20. conversationes vel: mores c. ed. syr. —

29. et cum pertransiret c. int., et cum non pertransiret supplevit e lat. Ceriani. —

exierant de Aegypto, et quando pertransibant in deserto, in
terra, in qua non erat fructus, et cum pertransiret in ea
homo, et dixisti eis: 30 „Tu, Israel, audi me, et semen Ja-
cob, intende sermonibus meis. 31 ecce enim semino in
vobis legem meam et faciet in vobis fructus iustitiae, et glo-
rificabimini in ea in saeculum. 32 patres nostri autem acce-
perunt legem et non servaverunt eam, et praecepta et non
perfecerunt ea. et facti sunt fructus legis tuae non pereuntes,
nec enim poterant perire, quoniam tua erat. 33 illi vero, qui
acceperunt eam, perierunt, quia non custodierunt, quod in
eis seminatum fuerat. 34 et haec lex est, ut cum acceperit
terra semen, vel mare navem, vel vas aliud, quae reponi-
tur in ea escam: 35 vel quod repositum est, vel quod
custoditum est, ista corrumpantur, illa vero, quae suscepe-
runt ea, maneant. apud nos autem nequaquam sic factum
est. 36 sed nos, qui legem accepimus et peccamus, perimus
cum corde nostro, quod suscepit eam, 37 lex tua autem non
periit, sed permanet in gloria sua."

38 et cum loquerer haec in corde meo, respexi oculis
meis et vidi mulierem a dextera parte lugentem et plorantem
cum voce magna, et in anima sua ingemiscebat et angustia-
batur valde, et vestimenta eius discissa erant, et pulvis pro-
iectus erat super caput eius. 39 et ego dimisi cogitatus, quos
eram cogitans, et conversus sum ad eam et dixi ei: 40 „Ut
quid fles et angustiaris in anima tua?" et respondit et dixit
ad me: 41 „Dimitte me, domine mi, ut defleam super animam
meam, et adiiciam iterum ingemiscere, quoniam valde amaro
sum animo et vehementer humiliata sum." 42 et ego dixi ei:
„Narra mihi, quid contigit tibi?" et respondit et dixit ad me:
43 „Sterilis fui ego famula tua et non peperi, cum fuissem
cum marito meo annis XXX. 44 ego autem quotidie et sin-
gulis horis his XXX annis rogabam et deprecabar Altissimum
die ac nocte. 45 et factum est, post hos XXX annos exaudi-
vit Deus vocem ancillae tuae et vidit humilitatem eius et at-
tendit tribulationibus meis et dedit mihi filium. et gavisa et
iucundata sum in eo valde ego et vir meus et omnes cives

mei, et honorificavimus Fortem. [46]et nutrivi eum in labore multo. [47]et cum crevisset, veni accipere ei uxorem et feci diem epuli et iucunditatem magnam. X. [1]et factum est, cum introisset filius meus in thalamum suum, cecidit et mortuus est. [2]ego autem everti lucernas, et surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me, et ego quievi usque in diem extremum et usque in noctem. [3]et postquam obdormissent omnes et putarent, quod etiam ego obdormirem: et surrexi nocte et fugi et veni, sicut ecce vides, in hunc campum. [4]et cogito iterum non ingredi in civitatem, sed hic consistere et non manducare neque bibere, sed sine intermissione esse lugentem et ieiunantem, usque dum moriar.“ [5]ego autem dereliqui cogitationes meas, quas cogitabam, et respondi in iracundia et dixi ad eam: [6]Valde stulta es mulier super omnes mulieres. nonne vides luctum nostrum, et quae nobis contigerunt? [7]quoniam ecce Sion mater nostrum omnium in tristitia multa est et in humilitate magna humiliata est. [8]nunc autem lugere oportet; omnes nos lugemus. tu enim contristaris super filio uno, nos autem totus mundus super matre nostra. [9]interroga autem terram, et dicet tibi, quoniam ipsa debet lugere, quia multi sunt, qui fuerunt super eam. [10]et ab initio omnes qui fuerunt super eam et alii qui venient, ecce omnes in perditionem eunt, et in exterminium fit multitudo eorum. [11]quis ergo debet lugere magis: illa quae hanc totam multitudinem amisit, an tu, quae super uno luges? si autem dixeris mihi, [12]quoniam non est luctus meus similis illi terrae, quoniam ego fructum ventris mei amisi, quem in doloribus peperi et in afflictionibus nutrivi, [13]terra enim secundum naturam terrae abiit multitudo,

47. epuli, ܕܡܫܪܝܐ, quae vox Ceriano innuere videtur diem, quo deducta sit sponsa in domum sponsi, ut in ea habitaret, Lehirio (in ed. syr.) graecae voci *κατάλυμα* respondere, saepius significanti: coenaculum. — X, 2. extremum c. ed. syr. — 8. „mundus, ܥܠܡܐ, sed libenter legerem ܥܡܐ populus.“ Ceriani. — 12. „fructum, codex ܦܐܪܗ̇ fructus, sed mox quem ܕ ܗܘ̇.“ Ceriani. —

quae venit ad eam, quomodo venit: ego autem iterum dico
tibi. 14 sicut tu in labore peperisti, sic et terra dedit fructus
suos, ab initio hominem ei qui fecit eam. 15 nunc ergo re-
tine intra te dolorem tuum et fortiter fer calamitatem, quae
tibi contigit. 16 quia si iustificaveris sententiam Altissimi, et
filium tuum recipies in tempore et in mulieribus collaudaberis.
17 ingredere ergo in civitatem ad virum tuum." et respondit
et dicit ad me: 18 „Non faciam ita neque ingrediar civitatem
neque apud virum meum, sed hic moriar." 19 et apposui
adhuc loqui cum ea et dixi ei: 20 „Nequaquam, mulier, ne-
quaqnam mulier, noli facere hunc sermonem, sed consenti
persuaderi ob calamitatem Sion et consolare propter dolorem
Jerusalem. 21 ecce enim vides sanctificationes nostras deser-
tas et altaria nostra demolita et templum nostrum destructum
22 et ministerium nostrum abolitum et hymnum nostrum sub-
latum et gloriationem nostram lapsam et lumen candelabri nostri extinctum et arcam testamenti direptam et sancta nostra contaminata et nomen quod invocatum est super nos profanatum et liberos nostros contumeliam passos et sacerdotes nostros succensos in igne et Levitas nostros in captivitatem abductos et virgines nostras contaminatas, et mulieres nostrae contumeliam passae sunt per vim, et videntes nostri rapti sunt, et speculatores nostri dispersi sunt, et subiecti fuerunt iuvenes nostri, et fortes nostri miseri facti sunt. 23 quod
autem omnium maius de signaculo Sion, quoniam sublatum fuit signaculum gloriae eius nunc, et tradita est in manum odientium nos. 24 tu ergo excute abs de multitudinem dolorum tuorum, ut tibi repropitietur Fortis, et quiescere faciat a te Altissimus dolores laboris tui."

25 et factum est, cum loquebar cum ea, et ecce facies eius relucescebat valde, et sicut similitudo fulguris facta est

---

14. qui fecit eam. „qui fecit eum, sic codex ܕܒܪܗ, sed superscripto puncto diacritico eam legeret cum Latino, et ex ipso contextu." Ceriani. — 22. speculatores nostri, ܕܝܢܝ̈ܢ, ut ܕܝܢܐ Dajono index." Ceriani. —

species vultus eius, et timui valde appropinquare ad eam, et
cor meum vehementer obstupefactum erat. et cum cogitarem,
quid esset ista visio, 26 subito clamavit voce magna et timore
plena, ut commoveretur tota terra a voce eius. et vidi, 27 et
ecce amplius mulier non comparebat mihi, sed civitas quae
aedificabatur, et locus apparebat tamquam te fundamentis
magnis. et timui et clamavi voce magna et dixi: 28 „Ubi est
Uriel angelus, qui a die primo venerat ad me? quoniam ipse
me fecit venire ad multitudinem terroris huius, et factus est
finis meus in corruptionem, et oratio mea in improperium."
29 et dum essem loquens haec, cum proiectus essem
ut mortuus super terra, venit ad me angelus, qui veniebat
ad me antea, et vidit me 30 proiectum super terra ut mortuum,
et sensus meus alienatus erat, et tenuit dexteram
meam et confortavit me et statuit me super pedes meos et
dixit mihi: 31 „Quid tibi? et de quo commoveris? et quare
alienatus est intellectus tuus et sensus cordis tui?" et dixi
ei: 32 „Quoniam dereliquisti me, ego enim feci, ut dixisti
mihi, et in campum, et ecce vidi et video, quod non possum
explicare." et respondit et dixit ad me: 33 „Sta super
pedes tuos, et demonstrabo tibi." et dixi ei: 34 „Loquere, domine
mi, et tantum ne derelinquas me, ut non moriar in
tempore non meo. 35 quoniam vidi, quae non sciebam, et
audio, quae non cognosco. 36 aut numquid sensus meus
fallit me, et anima mea somnium videt? 37 nunc autem deprecor
te. domine mi, demonstra servo tuo de visione hac
terribili." et respondit et dixit ad me: 38 „Audi me, et docebo
te et revelabo tibi, de quibus times. quoniam Altissimus
revelavit tibi mysteria multa. 39 vidit enim rectitudinem
tuam, quoniam valde contristaris de populo tuo et valde luges
super populum tuum et valde luges super Sion. 40 hoc
est igitur verbum: mulier, quae apparuit tibi ante paululum,
41 quae lugebat, et inchoasti consolari eam, 42 et nunc non

---

32. „et in campum." cod. syr. om. exivi (lat.) vel veni (Ceriani), quamobrem iam prima manus in margine notavit: „vide"! —

sicut mulier apparet tibi, sed apparuit tibi sicut civitas quae
aedificatur, 43 et quod enarrabat tibi de calamitate filii sui,
haec solutio est: 44 mulier, quam vidisti, haec est Sion, quam
nunc conspicis ut civitatem aedificari. 45 et quod dixit tibi
de semetipsa, quia sterilis fuit XXX annis, quoniam fuit in
saeculo tria millia annorum, quando non offerebatur in ea
oblatio. 46 et factum est post tria millia annorum, aedificavit
Salomon civitatem et obtulit in ea oblationem, tunc ipsum
fuit, quod peperit sterilis filium. 47 et quod dixit tibi, quo-
niam nutrivit eum in labore, hoc fuit habitatio Jerusalem.
48 et quod dixit tibi, quod filius meus ingressus est intra
thalamum suum et mortuus est, haec est ruina et calamitas
Jerusalem. 49 et quod vidisti similitudinem eius, quomodo
lugebat filios suos, et tu inchoasti consolari eam de his,
quae contigerunt ei. 50 et nunc vidit Altissimus, quoniam
ex tota anima tua contristatus es et ex toto corde tuo doles
super ea, et ostendit tibi claritatem gloriae et pulchritudinem
decoris eius. 51 propterea dixi tibi, ut exspectares me in
campo, ubi domus non est aedificata. 52 sciebam enim, quo-
niam futurum erat, ut Altissimus tibi ostenderet haec omnia.
53 propterea dixi tibi, ut venires in locum, ubi non est fun-
damentum aedificii. 54 nec enim poterat opus hominis manere
in loco, ubi futurum erat, ut Altissimi civitas ostenderetur.
55 tu autem ne timeas, neque commoveatur cor tuum, sed in-
gredere et vide claritatem gloriae eius et magnitudinem aedi-
ficii eius, quantum capax est visus oculorum tuorum ut videas,
56 et post haec audies, quantum capit auditus aurium tuarum
ut audias. 57 tu enim fuisti beatus prae multis et nominatus es
apud Altissimum sicut pauci. 58 nocte autem crastina mane-
bis hic, 59 et ostendet tibi Altissimus visionem revelationum,
quas faciet Altissimus habitatoribus terrae in novissimis
diebus."

---

47. „in labore, hoc. codex ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ, in mundo hoc; ex Latino cum labore, hoc corrigo ܒܥܡܠܐ ܗܢܐ, quod dedi." Ceriani. —

V.

[60] et dormivi illic noctem aliam, sicut praecepit mihi.
XI. [1] et fuit in nocte secunda, vidi visionem, et ecce ascendebat de mari aquila magna in magnitudine sua valde, et erant ei XII alae et capita tria. [2] et vidi, et ecce expandebat alas suas in omnem terram, et omnes venti caeli ad eam insufflabant, et nubes ad eam colligebantur. [3] et vidi de alis eius quod nascebantur alae minutae ot exiles et modicae.
[4] capita autem eius quiescebant, caput autem medium maius erat aliis, verumtamen etiam ipsum quiescebat cum eis. [5] et vidi, et ecce aquila praecepit alis suis, ut dominarentur universae terrae et habitatorum eius. [6] et vidi, quomodo subiiciebantur ei omnia quae sub caelo, et nihil resistebat ei de creaturis, quae super terram. [7] et vidi, et ecce surrexit aquila super ungues suos et emisit vocem alis suis et dixit eis: „Ite, dominamini universae terrae, nunc autem quiescite
[8] et nolite vigilare omnes simul, sed dormite unaquaeque vestrum in loco suo et per tempus vigilabitis. [9] capita autem ad novissimum serventur.“ [10] et vidi, quod vox eius non exibat de capitibus eius, sed de medio corporis eius. [11] et numeravi modicas alas eius, et ipsae quoque erant VIII. —
[12] et vidi, et ecce a dextero latere surrexit una ala et dominata est super omnem terram. [13] et vidi, quia venit finis eius, et interiit, ut non appareret neque locus eius. et vidi, et ecce exsurrexit ala secunda et dominata est et ipsa universae terrae multum tempus. [14] et factum est, cum dominata esset, venit finis eius, ut interiret, sicut prior. [15] et ecce, vox audita est illi dicens: [16] „Audi, tu es, quae toto tempore isto tenuisti terram. hanc annunciationem annunciabo antequam intereas. [17] nemo ex iis qui post te tenebit sicut

XI, 5. praecepit. ἔφη pro ἔπτη. — 13. „et interiit, hic et passim in sequentibus sic verti verbum ܐܬܛܫܝ, quod pro graeco ἀφανίζομαι est Baruch III, 19 Pes., Latinus vero reddidisset verbum graecum, si illud erat, stricte non apparere, non comparere v. 14 et in sequentibus.“ Ceriani. — 17. „nemo ut Latinus, sed Syrus [illegible] ܠܐ etiam alae referri posse putarem.“ Ceriani. —

istud totum tempus, neque sicut dimidium eius. 18 et vidi,
et ecce surrexit ala tertia, et dominata est etiam ipsa, sicut
sociae eius priores super universam terram et interiit et ipsa
sicut priores. 19 et sic contigerat omnibus alis singulatim
dominari et item interire. — 20 et vidi, et ecce in tempore
alae modicae etiam ipsae surrexerunt a dextero latere, ut te-
nerent terram, et ex eis tenebant, sed tamen statim interi-
bant. 21 et ex eis surgebant, sed non tenebant dominatum.
22 et vidi post haec, et XII alae eius interierant et duae ex
alis modicis. 23 et nihil superfuit de corpore aquilae, nisi
solum tria capita quae quiescebant et VI alae modicae. —
24 et vidi, et ecce de ipsis alis modicis divisae sunt duae
alae et iverunt et steterunt sub capite, quod in dextero la-
tere, IV autem manserunt in loco suo. 25 et vidi, et ecce
illae IV alae modicae cogitabant surgere et tenere dominatum.
26 et vidi, et ecce surrexit una, sed statim interiit, 27 et item
secunda, sed et ipsa interiit velocius quam prior. 28 et vidi,
et ecce illae duae, quae ex iis superfuerunt, cogitabant a se
et ipsae tenere principatum. 29 et dum ipsae cogitarent do-
minari super terram, vidi, et ecce unum capitum, quae qui-
escebant, medium evigilavit, ipsum autem maius erat duobus
capitibus aliis 30 ...... duo secum. 31 et cum duobus, quae
cum eo, conversum est et comedit duas alas modicas, quae co-
gitabant dominari. — 32 ipsum autem illud caput tenuit omnem
terram et humiliavit habitatores eius in labore multo et inva-
luit super orbem prae omnibus alis, quae fuerunt. 33 et vidi
post haec, et ecce subito caput medium interiit, et ipsum
sicut et alae. 34 superfuerunt autem duo capita, et ipsa do-
minata sunt super universam terram et super habitatores eius.
35 et vidi, et ecce devoravit caput quod in dextero latere illud
quod in laeco. 36 et audivi vocem dicentem mihi: „Conspice
contra te, Ezra, et vide quem vides finem." 37 et vidi, et

---

37. „silva, codex ܓܒܐ latere, sed ex Latino silva hic, et loco parallelo Syro XII, 31 corrigendum ܥܒܐ, quod dedi." Ceriani. —

ecce sicut leo qui excitatus est de silva clamans et rugiens,
et audivi, quomodo emisit vocem hominis ad aquilam. et lo-
cutus est et dixit ei: 38 „Audi tu, aquila, et dicam tibi. dicit
tibi Altissimus: 39 „Nonne tu es, quae superfuisti de IV anima-
libus, quae feceram dominari super saeculum meum, et ut
per ea veniret finis temporum? 40 tu autem quarta venisti
et devicisti omnia animalia quae transierunt et invaluisti su-
per saeculum in laboribus multis et super omnem orbem in
violentia amara. et cum dolo inhabitasti in orbe tempore
multo 41 et iudicasti terram non in veritate. 42 spoliasti enim
et diripuisti pios et veraces et male tractasti humiles et odi-
sti rectos et dilexisti mendaces et destruxisti munitiones eo-
rum, qui abundabant, et humiliasti muros eorum, qui
te non nocuerunt. 43 et ascendit contumelia tua apud
Altissimum et apud Fortem. 44 et respexit Altissimus in
tempora sua, et ecce finita sunt, et saecula eius completa
sunt. 45 propterea interiens interibis tu aquila et alae tuae
excelsae et alae tuae modicae et malae et capita tua amara
et ungues tui mali et totum corpus tuum exosum et malum,
46 uti refrigeretur et allevetur omnis terra, cum scilicet libe-
rata fuerit de vi, quae sperat iudicium et misericordiam fa-
ctoris sui.“ XII. 1 et factum est, cum locutus fuisset leo verba
haec ad aquilam, vidi, 2 et ecce quod superfuit caput interiit
subito, et tunc illae duae alae, quae ad ipsum transierunt,
surrexerunt ut dominarentur. et principatui earum erit finis,
et tumultu erit plenus. 3 et vidi, quia et ipsae interierunt,
et totum corpus aquilae incendebatur, terra autem stupebat
valde.

ego autem a multitudine terroris et a magno timore vi-
gilavi et dixi spiritui meo: 4 „Tu praestitisti mihi haec omnia,
quia scrutaris vias Altissimi. 5 et ecce dissolutus sum in
anima mea, et spiritus meus defecit valde, et nec modica
superfuit in me virtus a multo timore, quem timui nocte hac.
6 et nunc orabo Altissimum, et confortabit me usque in finem.“
7 et dixi: „O dominator domine, si inveni gratiam in oculis
tuis, et si vere beatus sum apud te prae multis, et si in

veritate ascendit deprecatio mea ante maiestatem faciei tuae,
8 conforta me et ostende mihi servo tuo interpretationem et
distinctionem visus huius, quem vidi, ut plene consoleris
animam meam. 9 nonne enim dignum me esse reputasti,
cui revelares finem temporum et novissimum horarum?“

et respondit et dixit ad me: 10 „Haec est interpretatio
visionis, quam vidisti. 11 aquilam quam vidisti, quae ascen-
dit de mari, hoc est regnum quartum, quod visum est in
visione fratri tuo Danieli. 12 sed non est illi interpretatum,
quomodo nunc tibi interpretor, aut quomodo interpretatus
sum tibi. 13 ecce dies veniunt, et exsurget regnum super
terram, et erit terribile prae omnibus regnis, quae fuerunt
ante ipsum. 14 et regnabunt in eo XII reges, unus post
unum. 15 secundus autem cum regnabit, ipse tenebit amplius
tempus prae XII. 16 haec est interpretatio XII alarum, quas
vidisti. 17 et quoniam vidisti vocem, quae loquebatur et non
exibat de capite aquilae, sed de medio corporis eius, 18 hoc
est verbum: quoniam inter tempus regni illius erunt divisiones
multae, et periclitabitur ut cadat, et non cadet tunc, nisi ut
iterum constituatur in suum principatum pristinum. 19 et
quoniam vidisti alas modicas VIII, quae prodierunt sub alis
eius, 20 hoc est verbum: exsurgent enim in ipso VIII reges,
quorum erunt tempora levia, et horae citatae, et duo ex
ipsis perient, 21 cum adveniet tempus, quod medium erit, et
IV servabuntur ad tempus, ut cum advenerit tempus eius, fini-
atur, duo vero in finem servabuntur. 22 et quoniam vidisti
in ea tria capita quiescentia, 23 hoc est verbum: in novissimo
temporum suscitabit Altissimus tres reges, et renovabunt in
eo multa et conterent terram 24 et habitatores eius in la-
bore multo super omnes qui fuerunt ante eos. propter hoc
ipsi vocati sunt capita aquilae. 25 ipsi enim sunt, qui reno-
vabunt impietatem eius, et ipsi perficient ei novissimum eius.
26 et quoniam vidisti illud unum caput maius, quod interiit:
quoniam unus ex eis tantum super lectum suum morietur,
etiam ipse autem cum tormentis. 27 illi autem duo, qui su-

perfuerint, gladius eos comedet. [28] quoniam gladius unius comedet socium suum; at vero etiam ipse in novissimo in gladio cadet. [29] et quoniam vidisti alas duas, quae traiecerunt ad caput, quod in dextero latere, [30] hoc est verbum: hi sunt, quos separavit Altissimus in finem suum, et regno eorum erit finis, et turbationis erit plenum, [31] sicut vidisti. et quod vidisti leonem, qui de silva evigilavit clamans et rugiens et loquens ad aquilam et arguebat eam de iniquitate eius, et omnes sermones, sicut audisti: [32] hic est Unctus, quem servavit Altissimus in finem dierum, qui orietur ex semine David, et veniet et loquetur cum eis et arguet illos de impietate eorum et super maleficio eorum exprobrabit illos et ordinabit coram eis iniquitatem eorum. [33] statuet enim eos coram me in iudicio eorum vivos. et erit, cum arguerit eos, tunc perdet eos. [34] residuum autem populum meum liberabit in misericordia, eos, qui permanserunt in finibus meis, et iucundabit eos, quoadusque veniet finis diei iudicii, de quo locutus sum tecum ab initio. [35] haec est visio quam vidisti, et haec est interpretatio eius. [36] et tu solus dignus fuisti scire secretum Altissimi. [37] scribe ergo in libro ista omnia quae vidisti et pone ea in loco abscondito [38] et doce ea sapientes populi tui, quorum corda nosti posse capere ad servandum secreta haec. [39] tu autem adhuc sustine hic alios dies VII, ut tibi ostendatur, quod vult Altissimus ostendere tibi.“ [40] et profectus est a me.

et factum est, cum vidisset populus, quoniam pertransierunt VII dies, et ego non fuissem reversus in civitatem, congregavit se universus populus a minimo usque ad maximum. et surrexerunt et venerunt ad me et responderunt et dicunt mihi: [41] „Quid peccavimus tibi, aut quid mali egimus in te, quoniam dereliquisti nos et sedisti in loco hoc? [42] tu enim nobis superfuisti ex omnibus prophetis, sicut botrus de

---

28. „socium suum, codex ܠܚܪܒܗ, gladium suum, ex contextu et ex Latino qui cum eo corrigo ܠܚܒܪܗ, ut dedi.“ Ceriani. —

vindemia, et sicut lucerna in loco obscuro, et sicut portus salvationis navi, quando constituta est in tempestate. [43] aut non sufficiunt nobis mala quae contigerunt nobis, nisi et tu nos derelinquas? [44] si autem nos dereliqueris, nobis erat melius, si fuissemus succensi et nos in incendio Sion. [45] nec enim sumus meliores iis, qui ibi mortui sunt.“ et ploravi voce magna et respondi et dixi ad eos: [46] „Confide Israel, et noli tristari tu domus Jacob. [47] est enim memoria vestri coram Altissimo, et Fortis non obliviscetur vestri in aeternum. [48] ego autem non dereliqui vos neque derelinquam vos, sed veni in hunc locum, ut deprecarer pro desolatione Sion, et ut quaererem misericordiam pro humilitate sanctuarii nostri. [49] et nunc ite unusquisque in domum suam, et ego veniam ad vos post dies istos.“ [50] et profectus est populus in civitatem, sicut dixi eis. [51] ego autem sedi in campo VII diebus, sicut mihi mandavit. et manducabam de floribus agri solummodo, et de herbis facta est esca mea in diebus illis.

VI.

XIII. [1] Et factum est post dies VII, et vidi visionem nocte. [2] et ecce ventus magnus exsurrexit in mari, ut conturbaret omnes fluctus eius. [3] et vidi, et ecce ipse ventus ascendere faciebat de corde maris tanquam similitudinem hominis et vidi, et ecce volabat ipse ille homo cum nubibus coeli. et ubi vultum suum vertebat ut consideraret et videret, tremebant omnia a conspectu visus eius, [4] et ubi exibat vox oris eius, liquescebant omnes qui audiebant vocem eius, sicut liquescit cera, quando sentiat ignem. [5] et vidi post haec, et ecce congregata est multitudo hominum, quorum non erat numerus, de IV ventis coeli, ut pugnarent cum homine, qui ascenderat de mari. [6] vidi autem, quod excidit sibi montem excelsum et volavit et stetit super eum. [7] ego autem quae-

---

45. ploravi. Ἔκλαιον quasi 1. sing., cf. ar.[1] —

XIII, 4. „quando sentiat ignem, Syrus ܡܐ ܕܡܪܓܫܐ ܗܘ ܢܘܪܐ, sensu eodem, sed diversa phrasi.“ Ceriani. —

sivi videre regionem vel locum, unde excisus esset mons ille, et non potui. [8]et post haec vidi, et ecce omnes, qui congregati sunt, ut pugnarent cum eo, timebant valde, attamen audebant pugnare. [9]et ut vidit impetum adventus multitudinis, quae venerat, non levavit manum suam neque frameam tenebat neque aliquod ex omnibus vasis bellicosis, sed vidi, [10]quomodo emittebat de ore suo solummodo sicut fluctus ignis, et de labiis eius spiritum flammae, et de lingua eius eiiciebat carbones procellae, et haec commista sunt omnia simul: flutus ignis et spiritus flammae et multitudo procellae, [11]et conciderunt super impetum adventus illius populi multi, qui praeparatus erat pugnare, et succendit omnes, ut subito nihil videretur de multitudine turbae innumerabilis, nisi solummodo pulvis cineris et fumi odor. et vidi et obstupui. [12]et post haec vidi illum hominem descendisse de monte illo, et vocabat ad se multitudinem turbae alius pacificae. [13]et accedebant ad eum vultus hominum multorum, ex eis autem gaudebant, ex ex eis tristes, et ex eis alligati, et ex eis adducentes, quae offerebantur.

ego autem a multitudine terroris expergefactus sum et deprecatus sum Altissimum et dixi: [14]„Tu es, qui ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia haec, et cum non essem dignus, reputasti me ut susciperes deprecationem meam. [15]et nunc revela mihi etiam interpretationem visionis huius. [16]sicut enim existimo in sensu meo, vae iis, qui derelicti fuerint in diebus illis! et multo plus etiam vae illis, qui non sint derelicti! [17]quia enim non sunt derelicti, tristes erunt. [18]in eis, quae sunt reservata illis, qui derelinquentur in novissimis diebus, ipsi autem non pervenient ad ea. et iis, qui derelicti sunt, [19]propter hoc vae! videbunt enim pericula magna cum necessitatibus multis, sicut ostendunt visiones

---

13. „et accedebant, codex ܗܘܘ ܡܬܩܪܒܝܢ ܘܗܘܘ, alterutrum ܗܘܘ delendum, vel primum mutandum puto in ܘܗܘܐ, et fuit, accedebant.“ Ceriani. —

istae. 20 attamen melius est resurgere hominem in periculo
et venire ad ista, quam pertransire sicut nubem a saeculo et
non videre, quae contingent in fine temporum.“
et respondit et dixit ad me: 21 „Et visionis tuae
interpretationem dicam tibi, et de quibus locutus es re-
velabo tibi. 22 quoniam dixisti de iis qui derelinquentur,
et de iis, qui non derelinquentur, hoc est verbum: 23 qui
sufferet periculum illo tempore, hic custodiet eos, qui
in periculo iacent, eos qui habent opera et fidem apud Al-
tissimum et Fortem. 24 vide ergo, quoniam magis beatificati
sunt, qui derelicti, super eos, qui mortui sunt. 25 interpretatio
autem visionis tuae haec est: quoniam vidisti virum ascen-
dentem de corde maris, 26 ipse est, quem conservat Altissimus
ad multa tempora, per quem salvabit creaturam suam, et
ipse traiiciet qui derelicti sunt. 27 et quoniam vidisti de ore
eius exire spiritum ignis et procellae, 28 quoniam autem non
tenebat in manu sua frameam neque vas bellicosum et cor-
rupit multitudinem adventus illius turbae venientis pugnare
cum eo, hoc est verbum: 29 ecce dies veniunt, quando in-
stituet Altissimus, ut liberet eos, qui super terram. 30 veniet
stupor multus super habitatores terrae, 31 et cogitabunt bel-
lare unus cum altero, civitas cum civitate, et locus cum loco,
et gens cum gente, et regnum cum regno. 32 et erit, cum
fient haec signa quae praedixi tibi, tunc revelabitur filius
meus, quem vidisti ut virum ascendentem. 33 et quando au-
dierint omnes gentes vocem eius, derelinquet unusquisque
ex eis locum suum et bellum, quod inter eos. 34 et collige-
tur in unum multitudo innumerabilis, sicut vidisti, volentes
venire et bellare cum viro illo. 35 ipse autem stabit super
cacumen montis Sion. 36 Sion autem veniet et ostendetur
omnibus parata et aedificata, sicut vidisti montem excisum
sine manibus. 37 ipse autem filius meus arguet, quae adve-
nerunt gentes, de impietate earum, illas, quae assimilatae
sunt procellae, et ordinabit coram eis opera eorum mala et

---

26. „per quem, Syrus ܗܘ ܕܒܐܝܕܗ, quod aeque ferret Latinum: qui per semetipsum.“ Ceriani. —

cruciamentum, quo futurum est ut crucientur. [38] postea autem ille, qui assimilatus est flammae, perdet eos sine labore per legem illam, quae igni assimilata est. [39] et quoniam vidisti eum advocantem et colligentem ad se multitudinem turbae alius pacificae, [40] hae sunt IX tribus et dimidia, quae captivae factae snnt de terra sua in diebus Josiae regis, quas captivas duxit Salbanasar rex Assyriorum, et transtulit eos trans flumen Euphraten, quae captivae factae fuerunt in terram aliam. [41] cogitaverunt enim ipsi inter sese et sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium et proficiscerentur in regionem interiorem, ubi a diebus eius non inhabitavit progenies hominum, [42] ut saltem ibi observarent legem suam, quam non servaverant in terra sua. [43] introierant autem per introitus angustos Euphratis. [44] fecit enim eis tunc Altissimus portenta. prohibebat enim exitus fluminis, usquequo transierunt omnes. [45] ut irent autem in arida, via fuit multa ad eundum, iter anni unius et dimidii, ipsa autem regio illa vocatur Arzaph, finis mundi. [46] et inhabitaverunt ibi usque ad novissimum tempus. et tunc, iterum cum futurum est ut veniant, [47] iterum Altissimus prohibebit exitus fluminis Euphratis, ut possint transire. propter hoc vidisti multitudinem turbae collectam in pace. [48] sed et qui derelicti sunt de populo tuo salvabuntur, illi qui invenientur in terminis meis sanctis. [49] erit autem, quando perdet multitudinem gentium, quae collectae sunt, proteget populum, qui superfuit. [50] et tunc ostendet eis multo plura portenta."

---

38. per legem illam, quae igni assimilata est, ܒܢܡܘܣܗ ܗܘ̇ ܕܐܬܕܡܝ ܠܢܘܪܐ, quae commodius verterentur: p. l. illius qui igni assimilatus est, sed ܕ ante ܗܘ̇ delevit Lehirius. — 40. „Salbanasar, ܣܠܡܢܐܣܪ, ut in Apoc. Baruch, supra n. 62." Ceriani. — 41. „ubi a diebus suis (!), ܐܬܪܐ ܕܡܢ ܝܘ̈ܡܬܗܘܢ, relato suffixo ad ܠܐܬܪܐ, in regionem." Ceriani. — 45. in arida, codex ܒܝ̈ܒܫܐ, puncta ribui vero fere abrasa vel evanida; ܒܝܒܫܐ emendandum est, cf. ed. syr. —

[51] et ego iterum dixi ei: „O dominator domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris.“ et respondit et dixit mihi: [52] „Sicut non potest scrutari et invenire vel scire quis, quae in profundo maris, sic non poterit aliquis ex illis, qui super terram, videre filium meum vel eos, qui cum eo, nisi in eo tempore in die eius. [53] haec est interpretatio visionis, quam vidisti. propter hoc revelata fuerunt tibi ista, tibi soli. [54] quoniam dereliquisti, quae tua sunt, et vacasti iis, quae nostra sunt, et ea quae legis sunt quaesisti. [55] vitam enim tuam disposuisti in sapientia et intelligentiae acclamasti: „Mater mea.“ [56] propter hoc ostendi tibi ista; merces enim apud Altissimum; erit autem post tres dies, loquar tecum alia et exponam tibi mirabilia novissima.“

[57] et profectus sum et ambulavi in campo multum et glorificabam et laudabam Altissimum de mirabilibus, quae per tempus fecit, [58] et gubernat tempora et quae in temporibus veniunt. et sedi ibi tribus diebus.

VII.

XIV. [1] Et factum est post haec, et ego sedebam sub quercu. [2] et ecce vox, quae exivit de rubo, qui contra me, et respondit et dixit mihi: „Ezra, Ezra.“ et dixi: „Ecce ego.“ et surrexi super pedes meos. et dixit ad me: [3] „Revelans revelatus sum de rubo et locutus sum cum Moyse, quando populus meus serviebat in Aegypto. [4] et misi eum, et eduxit populum meum de Aegypto et adduxit eum in desertum et ascendere fecit eum ad montem Sina. et detinui eum apud me diebus multis [5] et enarravi ei mirabilia multa et ostendi ei temporum secreta et indicavi ei finem horarum et praecepi ei et dixi ei: „Haec verba ex iis abscondes et ex iis revelabis.

---

56. „Altissimum, post ܠܡܪܝܡܐ rasura spatii IV fere literarum, et in margine prima manu ܒܕܘܩ vide, quae nota indicat mendum subesse.“ Ceriani. — XIV, 2. quae exivit c. ed. syr. —

7 et nunc tibi dico. Ezra. 8 signa quae antea demonstravi
tibi, et visiones quas vidisti, et interpretationem earum, quam
audisti, in corde tuo repone ea et absconde ea. 9 tu enim
recipieris ab hominibus et eris exinde cum filio meo et cum
similibus tuis, usquequo finiantur tempora. 10 saeculum enim
amisit iuventutem suam, et tempora appropinquaverunt se-
nescere. 13 nunc ergo dispone domum tuam et admone po-
pulum tuum et consolare pios eorum et doce sapientes et
renuntia iam vitae isti corruptelae. 14 et dissolve abs te pon-
dus hominum et proiice cogitationes mortis et exue iam na-
turam infirmitatis et repone in unam partem cogitamenta,
quae te angustiant, et festina transmigrare a temporibus his.
15 quae enim vidisti nunc fuisse mala, iterum postea his de-
teriora erunt. 16 quantum enim deficiet saeculum a senectute
sua, sic multiplicabuntur mala super habitatores terrae.
17 elongat enim se magis veritas, et appropinquat mendacium.
iam enim festinat venire aquila, quam vidisti in visione."

18 et respondi et dixi: „Loquar coram te, domine.
19 ecce ego abibo, sicut praecepisti mihi, et commonebo po-
pulum istum praesentem. qui autem iterum nascentur, quis
commonebit eos? 20 positum est enim saeculum in tenebris,
et habitatores eius sine lumine. 21 quoniam lex tua incensa
est, et nemo scit opera, quae fecisti, vel quae futurum est
ut facias. 22 si ergo inveni gratiam coram te, immitte in me,
domine, spiritum sanctum, et scribam omne, quod factum
est in saeculo ab initio, omne, quod erat in lege tua scri-
ptum, ut possint homines invenire semitam, et qui voluerint
vivere, in novissimo inveniant viam." 23 et respondit et dixit
ad me: „Vade et congrega populum tuum et dic ad eos, ut
non quaerant te diebus XL. 24 tu autem praepara tibi tabu-
las multas et accipe tecum Sariam et Dariam et Salemiam
cum Helcana et Sciel, hos V viros, quia parati sunt ad scri-
bendum velociter. 25 et venies huc, et ego accendam in

XIV, 8. et absconde ea add. int. — 11. 12. desunt apud syr. —
14. et dissolve — mortis, transposita apud syr. —

corde tuo lucernam intellectus, quae non extinguetur, quo-
adusque finias quae futurum est ut scribas. [26] et quando
perfeceris, quaedam palam facies et quaedam abscondes et
trades ea sapientibus; in crastino enim hac hora incipies
scribere."

[27] et profectus sum, sicut mihi praecepit, et congregavi
omnem populum et dixi eis: [28] „Audite, Israel, verba haec:
[29] peregrini fuerunt patres nostri ab initio in terra Aegypti
et liberati sunt inde [30] et acceperunt legem vitae et non cu-
stodierunt eam, quam et vos post eos abiecistis. [31] et data
est vobis terra in haereditatem in terra Sion, vos autem et
patres vestri iniquitatem fecistis et non servastis vias, quas
praecepit vobis Moyses servus domini. [32] Altissimus autem,
qui est iudex veritatis, abstulit a vobis, quod ad tempus da-
tum fuerat vobis. [33] et nunc vos estis hic in tribulatione, et
fratres vestri introrsum vestrum in terra alia. [34] si ergo com-
monueritis animam vestram et erudieritis cor vestrum, in vita
vestra conservati eritis, et post mortem erit super vos mise-
ricordia. [35] iudicium enim post mortem veniet, quando re-
viviscemus. et tunc nomen iustorum parebit, et impiorum
facta ostendentur. [36] ad me autem nemo accedat, neque
requiratis me usque ad dies XL."

[37] ego autem accepi hos V viros, sicut mandavit mihi,
et profectus sum in campum, et mansimus ibi, sicut dixit
mihi. [38] et factum est in diem crastinum, et ecce vox vo-
cans me et dixit: „Ezra, Ezra, aperi os tuum et bibe, quo
te potavero." [39] et aperui os meum et vidi, fuit mihi calix
plenus. plenus autem erat sicut aqua, et similitudo eius si-
milis erat igni. [40] et accepi et bibi. et factum est, cum bi-

---

31. Moyses servus domini pro ὁ ὕψιστος syr. — 33. in tribulatione — in terra alia add. int. —

39. „et vidi, fuit, ܗܘܐ ܘܡܠܐ, ex Latino et contextu lacuna apparet, imo ܗܘܐ ex puncti diacritici defectu servit circumscribendo tempori imperfecti Latini. qui habet: et ecce calix plenus porrigebatur mihi." Ceriani. —

berem eum, ecce cor meum emanabat intellectum, pectus
meum autem eructabat sapientiam, et spiritus meus conservabat
memoriam. [41] et apertum est os meum et non est clausum.
[42] Altissimus autem dedit intellectum illis V viris, et scribe-
bant quae dicebantur in serie in characteribus litterarum,
quas non sciebant. et sedi ibi XL dies. ipsi autem per diem
scribebant [43] et nocte manducabant panem tantum, ego autem
per diem loquebar et per noctem non tacebam. [44] scripti
sunt autem in illis XL diebus libri XCIV.

[45] et factum est, cum completi essent XL dies, locutus
est mecum Altissimus et dixit mihi: „Hos XXIV libros, quos
scripsistis prius, in palam pone, et legant eos digni et in-
digni de populo, [46] hos autem LXX conservabis et trades eos
sapientibus populi tui. [47] in iis enim sunt venae intellectus
et sapientiae fontes et scientiae flumen.

[48] et feci sic in anno septimo in hebdomada sexta post
quinque millia annos creationis et menses tres et dies XII.
[49] et in eis raptus est Ezras et assumptus est in locum simi-
lium eius, postquam scripsit ista omnia. [50] ipse autem vo-
catus est scriba scientiae Altissimi usque in saecula saecu-
lorum.

explicit liber primus Ezrae.

---

40. pectus meum autem c. ed. syr. — 44. Ceriani in ed. syr. p. 107 addidit ex Jacobi Edesseni epi. XIII (edita a Guilelmo Wright in: the Journal of Sacred Literature for January 1867): „Neque miraberis, quod non pervenerint ad nos omnes libri, quos composuit Salomon in sua sapientia, cum audieris neque libros sanctos, quos scripsit Moyses, neque illos prophetarum pervenisse ad nos, sed partes tantum ex iis, illas, quas Esdrae sacerdoti dedit Deus, ut servaret et scriberet et disponeret, ut per manus traderentur et pervenirent ad nos, ut in iis et ex iis addisceremus scientiam eorum, quae conveniunt. iterum autem neque omnia, quae scripsit Esdras, ad nos pervenerunt; ex XC enim libris, quos scriptum est et dicitur composuisse, illi tantum, qui in ecclesia leguntur, ad nos pervenerunt." —

47. „et ... lumen, sic codex ܘܢܗܘܪܐ, sed ex Latino et contextu reponendum ܢܗܪܐ flumen." Ceriani. ita dedi. —

Addenda et corrigenda.

III, 22. lege: venit pro: mansit. —

V, 6. lege: putant pro: sperant. —

V, 30. ipsis addidit Ceriani in ed. syr. —

V, 33. „quam factorem eius" vertit Ceriani, equidem probante viro cl. Gustavo Stickel verterem: quam factor eius. —

V, 55. adde: erunt post: venient. —

VI, 10. lege: ergo pro: igitur. —

VI, 18. lege: veniunt pro: venient. —

VI, 42. et colerentur et seminarentur c. ed. syr. —

VI, 44. lege: enim pro: autem. —

VI, 47. lege: dixisti pro: imperasti. —

VII, 19. in notis lege ܣܒܠܘܬܐ pro ܣܒܠܘܬܟ. —

VII, 25. o Ezra c. ed. syr. —

VII, 34. exsultabit c. Cerianio, virescet maluit Lehirius. —

(VI), 32. quaenam sint etc. c. ed. syr. —

(VI), 49. num prius c. ed. syr. —

(VI), 59. quando c. ed. syr. —

VII, 51. lege: nos autem male conversati sumus nos. —

VII, 68. lege: iniquitate pro: bonitate. —

VIII, 6. corruptibile c. ed. syr. —

VIII, 43. lege: si accipiens non acceperit pro: si non acceperit. —

VIII, 45. lege: dominator domine pro: domine. —

IX, 3. turbationes c. ed. syr. —

IX, 23. si separaveris VII dies alios. „Syrus aeque fert: si segregaveris te VII diebus aliis." Ceriani in ed. syr. —

IX, 29. et cum pertransiret. Lehirius ܘܟܕ emendavit ܘܠܐ, neque pertransibat. —

IX, 31. semino c. Cer. in ed. syr., ego semino versio lat. —

IX, 34. et haec. „ܘܗܢܐ, si legatur ܘܗܐ et ecce, cum vulgata concordat." Ceriani in ed. syr. —

X, 55. ut videas c. ed. syr. —

X, 56. ut audias c. ed. syr. —

XI, 16. hanc annunciationem annunciabo emendavit et vertit Ceriani in ed. syr. —

XI, 19. contigerat c. ed. syr. —

XI, 32. illud c. ed. syr. —

XII, 1. cum locutus fuisset c. ed. syr. —

XII, 9. c. Ceriani versione emendata in ed. syr. —

XII, 18. nisi ut iterum constituatur c. ed. syr. —

XII, 21. ut cum advenerit tempus eius finiatur c. ed. syr. —

XII, 40. quae captivae factae fuerunt c. ed. syr. —

Ezras propheta aethiopicus latine*).

I.

I. [1]Anno tricesimo ruinae civitatis nostrae eram in Ba-
bylone ego Sutuel, qui appellatus sum Ezra, et conturbatus
sum super cubiculo meo, et aperta est mea facies, et cogi-
tationes meae ascendebant in corde meo. [2]quoniam vidi
vastationem Sion et laetitiam eorum, qui habitabant in Baby-
lone. [3]et ventilata est anima mea valde, [4]et coepi colloqui
cum Altissimo sermonem verendum et dixi dicens:
„O domine, nonne tu dixisti, quando creavisti terram
ab initio, [5]et hoc tu solus? imperasti pulveri, et produxisti
Adam in corpore mortali. et hic quoque opus manuum tu-
arum, [6]et insufflasti in eum spiritum vitae, et factus est
vivens coram te. [7]et induxisti eum in paradisum, quem
plantavit dextera tua, antequam constituta esset terra. [8]et

---

*) Ricardi Laurence versionem (L.) emendavit Franciscus Praetorius Berolinensis (Pr.), qui praeter unum codicem Laurencii (v.) etiam Berolinensem (B.) et Dillmanni codicum varias lectiones, hic illic etiam tres codices Francofurtanos (F^{a-c}) contulit.

Inscr. Ezrae prophetae (liber) B. F^{b} (in titulo amplificato). F^{c}, Ezrae primum v. (Pr.), Primum orationis Ezrae etc. F^{a}. — I, 1. nostrae c. v. F^{a-c}, nostrae Sion B. — Sutuel c. B. F^{a-c}, Sutael v. — in corde meo vertit Pr. (super cor meum L.), ex corde meo F^{a}. — 3. anima mea c. B. F^{a-c}, spiritus meus v. — 4. colloqui cum A. c. Pr., loqui ad A. L. — sermonem verendum Pr., verba timoris plena L. — O domine c. B. F^{a-c}, O domine deus v. — quando creavisti terram ab initio c. B. F^{a-c}, ab initio quando creavisti terram v. — 5. produxisti c. B., produxit v. (Pr.). — et hic (vel: hoc) quoque opus c. Pr., sed et ipsum figmentum L. — tuarum c. Pr., tuarum erat L. — 8. iustitiae c. Pr., iustum L. — defecit c. v., defecit in te B. —

huic mandasti mandatum iustitiae et defecit. 9 et posthaec
creasti in eo mortem et in eius generationibus. 10 et natae
sunt ex eo populi et tribus et familiae et nationes, quarum
non est numerus. 11 et ambulavit unaquaeque gens in vo-
luntate sua, et deliquerunt coram te et fidem tuam abiurave-
runt, nec tu eos impedivisti. 12 iterum autem tempore con-
stituto induxisti diluvium super terram et super inhabitantes
in mundo et perdidisti eos, et par factum est eorum suppli-
cium: sicut induxisti mortem Adae, sic induxisti diluvium
his. 13 dereliquisti autem unum ex his cum domo sua, cuius
nomen Noë, et ex eo iusti omnes. 14 et posthaec cum coe-
pissent multiplicari et augeri, qui inhabitabant super terram,
et multi evasissent filii eorum, et nati essent ex iis populi
et tribus multi, 15 coeperunt iterato impietatem facere plus
quam priores. 16 et post haec cum iniquitatem facerent coram
te, elegisti unum ex his, cui nomen erat Abraham, et dile-
xisti eum et demonstrasti ei finem temporis, quum vos soli
essetis noctu. 17 et constituisti ei foedus aeternum, ut non
unquam derelinqueres semen eius, qui exierunt ex Aegypto.
18 et adduxisti eos super montem Sina. 19 et inclinasti coelos
et agitasti terram et commovisti orbem et tremere fecisti

9. generationibus v., filiis B. — 10. numerus c. B. Dillm. codd., finis v. (Pr.). — 12. tempore constituto c. B., suo tempore v. (Pr.). — diluvium c. v., iis aquam diluvii B. — sicut induxisti mortem Adae sic induxisti diluvium his c. v., sicut venit mors Adae, sic venit aqua diluvii his B., om. multi codd. Dillm. — 13. domo c. v., uxore B. — cuius nomen Noë c. B. et codd. Dillm., om. v. — iusti omnes c. v., nati sunt iusti omnes et peccatores B. — 14. et multi evassisent filii eorum c. Pr., et multiplicaverunt filios v. — nati essent c. Pr., nati sunt L. — 15. coeperunt c. Pr., et coeperunt L. — 16. elegisti c. B. v. (Pr.), elegisti tibi L. — et dilexisti eum c. v., et dilexisti eum et elegisti eum B. — finem temporis c. v. (add. eius) et Dillm. codd. nonnullis, finem mundi B. et Dillm. codd. nonnulli. — quum vos soli essetis noctu c. v., tu solus ei soli noctu B. — 17. semen eius c. v., eos neque semen eius in aeternum B. — καὶ ἔδωκας αὐτῷ — ὅτε ἐξήγαγες om. ae. (propter homoeoteleuton). — qui exierunt c. Pr., qui exirent L. — 18. Sina c. v., sanctuarii tui, qui est Sina B. — 19. tremere fecisti

abyssum et conturbasti terram. [20] et transiit gloria tua portas
quatuor: ignis et terrae motus et venti et grandinis, ut dares
semini Jacob legem, et generationi Israel praeceptum. et non
abstulisti ab eis cor malignum, ut facerent fructum tuae legis in ipsis. cor enim malignum induit primus Adam et victus est,
[21] et non ille solus, sed omnes, qui de eo nati
sunt. [22] et posthaec mansit haec infirmitas cum lege tua in
corde populi cum radice mala. [23] et periit bonum, et mansit
malignum. et transierunt dies, et finiti sunt anni, [24] et suscitasti tibi servum tuum nomine David et dixisti ei aedificare civitatem nomini tuo et offerre in eadem ex oblatione
tua. [25] et non multis diebus et annis deliquerunt, qui habitabant terram, nihil bonum facientes, sicut fecit Adam et omnes generationes eius; induerunt enim et ipsi cor malignum.
[26] et tradidisti civitatem tuam in manibus inimicorum
tuorum. [27] et dixi ego in corde meo ista die: Numquid meliora quam nos faciunt qui habitant Babylonem, ut caperent
urbem Sion? [28] et posthaec cum venissem huc, vidi impietates, quarum non est numerus, et apostatas multos vidit
anima mea. [29] ecce XXX annos hoc miratum est cor
meum, quomodo sustines eos peccantes, dum vidi, et quo-

abyssum et conturbasti terram c. v. (emend.), conturbasti abyssum et tremere fecisti terram B. (emend.), terram (behêr) emendavi (cf. lat. ar.[1]), mare (bâher) codd. (cf. V, 3). — 20. et terrae motus et venti (c. Pr., spiritus L.) et grandinis c. v., et venti et grandinis et terrae motus B. — induit primus c. Pr., vestivit primum L. — 22. populi c. v., populi tui B. — cum radice mala c. B. et Dillm. codd., cum trunco mali (vel: malo) v. (Pr.). — 23. et finiti sunt anni c. B., et finitum est tempus v. — 24. aedificare c. v., aedificare tibi B. — et offerre in eadem ex oblatione tua c. v. (Pr.), ut offerret in ea oblationem B., et offerre eos Dillm. codd. — 25. et non multis diebus et annis c. v., et non multis annis Dillm. codd., et erant multi anni B. — et ipsi c. B. et Dillm. codd., ipsi v. (Pr.). — — cor malignum c. Pr., corde maligno L. — 27. Numquid meliora quam nos faciunt c. v., Num (est) ut nobis meliores sint in facienda iustitia B. — 28. anima mea c. v., oculus meus B. — 29. miratum est c. v., mirans miratum est B. — et quomodo parcis impiis c. Pr., ut pepercisti impie agentibus L. —

modo parcis impiis et reiecisti populum tuum et conservasti inimicos tuos. [30] et non spectasti non in quemquam, quomodo ultimum sit huius viae. [31] numquid meliora facit Babylon, quam Sion? [32] anne alia gens cognovit te praeter Israel? [33] aut quis populus (est), cui confisus es lege tua praeter Jacob, cuius merces non apparuit, cuiusque labor fructus non tulit? [34] profectus sum in gentibus et inveni gaudentes eas et non memorantes legis tuae et mandatorum tuorum. [35] nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates et eorum, qui habitant in mundo [ut scias], in quibus inveniatur modica portio, quae vertere faciat examen bilancis. [36] aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant mundum? aut quae gens sic observavit mandata sua? populus autem, qui perfectus, non invenietur."

II. [1] et respondit ad me angelus ille, qui missus est ad me, cui nomen Urjâl, [2] et dixit mihi: „Anne mirans miratum est cor tuum, ut deprehenderes consilium maiestatis Altissimi?" [3] et dixi: „Ita domine mi." [4] et respondit mihi et dixit mihi: „Tres vias missus sum ostendere tibi et tres similitudines proponere coram te. [5] et mihi si re-

30. et non spectasti non in quemquam c. B. F^{a-c}, et non dixisti non cuiquam v. (Pr.). — ultimum sit c. Pr., ultimus sit finis L. — 31. numquid meliora facit Babylon c. v., num melior est Babylon in facienda iustitia B. — 32. c. v., anne alia gens (est) quae cognovit te praeter Israel? F^{b}, anne aliam gentem cognovisti praeter Israel? B. F^{c}, anne alia gens (est), quam demonstravimus tibi pr. I.? F^{a}. — 33. aut quis populus (est), cui confisus es lege tua praeter Jacob c. B. F$^{a.b.c.}$ Dillm. var. l., aut cui populo credidisti lege tua sicut (etiam Dillm. var. l.) Jacob v. (Pr.). — cuiusque labor fructus non tulit c. B. F$^{a.b.}$, et fructus eius laboris v. — 34. profectus sum c. Pr., pertransivi enim L. (enim om. B. v.). — gentibus c. v., aliis gentibus B. — legis tuae c. v., nominis tui et legis tuae B. — 35. in mundo c. v., in Babylone B., cf. Dillm. — 36. qui perfectus c. v., apertus et perfectus B. —

II, 1. Urjâl c. v. (III, 27), Erjâl v. (Pr.), Uruêl B., Urâêl F$^{a.c}$, Ureêl F^{b}. — 4. et respondit mihi c. v., om. B. — proponere c. v., proponere tibi B. — 5. scire. εἰδέναι pro ἰδεῖν, cf. v. 51. — viam c. v., qui missus sum B. — cor c. B. F$^{a.b.c}$, om. v. —

nuntiaveris unam ex his, ego tibi renuntiabo istam viam,
quam desideras scire, et docebo te, quamobrem hoc cor ma-
lum." 6 et dixi ei: „Loquere, mi domine!" 7 et dixit ad me:
„Vade, pondera ignem in quadam statera 8 et metire ventum
mensura 9 aut revoca mihi diem quae praeteriit." 10 et re-
spondi et dixi ei: „Quis natorum poterit hoc facere, ut me
interroges de hoc?" 11 et dixit ad me: „Si essem interrogans
te dicens: Quot habitationes sunt in corde maris, 12 aut
quot scaturigines in superficie abyssi, 13 aut quot viae in al-
titudine coeli, 14 aut quaenam est via inferni: 15 aut quae-
nam est via paradisi. 16 dixisses mihi: In abyssum non
descendi 17 neque in infernum unquam descendi 18 neque in
coelum unquam ascendi neque in paradisum ascendi. 19 nunc
autem non interrogavi te nisi de igne et vento et die qui
elapsus est. 20 et ecce non potes id intellegere et non re-
spondisti mihi de his." 21 et dixit mihi: „Si tu, quod penes
te est, non potes cognoscere, quomodo potes cognoscere or-
dinationem viae Altissimi? 22 nam eo quod infinitum est for-
matur via Altissimi, nec tu potes, qui corruptibilis es, in-
tellegere viam eius, qui incorruptibilis est."

23 et cum audirem hoc, procidi in faciem meam et
dixi illi: „Melius nobis erat, si non fuissemus creati, quam
nos creatos vivere in impietatibus et pati, et non intelle-
gimus, de qua re patimur." 24 et respondit ad me et di-

---

6. ei c. B. v. (Pr.), om. L. — mi domine c. B. L., domine v. (Pr.). — 9. mihi c. v., om. B. — 12. superficie c. v., corde B. — 13. in altitudine coeli c. v. (Pr.), quae super coelum B. — 18. unquam c. v., om. B. — neque in paradisum ascendi c. Dillm. codd., om. B. v. — 19. de igne et vento c. v., de vento et igne B. — 21. quod penes te est c. B. et Dillm. codd., quod praeteritum est v. — viae c. v., om. B. — 22. eo quod c. v., ei quod B. (cf. III, 44). —

23. hoc c. B., om. v. — nobis c. v. (Pr., om. L.), potius B. — impietatibus c. v., impietate nostra B. — intellegimus c. Pr., intelligere L. — 24. silvae c. B., silva v. — consilium c. Pr., om. L. — impugnemus mare c. Pr., faciamus ad mare bellum L. — id c. v., om. B. — aliam regionem silvam c. v. (Pr.), aliam viam silvae nostrae B. —

xit mihi: „Profectae sunt quidem silvae arboresque campi
et conspiraverunt consilium et dixerunt: Venite, eamus et
impugnemus mare, ut amoveamus id coram nobis, et facia-
mus nobis aliam regionem silvam. [25] et similiter fluctus
maris conspiraverunt consilium et dixerunt: Venite, ascenda-
mus et debellemus silvam, quae est in campo, ut ibi con-
stituamus nobismet ipsis aliam regionem. [26] et factum est
consilium silvae in vanum, venit enim ignis et consumpsit
eam. [27] similiter et consilium fluctuum maris, subsistere
enim eos fecit arena et prohibuit eos. et si scis iudicium,
quem ex his iustificares, aut quem falsi argueres?" [28] et
respondi ei et dixi ei: „Utrique vanum cogitaverunt, terra enim
data est silvae, et mare ut portaret fluctus suos." [29] et re-
spondit ad me et dixit mihi: „Bene iudicasti, et quare non
similiter iudicasti tibimet ipsi? [30] quemadmodum enim terra
silvae data est, et mare fluctibus suis, sic qui super terram
inhabitant, quae sunt super terram intellegere solummodo
possunt, sed non id quod est in coelis et supra coelos."
[31] et respondi et dixi ei: „Domine, te interrogabo, quare
igitur datum est nobis cor, quo cogitamus? [32] et non volui
interrogare de superiore via, sed de his quae pertranseunt
per nos quotidie. [33] nam Israel traditus est gentibus, et
populus quem dilexisti populo impio, [34] et lex patrum no-
strorum reiecta est, nec exstat foedus scriptum, et pertran-

---

25. consilium c. B. et Dillm. codd., om. v. — ascendamus c. v., eamus B. — 27. consilium fluctuum c. B. et Dillm. codd., fluctus v. (Pr.). — subsistere enim eos fecit c. v. (Pr.), in medio add. B — scis iudicium c. Pr., sis peritus ad iudicandum L. — 30. suis c. B., om. v. — id quod (vel: qui) est in coelis c. Pr., eum qui [est] coelestis L. — supra coelos c. B. (cf. Dillm.), quae in coelis v. —

32. de superiore via c. Pr., de superioribus viis L. — 32. per nos c. v., per eam B. — 33. dilexisti c. B. et Dillm. codd., dilexit v. — 34. reiecta est c. v. (Pr.) B., inversa est Dillm. codd. — foedus c. B., foedus nostrum v. (Pr.). — scriptum c. v., scriptum in lege patrum nostrorum B. — pertransimus c. Pr., pertransivimus L. — vita nostra c. v., de saeculo add. B. — faciet c. v., faciemus B. —

simus de saeculo ut locustae, et vita nostra ut fumus, nec
digni sumus misericordiam consequi. sed quid faciet nomini
suo sancto, quod invocatum est super nos? de his interro-
gavi.“ 35 et respondit ad me et dixit mihi: „Si manseris,
videbis, et si vixeris, cognosces unumquodque suo tempore.
quoniam festinat mundus pertransire, nam non potest saecu-
lum portare spem iustorum, quia plenus est cruciatu mundus
hic et plenus est infirmitate. 36 seminatum enim est malum,
de quo interrogasti me, et necdum venit eius messis. 37 si
ergo non messum fuerit quod seminatum est, et non discessit
eius locus, ubi seminatum est malum. 38 quoniam granum
seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio, et fru-
ctus impietatis productus est et pervenit usque nunc, et pro-
ducetur usque donec veniet messis eius. 39 cogita igitur tu
ipse: quando granum seminis mali generavit tantum fructum
impietatis, 40 si seminatum fuisset granum seminis boni, quam
multum faceret semen bonum, cuius non est finis!“

41 et respondi ad eum et dixi ei: „Quousque igitur et
quando fiet hoc magnum? nam modici et mali sunt dies
nostri.“ 42 et respondit ad me et dixit mihi: „Non festines
tu magis quam Altissimus. 43 et tu festinas propter te ipsum,
at Altissimus propter multos. 44 et de his interrogaverunt animae
iustorum in domibus suis dicentes: Usque quo hic erimus? et
quando veniet messis mercedis nostrae? 45 et respondit ad

---

35. unumquodque suo tempore c. Pr., singula tempora L — saeculum c. B., om. v. — iustorum c. Pr., sanctorum L. — mundus hic c. Pr., mundum hunc L. — 36. me c. Pr., om. L. — 37. et non discessit eius locus c. v., et si non discedit (remotus est Dillm. codd.) ex suo loco, ita non remota est regio eius B. — post malum om. οὐκ ἐλεύσεται ὁ ἀγρός, ὅπου ἔσπαρται τὸ ἀγαθόν. — 38. ab initio c. v., coram eo B. — pervenit c. B., multiplicatus est v. — eius c. Pr., om. L. — 39. 40. Praetorius accuratius vertit, quam Laurencius. — 40. si seminatum fuisset granum seminis boni c. v., si natum fuisset semen bonum B. — bonum c. B. et Dillm. codd., om. v. —

41. et quando c. v., om B. — modici et mali c. v., mali et modici B. — 44. domibus c. Pr., promptuariis L. — 45. et respondit

eas Ijrumâêl angelus et dixit iis: Quando impletus fuerit numerus eorum qui ut vos estis. [46] quoniam in statera ponderatum est saeculum, et mensura mensuravit mare neque silentium faciet neque evigilabit, usque donec impleatur mensura quae ei tributa est." [47] et respondi ei et dixi ei: „O domine, mi domine, ecce nos omnes pleni sumus impietate. num propter nos forte prohibeatur iustorum messis, propter peccata inhabitantium in mundo?" [48] et respondit ad me et dixit mihi: „Vade interroga praegnantem, si quando impleti sint IX menses, adhuc poterit matrix eius retinere quod formatum est in semet ipsa." [49] et dixi ei: „Non potest, domine." [50] et dixit ad me: „Infernum et domus animarum iustorum ut matrix sunt. [51] quemadmodum enim matrix festinat parere in dolore, sic et terra festinat reddere commissos suos, qui ab orbe condito in ea fuerunt. et illo die tibi dicetur de his, quae concupiscis cognoscere."

[52] et respondi ei et dixi ei: „Si inveni gratiam ante oculos tuos, et si feceris mihi ut possiblle sit, dic mihi hoc, si tot quot praeteritum sit, tempus sit, quod est venturum in mundo, aut an plus pertransierit. nam quod pertransiit scio, [53] quid autem venturum sit, ignoro." [54] et dixit ad me: „Sta versus dextram in unum spatium, et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis." [55] et steti et vidi, et ecce fornax ardens

---

c. v., et dixit B. — Ijrumâêl c. B., Ijarumijâl v. (Pr.). — et dixit iis c. v., om. B. — 46. ponderatum est c. Pr., ponderavit v. — mare. fort. terram, cf. I, 19. — evigilabit (ἐξεγερεῖ) c. B. et Dillm. var. l., vocem edet (ἐξερεῖ) v., requiescet Dillm. altera var. l. — 47. num propter nos forte c. B., forte propter nos igitur v. — 48. Vade c. B. (cf. Dillm.), om. v. — impleti sunt c. Pr., impleverit L. — eius c. v., om. B. — 50. domus c. Pr., promptuaria L. — 51. matrix c. v., matrix eius B. — dolore c. v., dolore suo B. — commissos suos c. Pr., [ex] matrice eius L. — in ea fuerunt c. v., creati in ea fuerunt B. — dicetur c. v. (Pr.), dicet B., dicam Dillm. codd. — cognoscere. εἰδέναι pro ἰδεῖν, cf. v. 5. —

52. ante oculus tuos c. v., coram te B. — dic c. Pr., demonstra L. — tot quot c. Pr., plus quam L. — 53. venturum c. Pr., futurum L. — 54. in unum spatium c. Pr., in una parte L. — 55. fornax ardens c. v., similitudo fornacis ardentis B. —

transiit coram me. 56 et postea cum transiret flamma eius,
ecce superavit fumus eius. 57 post haec transiit coram me
nubes plena aquae et pluere fecit magnam pluviam multam-
que. 58 et cum transiisset haec magna pluvia, superfuit im-
ber. 59 et dixit ad me: „Cogita igitur ipse: sicut abundavit
pluvia amplius quam imber, et ignis quam fumus, sic su-
perabundavit quae transivit mensura eius.“ superaverunt autem
imber et fumus.

60 et oravi eum et dixi ei: „An igitur vivam usque ad
illos dies? et quid erit in diebus illis?“ 61 respondit ad me
et dixit mihi: „De signis, de quibus me interrogas, ex una
parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus
dicere tibi nec scio. III. 1 de signis autem: ecce dies venient,
et magnus terror eos apprehendet, qui inhabitant terram,
2 et abscondetur veritatis territorium, et sterilis erit regio
fidei. 3 et multiplicabitur iniustitia supra quod tu vidisti et
quod audivisti. 4 et regio dominabitur, quam nunc vides
perditam et destructam, et fiet terra desertum. 5 si autem
tibi dederit Altissimus vivere, videbis terram post tertium
mensem turbatam. 6 et relucescet subito sol noctu, et luna
in die. 7 et de ligno sanguis stillabit, 8 et lapis dabit vocem,
9 et populi commovebuntur, 10 et stellae cadent. et regnabit
quem non opinati sunt multi, omnes autem audient vocem eius.
11 et sonus fiet per loca multa, et ignis frequenter emittetur,
et bestiae agrestes migrabunt ex regionibus suis. 12 et nasce-

---

56. flamma eius c. Pr., flamma L. — ecce c. v., om. B. — fumus eius c. Pr., fumus L. — 57. et pluere fecit magnam pluviam multamque c. B., et pluit magna pluvia multaque v. (Pr.). — 58. haec c. Pr., om. L. — 59. ipse c. Pr., tibi L. — eius c. Pr., om. L. —

61. signis c. Dillm. codd. (vel: signo), signo eius B., iis v. — parte c. B., parte eius v. (Pr.). — III. 4. desertum c. Pr., desolata L. — 8. vocem c. Pr., vocem suam L. — 10. stellae. ἄστρα pro αἴθρια? — cadent c. B. et Dillm. codd., lacerabuntur v. — opinati sunt c. Pr., sperant L. — post „multi“ om. propter homoeoteleuton: καὶ τὰ πετεινὰ — ἣν οὐκ οἴδασι πολλοί. — 11. sonus. ἦχος pro χάος. —

tur prodigium ex mulieribus. [13]et aqua quae dulcis amara
invenietur. [14]et amici subito cum amicis suis inter se pu-
gnabunt. et abscondetur illo die sapientia, et prudentia re-
cedet in domum suam et quaeretur apud multos et non in-
venietur. [15]et multiplicabitur iniustitia et stultitia super
terram. [16]et interrogabit urbs proximam suam et dicet ei:
Numquid per te pertransiit iustitia vel iustitiam faciens? et dicet:
Non. [17]et in illo tempore sperabunt homines et non impe-
trabunt, [18]et matrimonium contrahent et non gaudebunt;
[19]et laborabunt et operabuntur, et non erit secunda via eo-
rum. [20]haec signa dicere tibi missus sum. [21]et si oraveris
iterum et ploraveris, sicut et nunc, et ieiunaveris iterum VII
diebus, audies iterato quod (est) magnum."

[22]et evigilavi iterum, et corpus meum horruit valde, et
anima mea laboravit donec deficiebam. [23]et tenuit me ille
qui venit angelus et locutus est ad me et statuit me super
pedes meos et confirmavit me. [24]et post in nocte secunda
venit ad me Pheltjâl dux principum populi et dixit mihi:
„Unde tu? et quare vultus tuus tristis est? an nescis, quod
tibi creditum est de Israel in regione, in quam eos deporta-
verunt? [25]exsurge ergo et gusta cibum qualemcunque, ne

13. c. Pr., et in dulcibus aquis amarae inveniuntur L. — 14. subito c. B. et Dillm. codd., om. v. — cum amicis suis inter se pugnabunt c. Pr., omnes semetipsos occident L., cum amicis suis om. B. — illo die etiam alibi vertere licet pro: tunc. — apud multos c. Pr., a multis L. — 16. ei c. Pr., om. L. — iustitia c. B., iustus v. (Pr.). — 17. sperabunt c. v, sperabunt mori B. et Dillm. codd. — 19. secunda erit via c. Pr., secundae erunt viae L. — 21. iterum c. B. v., om. Dillm. codd. — iterum et c. v., iterum et ieiunaveris et B. — et ieiunaveris iterum c. v., om. B. — quod (est) magnum c. Pr., maiora L. —

22. iterum c. v., valde B. — corpus meum c. v., cor meum et corpus meum B. — 23. qui venit c. v., qui venit ad me B. — 24. ad me c. Pr., om. L. — Pheltjâl c. v., Phelestjâl Dillm. codd., Phelesteêm B. — Unde tu c. v. (Pr.), Unde tu, Esra B. — in quam eos deportaverunt c. Pr., transmigrationis eorum L. — 25. cibum qualemcunque, ne c. Pr., panem, ut fiat ut non L. — nos c. v., eos B. et Dillm. codd. —

derelinquas nos, sicut pastor, qui relinquit gregem suum in manibus luporum malignorum!“ [26] et dixi ei: „Vade a me et non appropinques ad me usque ad VII dies, et post veni ad me et dicam tibi sermonem.“ [27] et recessit a me.

II.

Et ego ieiunavi diebus VII tristis et plorans, sicut mihi mandavit Urjâl angelus. [28] et postea post dies VII iterum cogitationes cordis mei molestae erant mihi valde, et sustulit animam meam spiritus sapientiae. [29] et iterum coepi loqui coram Altissimo et dixi:

„Domine, mi domine, ex omni silva terrae et arboribus eius elegisti tibi unam arborem vini, [30] et ex omnibus regionibus orbis elegisti tibi terram unam, [31] et ex omnibus abyssis mundi maris replevisti tibi rivum unum, [32] et ex omnibus aedificatis civitatibus sanctificasti tibimetipsi Sion, [33] et ex omnibus creatis volatilibus sanctificasti tibi columbam unam, [34] et ex omnibus creatis pecoribus elegisti tibi ovem unam, [35] et ex omnibus multiplicatis populis elegisti tibi populum unum, et ex omnibus probavisti legem et donasti populo, quem prae omnibus amavisti. [36] et nunc, domine, quare tradidisti hunc unum pluribus? et ignominia affecisti unam radicem prae alia radice? et dispersisti paucos tuos prae multis? et conculvaverunt eos, qui in lege tua crediderunt, adversarii foederis tui. [37] et si odisti populum tuum, tuis manibus melius fuisset eos castigari.“

[38] et cum haec verba dixissem, missus est ad me ille

---

26. dicam tibi sermonem c. Pr., tecum colloquar L. —

27. tristis c. Pr., ululans L. — Urjâl c. v. (Pr.), Uruêl B. — 28. postea c. Pr., om. L. — 29. unam arborem vini c. B., [unam] vineam v. — 30. orbis c. B. v., om. Dillm. codd. — 31. mundi maris c. v., mundi B. et Dillm. codd. — replevisti (ἐπλήρωσας) c. v., sanctificasti (ἐκλήρωσας) B. — 32. aedificatis c. v., om. B. — 35. legem c. v., legem tuam B. — 36. unum c. v., om. B. — prae alia radice c. v., om. B. — prae multis c. B. v., (pro) multis Dillm. codd. — adversarii f. t. c. B. et Dillm. codd., et adversati sumus foederi tuo v. (Pr.) — 37. melius c. Pr., satius L. —

38. ad me c. Pr., om. L. — ante c. B. et Dillm. codd., om. v. (Pr.). —

angelus, qui ante venerat ad me praeterita nocte. [39] et dixit
mihi: „Audi me et dicam tibi, et ausculta mihi et iterabo
coram te.“ [40] et dixi ei: „Loquere, mi domine.“ [41] et di-
xit ad me: „Valde hoc mire Israeli? an plus dilexisti
Israel quam qui eum fecit?“ [42] et dixi ad eum: „Non, do-
mine, sed propter quod mihi curae fuit, locutus sum, et
torquent me renes mei omni tempore, [43] dum quaero invenire
viam Altissimi et cognoscere semitam iudicii eius.“ [44] et di-
xit ad me: „Non potes.“ [45] et dixi ei: „Quare, domine, ad
quid natus sum? aut quare non facta est matrix matris meae
mihi sepulchrum, ut non viderem laborem Jacob et defatiga-
tionem generis Israel?“ [46] et dixit ad me: „Numera dies,
qui necdum venerunt, [47] et collige mihi dispersos flores, [48] et
revirida mihi aridum gramen, [49] et aperi mihi clausas domus
et produc mihi inclusas in eis animas, et demonstra mihi
faciem eorum, quos nunquam vidistis, et fac ut audiam eorum
vocem, et tunc dicam tibi laborem, qui iis merito evenit.“
[50] et dixi ei: „Domine, mi domine, quis est, qui potest
haec scire, nisi qui cum hominibus habitationem non habet?
ego autem insipiens et abiectus, et quomodo potero dicere
tibi de his quibus me interrogas?“ [51] et dixit ad me: „Ut
non potes facere unum de his, de quibus dixi tibi, sic non
poteris invenire iudicium meum et finem amoris mei, quem
patienter exspecto propter populum meum.“

---

39. dicam tibi c. Pr., instituam te L. — 40. ei c. Pr., om. L. — mi c. B., om. v. — 41. ad me c. B. et Dillm. codd., ad me: Audi me et dicam tibi v. (Pr.). — Valde hoc mire Israeli c. Pr., valde miratus es de hoc Israel L. — 44. Non potes c. v., Non potes tu, qui corruptibilis es, cognoscere viam eius qui incorruptibilis est; nam creata est radix viae Altissimi ei quod infinitum est B. (cf. II, 22). — 49. clausas domus c. Pr. (vertere licet etiam: domus clausorum), clausa promptuaria L., domus clausorum ex eis B. — inclusas in eis animas c. B. v. (sed vertere licet etiam: animas inclusorum in eis), ventum inclusorum in eis unus codex Dillm. — vidistis c. B., vidi v. — dicam c. Pr., ostendam L. — interrogas c. Pr., interrogasti L. — 51. facere c. B., dicere v. — populum meum c. v., populum meum Israel B. —

[52]et dixi ei: „Domine, mi domine, ecce tu patienter exspectasti propter eos, et quid facient qui ante nos fuerunt et nos et hi qui post nos?“ [53]et dixit ad me: „Circulo simile feci iudicium meum, ii qui novissimi sunt moram non trahunt, et ii qui priores sunt non festinant.“ [54]et dixi ei: „Necne poteras facere eos semel una, qui priores fuerunt, et qui posteriores fuerunt, et qui sunt, ut citius iudicium tuum ostendas?“ [55]et dixit mihi: „Non festinet creatura magis quam eius creator, nec utique sustinuisset mundus eos, qui in eo creati sunt.“ [56]et dixi ei: „Quomodo, domine, dicis servo tuo, te vivificantem vivificaturum esse eos quos creasti una, celeriter, eodem tempore? [57]et si eos vivificas, quos creasti, una, cito, eodem tempore mundus in angustiam compelletur. [58]si vero non, nonne etiam nunc ferre eos potuisset eodem tempore cum iis qui sunt?“ [59]et dixit ad me: „Persuade matrici mulieris et dic ad eam: „Cum parias X, quare per singulos annos paris? [60]roga ergo eam ut det X in unum. nonne est [quod] non potest nisi per singulos annos?“ [61]et sicut matricem, quae nunquam potuit, et quae consenuit, [62]similiter et ego disposui per tempus mundum quem creavi.“

[63]et interrogavi eum et dixi ei: „Quoniam dederis mihi viam, quo loquar coram te: [64]en profecto tu dixisti mihi:

52. ante nos c. Pr., ante me L. — et nos c. v., om. B. — 53. Circulo simile feci c. Pr., Circulum aestimavi L. — ii qui novissimi sunt moram non trahunt, et ii qui priores sunt non festinant c. B., neve ii qui novissimi sunt moram traherent, neve ii qui priores sunt festinarent v. (Pr.). — 56—58. c. B. (v. 58 etiam c. Dillm. codd.), et dixi ei: „Quomodo, domine dicebas servo tuo, cum vivificans vivificasti eos, quos creaveras semel una; si vivificasses eos semel, mundum compressurum fuisse [eos]? nonne nunc profecto potuisset portare semel eos qui existunt? L. — 59. Persuade matrici c. Pr., Obsecro facias matricem dicere L. — singulos annos c. Pr., tempus L. —

63. Quoniam c. v., Si B. — quo loquar c. Pr., loquar L. — 64. tu dixisti mihi c. B. v. (Pr.), [illa], de qua dixisti mihi L. — adolescens est mater vestra c. v. (Pr.), adolescens mater tua B. — sed absoluta est senectus eius c. v. (Pr.), absoluta est et senuit B., sed absoluta est et senuit, cur nobis non fuit fortitudo, sicut fortitudo eorum, qui ante nos? Dillm. codd. —

adolescens est mater vestra, sed absoluta est senectus eius." [65]et respondit ad me et dixit mihi: „Interroga eam quae peperit et dicet tibi. et dic ei: „Quare, quos peperisti nunc, non sunt similes his, qui ante, sed minores viribus? [66]et dicet tibi ipsa: Alius est, qui in virtute iuventutis eius natus est, et alius, qui natus est in matrice vetusta. [67]et tu ipse cognosces, quod minores viribus vos estis prae his, qui ante vos, et qui post vos, minores erunt viribus quam vos. [68]ita igitur [ei est], quod creatum est et existit, simul ac praeterierunt vires iuventutis."

[69]et dixi ei: „Gratificare mihi, domine mi, si inveni gratiam ante oculos tuos, dic servo tuo, per quem visites mundum tuum." IV. [1]et dixit ad me: „Initio per filium hominis, et deinde ego ipse. [2]nam antequam crearentur terra et regiones, [3]et antequam starent partes mundi, [4]et antequam spirarent venti, [5]et antequam sonaret sonitus tonitruum, [6]et antequam splenderet splendor fulguris, [7]et antequam fundaretur humus paradisi, [8]et antequam videretur pulchritudo florum, [9]et antequam confirmaretur vis concussionis, [10]et antequam numeraretur exercitus angelorum, et antequam appareret altitudo aetheris, [11]et antequam nominaretur mensura coelorum, [12]et antequam cognosceretur vestigium mundi, qui venturus erat, [13]et antequam consignarentur, qui fidem thesaurizaverunt: tunc cogitavi, quod ego ipse eram, et non alius."

---

66. eius c. Pr., om. L. — alius, qui natus est in matrice vetusta c. B. et Dillm. codd., alia progenies matricis vetustae v. (Pr.). — 67. viribus secundum c. B. v., om. Dillm. codd. —

69. mi c. Pr., om. L. — per quem (vel: cum quo) c. Pr., propter quem L. — IV, 1. per filium (vel: cum filio) hominis c. Pr., propter fil. hom. L. — ego ipse c. Pr., propter me ipsum L. — 4. spirarent venti c. B. et Dillm. codd. (add. coelorum), spiraret ventus v. — 11. nominaretur c. v. B., mensuraretur Dillm. codd. — coelorum c. v., coeli B. — 12. mundi c. B. v., anni Dillm. codd. — 13. consignarentur c. B. et Dillm. codd., consignarentur consignati v. — quod ego ipse eram c. v., quod ego ipse visito mundum B. —

[14] et respondi ei et dixi ei: „Quid erit signum temporis
constituti? et quando finis primi? et quando initium alius
mundi?“ [15] et dixit ad me: „Ab Abraham usque ad Isaac,
quoniam nati sunt ab eo Jacob et Esau. nam initium alius
mundi Jacob, et primi Esau. [16] nam extremitas eius calx
hominis, et summitas hominis sicut calx eius et manus eius.
[17] ast ne quaeras, Ezra!“

[18] et respondi ei et dixi ei: „O domine, mi domine, si
inveni gratiam ante oculos tuos, dic servo tuo finem huius
signi, quod iam ex una parte dixisti mihi nocte praecedenti.“
[19] et respondit et dixit ad me: „Surge et sta super pedes tuos,
et edam tibi vocem plenissimam sonitus, et tametsi maxime
commovendus sit locus, in quo stas super eum, cum te allo-
quar, noli expavere. quoniam de fine verbum eius est, et
intellegent verbum fundamenta terrae, quoniam de ipsis ser-
mo eius, et tremiscent et commovebuntur; nam illo remo-
vebuntur ad finem suum.“ [20] et postea cum audissem, sur-
rexi et steti super pedes meos. [21] et ecce vox loquens, et
sonus eius sicut sonus aquarum multarum. et dixit: „Ecce
dies venient, quando in eo erit ut visitet omnes habitantes
in terra. [22] et tunc inquiram eorum iniustitiam; qui iniuste

---

14. temporis constituti c. v., om. B. — et quando finis primi c. Dillm. codd., primi B., om. v. — 15. initium c. B. et Dillm. codd., initium initii v. — et primi Esau c. B., om. v. — 16. nam extremitas eius c. B. et Dillm. codd., extremitas enim v. — calx hominis c. B. et Dillm. codd., calcis hominis v. — calx eius c. B. et Dillm. codd., calx v. — et manus eius c. Dillm. codd., manus eius B. v. — 17. ast. ἀλλὰ pro ἄλλο. —

18. dixi ei c. Pr., dixi L. — finem c. v., illud et finem B. — 19. respondit mihi et c. B. et Dillm. codd., om. v. — noli expavere c. Pr., non expavebis L. — verbum eius est c. v., res eius est B., negotii eius hoc (verbum) est Dillm. codd. — nam illo removebuntur ad finem suum c. B., quoniam in illo praesens est eorum finis v. — 20. et steti c. Pr., om. L. — 21. dixit c. v., dixit mihi B. — ut visitet Altissimus Dillm. codd., ut concutiat et visitet B. — omnes c. Pr., om. L. — 22. inquiram c. Pr., inquiram in L. — qui c. Pr., quam L. — iniuste egerunt c. v., iniuste egerunt in me B. —

egerunt. cum consummata fuerit Sion, et cum supersignabitur seculum, quod venturum est, hoc est signum, quod faciam: libri aperientur ante faciem coeli, et omnes videbunt me. [23]et anniculi infantes loquentur et confabulabuntur. [24]et praegnantes parient infantes trium mensium et mensis, et vivent et surgent: [25]et tellus quae non apparet, apparebit illa seminata, [26]et plena promptuaria inveniuntur vacua, et tuba sonabit, et omnis, qui eam audiet, expavescet. [27]et in illis diebus certabunt amici cum amicis suis ut inimici. [28]et pavere faciet terra eos, qui in ea habitant, et fontes aquarum stabunt et non defluent usque ad tres horas. [29]et omnis qui derelictus fuerit ex omnibus, quos dixi tibi, ille vivet et videbit salutare meum et finem mundi mei. [30]illo die videbunt eos homines, qui ascenderunt et mortem non gustaverunt a nativitate sua. [31]et mutabitur cor inhabitantium in mundo, et dabitur iis aliud cor. [32]delebitur enim malum, et extinguetur dolus, florebit autem fides, et vincetur mortale, et ostendetur veritas, quae sine fructu mansit per hos dies."

[33]et cum loqueretur mihi, paulatim locus, in quo stabam, commovebatur. [34]et dixit ad me haec: „Veni tibi dicere sicut in nocte praeterita. [35]et si iterum oraveris et iterum ieiunaveris VII diebus, [36]iterum tibi renuntiabo his

---

23. anniculi c. v., om. B. — 24. et vivent et surgent c. Dillm. codd., et surgent et vivent v. (Pr.), et vivent qui sunt in sepulchris, et surgent qui sunt in terra B. — 26. tuba c. v., sonitus tubae B. — et omnis, qui eam audiet, expavescet c. Pr., quam cum omnes audierint, expavescent L. — 27. suis c. Pr., om. L. — 28. pavere faciet terra eos c. Pr., expavescet terra cum his L. — fontes aquarum c. Pr., venae fontium L. — fontes aquarum c. Pr., venae fontium L. — horas c. B. et Dillm. codd., annos v. — 29. ex omnibus, quos dixi tibi, ille c. Pr., ex omnibus istis, quae praedixi tibi, ipse L. — mundi c. v., anni B. — 32. mortale c. B. et Dillm. codd., victoria v. — per hos dies c. B. et Dillm. var. l. (ταύταις pro τοσαύταις), ab his diebus v. (Pr.), a multis diebus Dillm. var. l. altera. —

maiora. audita est enim vox tua apud Altissimum, et visa
est vis iustitiae tuae, quam a iuventute tua [habuisti]. et
propter hoc Altissimus misit me dicere tibi haec omnia.“
37 et dixit ad me: „Ne timeas, sed confidas. quod ad priora
attinet, sollicitudo tua fuit mala, te non festinare in novissi-
mis diebus.“

III.

38 Et deinceps post haec flevi iterum similiter VII die-
bus 39 et ieiunavi, ut suppleam tres hebdomadas, quas dixit
mihi. 40 in ista nocte cor meum turbatum est iterum, et
coepi loqui coram Altissimo. donec inflammabatur spiritus
meus valde, et anima mea vexabatur. 41 et dixi: „O domine,
mi domine, loquens locutus es ab initio iurisdictionis tuae
in primo die: Fiat coelum et terra, et tuum verbum (erat),
quod opus faciebat, et spiritus tuus; tu obumbrabas. 42 et
tenebrae plenae silebant, quoniam nondum erat sonitus, et
sonitus vocis hominis nondum. 43 tunc dixisti ut veniret lu-
men e conclavi tuo, et appareret opus tuum. 44 et die se-
cundo iterum creasti spiritum coelorum et imperasti ei, ut
divideretur ex medio aquarum, ut recederet pars eius supra,
45 pars eius vero deorsum maneret. 46 et iterum tertio die
imperasti aquas congregari in septima parte terrae, 47 sex

---

36. audita c. v. B., audiendo audita Dillm. codd. -- dicere c. Pr., demonstrare L. — 37. festinare c. B. et Dillm. codd., nasci v. —

40. turbatum c. v., turbatum mihi B. — coepi c. B., coepi iterum v. — donec - vexabatur c. v., spiritus enim meus valde inflammabatur et vexabatur B. — 41. dixi c. v., dixi ei B. — 41. 42. et tuum verbum — nondum c. B. et Dillm. codd., et tuum verbum faciebat opus, et spiritus tu eras et obumbrabas et implebas, et tenebrae implebant interius, et [id] dicebat, sed nondum [fuit ei] sonus, et vox hominis nondum fuit v. — 43. ut veniret lumen e conclavi tuo c. Pr., de conclavibus tuis ut veniret lumen L. — 44. secunda L. — coelorum c. v., qui in coelis B. — ut divideretur — supra c. B., ut divideret inter aquas, ut pars quaedam [sursum] ex medio recederet v. — 45. eius c. Pr., om. L. — 46. tertia L. — terrae c. v., om. B. — 47. opus faciebat c. v., opus tuum factum est B. — ista L. — fine c. B. v., numero Dillm. codd. — tertia L. —

vero partes terrae relinquebatur siccae, ut in iis ararent et seminarent et viverent coram te. et verbum tuum simul ac processit, opus faciebat. et isto die germinaverunt fructus sine fine copiosi. et hoc ita factum est tertio die. [48]et varii [fuerunt] gustus omnium, [49]et varii colores florum, [50]et variae species arborum, [51]et varii odores. [52]quarto autem die imperasti fieri solis splendorem et lunae, ut splendescerent, et stellarum dispositionem. [53]et imperasti eis ut deservirent ei qui creandus erat homini. [54]quinto autem die dixisti septimae parti, ubi erat aqua congregata, ut procrearet volatilia quae viverent et pisces. [55]et haec aqua muta et sine anima animalia faciebat, ut ex hoc gloriam tuam generationes enarrent. [56]et tunc conservasti duo animalia quae creaveras, et nomen unius vocasti Behemoth, [57]et nomen secundi vocasti Leviathan. [58]et separasti ea ab alterutro, non enim poterat haec septima pars, ubi erat aqua congregata, portare ea, et dedisti Behemoth unam partem, quae siccata est tertio die, ut habitaret in ea, ubi sunt IV montes. [59]Leviathan autem dedisti septimam partem humidam. [60]et servasti ea, ut fiant in devorationem, quibus desideras. [61]sexto autem die imperasti terrae, ut procrearet coram te animalia, bestias campi et volucres coeli. [62]et super his omnibus constituisti Adam principem et ducem super omnibus operibus tuis, quae prius creasti. et propter eum submergimur [malis] nos populus tuus, quem elegisti.

49. colores florum c. v., colores et flores B. — 51. odores c. Pr., suaves odores L. — 52. quarta L. — 54. quinta L. — congregata vertit L., quamvis vocis radicem non invenerit. — 55. haec c. v., omnis B. — 56. tunc c. v., om. B. — 57. Leviathan c. v., Levatan B. — 58. tertia L. — 59. Leviathan c. v., Levatan B. — 60. desideras c. B. et Dillm. codd., opus sint v. — 61. sexta L. — coram te c. Dillm. codd. (v. sec. L.), primo B. et v. (Pr.). — bestias campi et volucres coeli c. B. et Dillm. codd., bestias campi et volucres v. (Pr., et bestias et reptilia L.). — 62. et super his omnibus — creasti c. v., et super hoc [opere tuo], quod dilexisti [postquam id creasti], posuisti Adam principem (et ducem om. etiam Dillm. codd.) B. (ubi uncinis inclusa punctis supra et infra positis notata sunt.). — haec omnia dixi coram te, domine c. Dillm. codd., haec dixi coram te, domine v. (Pr.), om. B. —

haec omnia dixi coram te, domine. 63 nam dixisti: „propter
vos creavi mundum“: 64 aliae autem gentes, quae ab Adam
natae sunt, sicut nihil sunt et salivae assimilatae sunt, et
quasi guttae situlae sunt, et sicut nihil eorum gaudium. et
nunc, domine, ecce istae gentes, quae sicut nihil sunt, ecce
dominatae sunt in nos et conculcaverunt nos. 65 nos autem
populus tuus, quem nos vocasti: „Primogenitus meus vos, unicus
meus filius, quem amo“, recessimus in manu eorum. 66 et
si propter nos creasti mundum, quare non mundum nostrum
possidemus? usquequo haec?“

V. 1 et postea cum finissem loqui verba haec, missus
est ad me angelus ille, qui venerat ad me antea, illa nocte
quae praeterierat. 2 et dixit ad me: „Surge, Ezra, et audi
sermones, quos veni loqui ad te.“ et dixi ei: „Loquere, mi
domine.“ 3 et dixit ad me: „Mare, quod est in spatioso loco,
et amplum est et extensum est, sed ei est via introitus angusta et est quantum flumen. et si quis desiderat venire in hoc mare, ut reperiat et videat id, si non transierit per has angustias introitum eius, in latitudinem quomodo venire
poterit? 4 vel aliud: civitas, quae est aedificata in loco cam-

---

63. dixisti c. v., dixisti, domine B. — 64. sicut nihil sunt c. B. v., sicut nihil sunt, dixisti Dillm. codd. — salivae c. Pr., spumae L. — et sicut nihil eorum gaudium c. B. v., et eorum gaudium Dillm. codd. — domine c. Dillm. codd., om. B. v. — ecce dominatae sunt c. v., dominatae sunt B. — conculcaverunt nos c. Pr., conc. nos pedibus L. — 65. quem nos — meus filius c. B. v. (Pr.), quem nos vocasti: „primogenitus meus vos, unicus meus et filii mei“ Dillm. codd. — eorum c. v., populorum B. — 66. nostrum c. v., om. B. —

V, 1. verba haec c. v., hoc B. — antea, illa nocte c. Pr., primis illis noctibus L. — quae praeterierat c. B. et uno codice Dillm., om. v. — 2. mi domine c. B., domine v. — 3. Mare (bâher) c. v., Terra (behêr) B. et Dillm. codd. nonnulli (cf. I, 19). — et extensum est c. Pr., et immensum est L., om. Dillm. codd. nonnulli. — quantum flumen c. B. et Dillm. codd., flumen reperiatur v. — et si quis desiderat venire in hanc terram (behêr pro bâher), ut reperiat et videat eam Dillm. codd., et [ille qui vult] videre id v., om. B. — venire c. B., om. v. — 4. quae c. Pr., om. L. — omnium bonorum c. B. (om.

pestri et est plena omnium bonorum, et via introitus eius angusta et in praecipiti est. [5]et a dextris quidem ignis, et a sinistris abyssus, [6]et semita eius est una inter ignem et abyssum, [7]nec capiat semita eius nisi solummodo vestigium pedis hominis. [8]si igitur quis esset, cui data esset haec civitas homini in haereditatem, nisi per banc viam scabram pertransierit, quomodo accipiet haereditatem suam?“ [9]et dixi ei: „Sic, domine.“ [10]et dixit ad me: „Sic est terra Israel et eorum portio. propter eos enim feci mundum, [11]et quando deseruit Adam praecepta mea, viae huius mundi factae sunt scabrae et angustae [12]et paucae et malae et multa calamitate mala et plenae labore et molestia. [13]sed istius mundi viae magnae [sunt] et spatiosae et splendidae et facientes, cui vita est quae est sine morte, fructum. [14]et si non fueritis transgressi vos, qui vivi estis, hoc scabrum et hoc peccatum, non poteritis recipere quae sunt reposita vobis. [15]nunc ergo, quare tu conturbaris, pulvis? et quare tu conturbatus es, mortalis? [16]et quare non cogitasti in corde tuo quod est venturum, sed quod praesens est?“

[17]et respondi ei et dixi ei: „Domine, ecce dixisti in lege tua, quod iusti haereditabunt haec, impii autem peribunt. [18]iusti enim bene ferunt angusta sperantes spatiosa, [19]impii

---

omnium) v., et secum ducit ex omnibus bonis Dillm. codd. nonnulli. — et in c. v., in B. — 6. eius c. Pr., om. L. — et abyssum c. v., om. B. — 7. eius c. Pr., om. L. — vestigium pedis hominis c. B., unum vestigium pedis hominis v. (Pr.). — 8. haec civitas c. B. et Dillm. codd., [in] hac terra civitas v. — in haereditatem c. Pr., quam possidere L. — nisi c. B. et Dillm. codd., si v. — scabram c. B. v., angustam Dillm. codd. — 9. ei c. Pr., om. L. — 10. Israel c. Pr., Israel mei L. — 11. mea c. v., om. B. — 12. et paucae c. Pr., paucae autem L. — et multa calamitate mala (und viel in Bezug auf schweres Unglück) c. v., et multa calamitate B. et Dillm. codd. — et plenae labore et molestia c. Dillm. codd., plenae et labore et molestia v., et miseria et labore et molestia B. — 13. splendidae c. v., multae B. — fructum c. v., fructum suum B. — 15. conturbatus es c. Pr. (quamvis incerta forma aeth.), disponis [animum] L. —

19. impii autem c. Pr., et impii L. — videbunt c. v., attingent B. —

autem angustis confiderunt et spatiosa non videbunt. [20] et
dixit ad me: „Non tu es melior ad iudicandum quam unicus,
neque tu sapientior es quam Altissimus. pereant ii multi, qui
negligunt legem dei, quam instituit. [21] mandavit enim Deus
praesentibus, quid facerent et viverent, et si observassent
non puniti essent. [22] sed abiuraverunt eum et reliquerunt eum
et constituerunt sibi cogitamen vanum et proposuerunt sibi
fraudem et impietatem. [23] et super haec omnia dixerunt:
„Non est Deus“ [24] et vias eius reliquerunt et legem eius de-
seruerunt et foedus eius despexerunt et in statutis eius fidem
non habuerunt et opera eius neglexerunt. [25] propter hoc va-
cua vacuis et plena plenis! [26] ecce enim tempus veniet,
quando videbuntur signa quae dixi tibi. [27] et abscondetur
civitas quae nunc apparet, et apparebit terra quae nunc abs-
conditur. [28] et omnis qui liberatus est de malo quod dixi
tibi, ipse videbit gloriam meam. [29] revelabitur enim Messias
meus cum his qui cum eo et laetificabit eos, qui resuscita-
buntur. [30] et post haec ad finem veniet puer meus Messias
meus et omnes qui spiritum habent homines. [31] et conver-
tetur mundus in antiquum statum, ubi silebit diebus VII,
sicut prius, et nemo residuus erit. [32] et post dies VII evi-
gilabit mundus qui nondum evigilavit. [33] et recedet mundus
mortalis, et reddet terra eos qui recubuerunt in ea, et pulvis
reddet qui in eo quieverunt, et post haec domus reddent, quae

20. Non tu es — Altissimus c. Pr., Non est melior iudex uno, neque qui sapientior est Altissimo L., ad iudicandum om. B. — unicus vel: quisquam. — 21. et si observassent non puniti essent c. B. et Dillm. codd., et si observarent non punirentur v. — 22. abiuraverunt eum c. Pr., abiuraverunt L. — et reliquerunt eum c. v., om. B. — constituerunt sibi c. v., proposuerunt omne B. — 26. dixi c. Pr., praedixi L. — 28. de malo quod dixi tibi c. Pr., de praedictis malis L. — laetificabit c. v., extollat B. — 30. puer vel: famulus L. — 31. silebit c. Pr.; silebat L. — 32. evigilabit c. Pr., excitabitur L. — mundus qui nondum evigilavit c. B. et Dillm. codd., om. v. — 33. et recedet mundus mortalis c. Pr., et longe recedet mundus corruptibilis L. — et reddet terra eos qui recubuerunt in ea c. B. et Dillm. codd. nonnullis, et terra et qui recubuerunt in ea v. (Pr.). — pulvis reddet c. Pr., pulvis L. — domus (ταμιεῖα) c. Dillm. codd., om. v. B. —

in eis posita est, animam. 34 et illo die revelabitur Altissimus super sedem suam, quam creavit. 35 et veniet misericordia eius ante eum, 36 et clementia eius cessabit, 37 et longanimitas eius cessabit, 38 iudicium autem solum remanebit, 39 et veritas eius stabit, et fides eius germinabit, et opus eius subsequetur, et merces eius ostendetur. 40 et iustitia eius vigilabit, et iniustitia porro non dormiet. VI. 1 et puteus iudicii patebit ante locum quietis, et apparebit fornax inferni ante paradisum gaudii. 2 tunc Altissimus dicet populo, qui evigilati sunt: Ecce videte et intellegite, quis est quem negastis, et cui non servivistis, et cuius mandata contempsistis. 3 ecce videte coram vobis ab [alio] latere gaudium et quietem, et ex [alio] latere iudicium et ignem. ita ad eos dicet in die iudicii. 4 et dies iudicii hoc modo erit: nec sol erit nec luna, 5 nec stellae; nec nubes, 6 nec fulgur, nec tonitru; nec ventus, nec aqua, nec coelum; 7 nec tenebrae, nec nox, nec dies, 8 nec hiems, nec aestas, nec messis; 9 nec frigus, nec sudor, 10 nec procella; nec grando, nec pruina, 11 nec nebula; 12 nec pluvia, nec ros; 13 nec vesper, nec diluculum; nec lux, 14 nec nitor, nec splendor, 15 nec taeda, 16 nisi fulgor solus gloriae Dei, ut in illo omnia videant ii, qui eum exspectaverunt. et spatium eius diei erit ut VII annorum. 17 et hoc est iudicium eius et condemnatio eius. tibi soli [haec] dixi."

---

34. suam, quam creavit (τῆς κτίσεως pro τῆς κρίσεως) c. Pr., iudicii L. — 35. ante eum c. B., om. v. — 39. et veritas eius stabit c. v., om. B. — subsequetur c. v., subsequetur eum B — 40. dormiet c. v., stabit B. et Dillm. codd. — VI, 1. quietis c. Pr., consolationis L. — 2. evigilati c. Pr., resuscitati L. — et cui non servivistis c. v., om. B. — 3. quietem c. Pr., consolationem L. — ad eos dicet c. v., ad populos dicet Altissimus B. — 5. stellae c. v., stella B. — 6. nec coelum c. Pr., nec aether L., om. B. — 7. nec nox, nec dies c. B., nec dies, nec nox v. — 10. procella c. B., vapor v. — 13. nec lux c. B., om. v. — splendor c. v., stellae B. — 16. nisi (vel: praeter) c. Pr., quin potius L. — solus c. B. et Dillm. codd., om. v. — ut in illo omnia videant ii, qui eum exspectaverunt c. v., ut videat omnes, qui exspectantes sunt eum B. — eius diei c. v., unius diei B. — VII. c. B. et Dillm. codd. nonnullis, DCC v. — condemnatio eius c. Pr., condemnatio L. —

[18]et respondi ei et dixi ei: „Nunc vocabo eos beatos, qui existunt et servant praecepta tua. [19]verum enim vero de quo interrogavi te: quis est ex existentibus, qui non peccat? et quis natus est, qui statutum tuum non reliquit? [20]nunc autem paucos video esse, quos laetificaturus eris in saeculo, quod venturum est, sed multi [sunt] qui damnabuntur. [21]nam cor malum in nobis germinavit, quod errare nos fecit ab hoc et duxit nos in calamitatem et deduxit nos in viam mortis et in viam perditionis [22]et amovit a nobis ex hoc tempore vitam, [23]et hoc non tantum in paucis, sed in omnibus qui nati sunt.“ [24]et respondit mihi et dixit mihi: „Audi me et dicam tibi, et docebo te secundo. [25]propter hoc Altissimus non condidit unum, sed duos mundos. quia tu dixisti valde paucos esse numero iustos, nec quidem multos, [26]fac tibi vas plumbeum ex luto.“ [27]et dixi ei: „Quomodo hoc potest, mi domine?“ [28]et dixit mihi: „Non hoc solum, sed roga terram et dicet tibi, colloquere cum ea et edocebit te. et dic illi: Ecce producis aurum et argentum et aes et ferrum et plumbum et lutum. [29]et plus argenti est quam auri, [30]et aeris quam argenti, et ferri quam aeris, [31]et plumbi quam ferri, et luti quam plumbi. [32]cognosce igitur tu, ecquid sit melius, et quidnam desideratur, id quod frequentius est, an vero id quod est rarius?“ [33]et dixi ei: „Mi domine, id quod rarius est, praestantius est, et id vilius est, quod est frequentius.“ [34]et respondit mihi et dixit mihi: „Te

---

18. existunt et servant c. Dillm. codd. (cf. syr.), servant v., servaturi sunt B. — 19. de quo c. v., de hoc B. — reliquit c. Pr., transgreditur L. — 20. nunc autem c. Pr., et nunc L. — video esse c. v., video esse iustos B. — 21. in nobis c. v., om. B. — germinavit c. Pr., floruit L. — 22. ex hoc tempore (recte) om. Dillm. codd. nonnulli (cf. syr. ar.[1] arm.). — 25. propter hoc c. Pr., quapropter L. — iustos c. Pr., sanctos L. — 27. mi c. B., om. v. — 28. et dicet tibi; colloquere cum ea c. Pr., et exponet tibi rem L. — producis c. Pr., produxisti L. — 30. et ferri quam aeris c. Dillm. codd. nonnullis, om. B. v. — argenti c. v., ferri B. — 31. quam plumbi c. v., om. B. — 32. cognosce igitur tu c. Pr., expende igitur tecum L. — desideratur c. B. (cf. Dillm.), amatur v. (Pr.). — 34. et respondit mihi c. B. v., om. Dillm. codd. complures. —

ipso id dignum sit quod cogitasti; nam ille qui rariora habet, magis in illis gaudebit, quam qui habet quae sunt frequentiora.
[35] similis igitur [est] spes iustorum, quae ex me [prodit], et gaudeo in paucis illis qui vivent, quoniam illi assequentur gloriam meam — in illis enim nomen meum glorificatum est —,
[36] neque id contristavit cor meum de iis multis, qui peribunt.
[37] quoniam illi nunc igni assimilati sunt et quasi flamma fuerunt, et quasi fumus illi arserunt et aestuaverunt et interierunt."

[38] et respondi illi et dixi ei: „O terra, cur facta es ex pulvere tuo, qui est sicut tu, alia creatio?
[39] profecto tamen melius fuisset nobis, si non creatum esset in nobis cor, quam ut in nobis crearetur et adolesceret nobiscum, et propter hoc iudicaremur; nam scientes peribimus.
[40] plangat genus hominum, et bestiae campi gaudeant, et fleant omnes qui nati sunt, et greges animalium exsultent!
[41] quoniam illa meliora sunt quam nos; illis enim non erit iudicium, quod eos manebit, neque iudicium cognoscunt, neque sperant vitam post suam mortem.
[42] quid autem nobis prodest nos vitam vivere?
[43] nos omnes qui nati sumus, submersi sumus peccatis nostris et pleni iniquitate, et gravia sunt peccata nostra.
[44] et melius fuisset nobis, si post mortem nostram in iudicium non iremus."
[45] et respondit mihi dixitque mihi: „Cum Altissimus

35. iustorum c. Pr., sanctorum L. — quae ex me [prodit] c. v. (Pr.), qui apud me [sunt] vel: quae apud me est B. — 36. de iis, qui peribunt v., de multis, et quia peribunt peccatores B., de iis qui peribunt peccatoribus Dillm. codd. — 37. fuerunt, et quasi c. v., et fuerunt quasi B. —

38. O terra c. v., o tu terra B. — cur facta es — creatio c. B. et Dillm. codd., quid factum est de pulvere tuo, qui sicut tu est v. — 39. cor c. v., cor malum B. et Dillm. codd. — et adolesceret c. v., et sit et adolesceret B. — nam scientes peribimus c Pr., nam scimus perituros esse L., nam nescientes peribimus Dillm. codd. nonnulli. — 40. qui nati sunt c. v., qui nati sunt ex terra B. — greges c. B., omnes greges v. — 41. non iudicium erit L. — neque iudicium cognoscunt c. Pr., neque poenas cognoscent L., om. B. — 42. vitam c. Pr., om. L. — 43. et gravia sunt peccata nostra c. Pr., et onerati nostris transgressionibus L. — 44. et c Pr., et profecto L. — 45. Cum c. v., Priusquam B. — iudicium et

crearet mundum et Adam et omnes, qui ex eo nati sunt, prius fecit iudicium et eius supplicium. [46] et nunc ex tuis verbis intellege. ais enim cor nostrum nobiscum adolescere. et propterea punientur, qui in terra habitant, quia, dum iis erat cor, peccaverunt, [47] et accipientes cor non servaverunt eius mandatum et discentes eius legem deseruerunt eius statuta quae acceperant. quid igitur dicturi sunt, cum iudicentur? et quid loquentur in diebus ultimis? et quamdiu Altissimus toleravit eos, qui habitant in mundo! [48] non autem contigit propter illos, sed propter tempus quod constituit."

[49] et respondi illi et dixi ei: „Si gratiam invenerim apud te, dic servo tuo hoc: cum moriamur, et exeat nostrum singulorum anima ex nobis, nosne servabimur in quiete, donec tempus eius veniat, quando statuet iudicium eius? an vero ex illo tempore iudicabimur?" [50] et respondit mihi dixitque mihi: „Hoc tibi dicam. at tu vero non es coniunctus apostatis nec numeraberis inter eos, qui iudicabuntur, quia thesaurum habes repositum tibi apud Altissimum eorum, quae fecisti, sed non tibi apparebit usque ad ultimos dies. [51] et quod [est] verbum mortis: quando vox praecepti exiit ex Altissimo et dixit aliquem mori et exire ex eo spiritum eius ex eius corpore, ut revertatur ad eum, qui dedit, [52] et primo coram gloria Altissimi se prosternit. [53] et si [fuerit] ex apostatis, qui non servaverunt vias Altissimi et vili penderunt eius legem nec meminerunt eius timoris, [54] hae animae non intrabunt habitaculum, sed vagabuntur [circa] id

---

eius supplicium c. v., iudicium et ignem et eius supplicium B., iudicium et ignem supplicii eius Dillm. codd. nonnulli. — 46. nostrum c. v., malum B. — punientur c. v. (Pr.), punientur omnes Dillm. codd. — 47. et discentes eius legem deseruerunt eius statuta c. v., cum didicissent legem eius et statuta eius B. — quamdiu c. Pr., quoties L. —

49. dic c. Pr., expone L. — eius c. v., eorum B. — 50. dicam c. Pr., explicabo L. — iudicabuntur c. Pr., punientur L. — usque ad ultimos dies c. v., om. B. — 51. vox praecepti c. B., vox, praeceptum v. — et exire ex eo spiritum eius c. v. (Pr.), et exire ex eo animam eius B. — dedit c. v., dedit eam B. — 53. timoris c. v., ordinationis B. — 54. hae animae non intrabunt c. v., his anima non intrabit B. —

[55] et postea castigabuntur et cruciabuntur et contristabuntur, et ostendent illis VII vias. [56] prima via [est], quod abiuraverunt legem Altissimi; [57] et secunda via quod non possunt porro redire ut vivant; [58] et tertia via, quod vident praemia, quae constituta sunt iis, qui crediderunt statutis Altissimi; [59] quarta via, quod vident poenas sibi paratas ultimis diebus; [60] quinta via, quod vident angelos servare animas iustorum in eorum habitaculis multa tranquillitate; [61] sexta via, quod cogunt eos circumire et ostendunt iis castigationem eorum, quae ab illo tempore iis continget; [62] septima via, quae maior est omnibus viis, de quibus dixi tibi, quod liquefiunt dedecore et deficiunt pudore et marcescunt timore, quando vident gloriam Altissimi coram se, qui nunc in vita sua in eum peccaverunt, qui coram eo iudicandi sunt. [63] et via eorum, qui servaverunt statuta Altissimi, quando exibunt ex corpore suo mortali — nam in omnibus suis diebus, quibus in isto manserunt, in isto serviverunt Altissimo afflictione, per omne tempus perpetientes dolorem, ut implerent legem eius, qui illos docuit —, [64] de hac ita res eorum se habet. initio multa laetitia videbunt eius gloriam, qui eos recipiet, et ducent eos per VII ordines. [65] primus ordo, quod multo labore luctati sunt, ut vincerent cogitationem mali, quae in iis [erat], adeo ut non eos deduceret in mortem in vita eorum, quae nunc [est]. [66] secundus ordo, quod vident animas peccatorum, ubi errant, et iudicium, quod eos manet. [67] tertius ordo, quod

56. abiuraverunt legem c. v., reliquerunt factum Dillm. codd. nonnulli. — 57. via c. B. et Dillm. codd., om. v. — redire c. v., redire in mundum B. — 58. iis c. v., iustis B. — 59. poenas sibi paratas c. v., quod sibi paratum est B. — ultimis diebus c. v., in ultimo mundo B. — eorum c. Pr., om. L. — 62. timore c. v., om. B. — 63. et via c. Pr., et via est L. — exibunt c. B., venient v., putrescent Dillm. codd. — Altissimo c. v., Altissimo in moribus suis B. — 64. initio c. Pr., ipso initio L. — qui eos recipiet c. Pr., cui sese convertent L. — ducent c. B. et Dillm. codd., ducet v. — 65. primus ordo c. v., om. B. — cogitationem mali c. v., malam cogitationem B. — quae in iis [erat] c. v., quod dixit iis B. — 66. secundus ordo c. v., secunda via B. — errant c. Pr., migrare coguntur L. —

erit testimonium iis [illius], qui eos creavit, quod servaverunt fideliter in vita sua legem, quae iis data est. [68]quartus ordo, quod vident tranquillitatem suam, in qua ab isto tempore quiescent in habitaculis suis multa laetitia, dum angeli servabunt eos, atque etiam gloriam eorum, quae eos manet. [69]quintus ordo, quod gaudent, quomodo effugerunt ex mortalitate praesenti et haereditate acceperunt id, quod postea ab iis recipiendum erat; [70]porro etiam vident, quemadmodum perpessi sunt locum angustum, qui plenus est dolore, et quemadmodum reperturi sunt amplum illum locum gaudebuntque, ubi non est mors. [71]sextus ordo, quod demonstrabitur iis, ut facies eorum splendebit sicut sol et sicut fulgur; sicut stellae eorum lux, nunquam enim morientur. [72]septimus ordo, qui omnibus superior est, quod gloriantur palam sine pudore de gaudio confessionis suae; festinabunt enim videre faciem eius, [cui] servierunt in sua vita, apud quem honorabuntur et praemiis afficientur. [73]hi sunt ordines animarum iustorum, quos ab isto tempore reperturi erunt. [74]et haec via et poena eorum, de quibus tibi dixi, qua dolebunt apostatae.“ [75]et respondi illi et dixi illi: „An ergó dabitur animae tempus, postquam excesserit de corpore suo, ut videat, de quo mihi dixisti?“ [76]et respondit mihi et dixit mihi: „Septem dies liberae erunt, ut videant eorum conditionem, de quo tibi dixi, in illis diebus VII, et postea abibunt in habitacula sua.“

[77]et respondi illi et dixi illi: „Si gratiam invenerim in

---

67. iis c. Pr., de iis L. — 68. eorum c. Pr., om. L. — 69. haereditate acceperunt c. v., operabantur B. — 70. ubi non est mors c. Pr., sine morte L. — 71. demonstrabitur iis c. B. et Dillm. codd., om. v. — et sicut fulgur; sicut stellae c. B., et quemadmodum fulgebit, sicut stellarum v. (Pr.). — 72. gloriantur c. v., gaudebunt B — apud quem c. Pr., a quo L. - honorabuntur c. v., obtinebunt B. — 74. qua c. v., quomodo B. — dolebunt c. Pr., afficientur L. — 76. et respondit mihi c. v., om. B. et Dillm. codd. — ut videant c. B., ut videant, de quo tibi dixi v. — negotium c. Pr., statum L. — VII c. Dillm. codd, om. B. v. —

77. Si c. B., Domine, si v. — iterum c. Pr., aliud L., om. B. — dic c. Pr., expone L. —

tuis oculis, hoc iterum dic servo tuo: in die iudicii poteruntne iusti intercedere pro peccatoribus apud Altissimum, aut parentes pro liberis suis, aut liberi pro parentibus suis, aut cognati pro cognatis suis, aut amici pro amicis suis?" [78] et respondit mihi et dixit mihi: „Quoniam invenisti gratiam in meis oculis, etiam hoc tibi dicam: dies iudicii repente erit et super unoquoque edicto meo ostendet ei sigillum veritatis. [79] quemadmodum nunc pater non mittit filium suum suo loco, [80] nec filius patrem suum, nec dominus servum suum, nec amicus amicum suum, ut aegrotet pro se vel recumbat vel edat vel sanet: [81] similiter nunquam erit, quod alius pro alio orare poterit, [82] neque quisquam erit, qui in socium suum vertat suum onus. [83] nam quisque iustitiam suam sustinebit et sua ipsius facta." VII. [1] et respondi ei et dixi ei: „Quomodo invenimus nunc, quod primus Abraham propter Sodomitas oravit, [2] et Moyses pro patribus nostris, cum in deserto peccaverunt, [3] et Josua pro Israel in diebus Akân, [4] et Samuel in diebus Saul, [5] et David pro pestilentia, [6] et Salomon pro sanctuario, [7] et Elias pro pluvia et pro mortuo ut viveret, [8] et Ezechias pro populo in diebus Sennacharem, et multi pro multis? [9] si ergo nunc, quando corruptibile increscit,

78. hoc etiam L. — dicam c. Pr., exponam L. — repente c. Pr., ad modicum L. — et super unoquoque edicto meo ostendet ei sigillum veritatis c. v. (Pr.), et super unoquoque edicto demonstrabit iis sig. ver. Dillm. codd., et super tota creatione demonstrabit iis edictum sigilli veritatis B. — 79. filium suum c. v. (Pr.), filios suos B. — 80. nec dominus servum suum c. B., nec servus dominum suum v. — recumbat c. v., bibat Dillm. nonnulli. — sanet c. v., bibat vel sanet B. — 81. pro alio orare c. B. et Dillm. codd., alium [adiuvare] v. — 82. in socium suum c. B. et Dillm. codd., in quemlibet, in socium suum v. — 83. et sua varia facta c. v. (Pr.), sua varia facta, et ita est B. — VII, 1. primus c. v., olim B. — 2. patribus nostris, cum c. B. et Dillm. codd., om. v. — 3. pro Israel c. v., pro Israel, cum peccarent B. — Akân c. B. et Dillm. codd., Achaz v. — 7. pro mortuo ut viveret c. Dillm. codd., pro mortuis ut viverent v., pro mortuis in diebus Akab, ut viverent B. — 8. pro multis c. B., pro multis oraverunt v. — 9. c. v., et si ergo nunc, quando in mortali multa est iniustitia, oraverunt, dum utilitatem afferebat, validi pro invalidis, et oraverunt iusti

et iniustitia multiplicatur, oraverunt iusti pro impiis, quare
et ista die sic non erit?" 10 et respondit ad me et dixit mihi:
Quoniam adhuc non finis est praesentis mundi, et gloria dei
non est in eo manifesta, quae manebit semper. 11 et propter
hoc validi oraverunt pro invalidis. 12 dies autem iudicii erit
finis mundi huius et initium mundi futuri, in quo mortalitas
deficiet, et surget immortalitas. 13 et postea tolletur infirmi-
tas, et deficiet litigium, et germinabit iustitia, et confirmabitur
integritas. 14 tunc enim nemo poterit misereri eius, qui iu-
dicio victus fuerit, 15 et nemo poterit affligere eum, qui
vicerit."

16 et respondi ei et dixi ei: „Hic est velut sermo meus
primus et novissimus: 17 quod melius nobis fuisset, si terra
non produxisset Adam, quam quod produxisset et docuisset
illum id, quo peccaret. 18 quid enim prodest nobis, nos
omnes vivere in tristitia 19 et post mortem nostram insuper
exspectare punitionem? 20 o Adam, quid fecisti? si enim tu
non peccavisses, utique non evenisset nobis hoc malum.
21 quid enim prodest nobis, quod promisisti nobis mundum
immortalem, 22 nos autem mortalia opera egimus? et quod
praedixerunt nobis bonam spem, 23 nos vero malum persecuti
sumus? 24 et quod reposita sunt nobis habitacula sine infirmi-
tate et sine tristitia, 25 nos vero peccatum egimus? 26 quod

---

pro impiis, quare ergo non ita est in fine huius mundi praesentis ista die? B. — increscit c. v., utilitatem affert Dillm. codd. — 10. finis est praesentis mundi c. v., finis eius est B. — quae manebit semper c. B. et Dillm. codd., quae manebit in eo manifesta, quae manebit semper v. — 12. c. v., dies autem finis huius mundi est initium etc. B. — 13. germinabit c. Pr., florebit L.

16. velut c. Pr., certissime L. — 17. docuisset illi L. — peccaret c. v., non peccaret B. — 19. et post mortem nostram insuper exspectare c. B. (om. insuper) et Dillm. codd., et mori insuper exspectantes v. — 21. mundum c. v., mundum futurum Dillm. codd. — 22. spem c. v., spem reliquimus B. — 23. malum persecuti sumus c. v., malum fecimus et persecuti sumus iniustitiam B. — 24. quod reposita sunt nobis c. v., utinam nobis reposita essent B. — sine tristitia c. v., sine tristitia reliquimus B. et Dillm. codd. —

est gloria Altissimi propter iustos, qui passi sunt, [ut] confirmet eos, [27]nos autem in delicto nostro ambulavimus? [28]et quod ostendetur paradisus, cuius fructus non marcescit, in quo est laetitia et vita, [29]nos vero non ingrediemur, opus enim, in quo non laudamur, fecimus? [30]et quod fulgebunt facies eorum, qui patientiam retinuerunt, [31]quoad nos autem, nostrae facies prae tenebris obscurabuntur? et ecce vivimus nescientes, quid nobis sit post mortem nostram." [32]et respondit mihi et dixit mihi: „Hoc est cogitamentum huius mundi quod certabit, qui super terram natus est homo, ut si vicerit, contingat quod dixi, [33]si autem victus fuerit, contingat, quod dixisti. [34]quoniam haec est via, de qua Moyses dixit ad populum: Eligite vobis vitam ut vivatis, sed non crediderunt ei neque prophetis post eum; [35]mihi ipsi autem, qui illis dixi, non est tristitia in perditione illorum, quemadmodum in eorum vita, qui credunt."

[36]et respondi ei et dixi ei: „Scio, domine, quod nunc vocatur Altissimus misericors, cum miseretur hos, qui semper quasi nihil omnino fuerunt, [37]et clemens, cum clementem se praebeat erga illos, qui conversionem faciunt in lege eius, [38]et longanimis est, quoniam longanimitatem praestat his qui peccant quasi filiis suis. [39]et munificus est, quoniam donat

---

28. quod c. v., si B. — cuius fructus non marcescit, in quo est laetitia et vita c. v., cuius fructus, qui in eo est, non marcescit, qui est sine tristitia tantum cum laetitia et vita B. — 29. ingrediemur c. v., ingrediemur in eum B. — 31. prae tenebris c. v., om. B. — nostram c. Pr., om. L. — 32. vicerit c. Pr., victus fuerit L. — dixi c. B. et Dillm. codd., dixisti v. — 33. victus fuerit c. B. et Dillm. codd., vicerit v. - contingat c. B. et Dillm. codd., non contingat v. — dixisti c. Dillm. codd., dixi B. et v. — 34. ut vivatis, sed non crediderunt ei neque prophetis qui post eum c. B., et ad eos, qui [fuerunt] post illum, prophetae [dixerunt] v. — 35. quemadmodum in eorum vita c. B. et Dillm. codd., propter eorum vitam v. —

36. nunc c. v., om. B. — 37. clementem se praebeat erga c. Pr., miseretur L. — eius c. B., tua v. — 38. suis c. v., om. B. — 39. quemadmodum opera eorum c. B. et Dillm. codd., propter sua opera v. —

iis, de quibus tibi dixi, quod digni sunt, quemadmodum
opera eorum; [40] et multae misericordiae est, quoniam multi-
plicat magis misericordiam suam his, qui praesentes sunt, et
qui obediunt, et qui laudandi sunt. [41] si enim non multi-
plicaverit misericordiam suam, non vivificabitur mundus et hi,
qui inhabitant in eo. [42] et munificus est, quoniam si non
donaverit de bonitate sua, ut alleventur peccatores ex pecca-
tis suis, utique quaeque stirps hominum non fuisset vivi-
ficata. [43] et iudex est, quoniam si non custodiverit opi-
ficium suum, quod fecit, deleret multitudinem apostatarum,
neque derelinquerentur ex multo numero eorum, nisi
pauci valde.“ VIII. [1] et respondit ad me et dixit mihi:
„Hunc mundum fecit Altissimus propter multos; [2] qui autem
venturus est, propter paucos, [3] et ecce exponam tibi coram
te similitudinem, Ezra. [4] interroga terram, et dicet tibi,
quod dat pulverem, unde fiat fictile, et pulverem, qui aurum
fiat. [5] sic est actus huius mundi. [6] nam multi creati sunt
in eo, pauci autem vivent.“

[7] et respondi ei et dixi ei: „Gaudeat anima corde, et
bibat auris sapientiam. [8] auris enim venit, ut audiat, abitque,
dum non vult, cum nil detur ei, nisi brevis vita. [9] o do-
mine, si concesseris servo tuo, donans nobis cor et cogita-
tionem, [semen] quo serimus et [locum] ubi aramus, serimus
ut fructum nobis ferat, et possint vivere, sed omnes mortui

---

40. qui obediunt c. B. v., qui non obediunt Dillm. codd. — 42. donaverit c. v., donaverit iis B. — hominum c. Pr., filiorum hominum L. — 43. deleret c. Pr., delendo L. — neque c. Pr., utique non L. — derelinquerentur ex multo numero eorum, nisi pauci valde c. v. (Pr.), derelinqueret multitudinem eorum neque multum eorum numerum, nisi valde paucos B. — VIII, 2. propter paucos c. v., propter paucos fecit eum Altissimus B. — 4. quod dat pulverem c. Pr., quod dat terram L. — fiat fictile, et pulverem, qui c. v., om. B. — 6. vivent c. Pr., salvabuntur L. —

7. sapientiam c. B. v., sermonem Dillm. codd. — 7. 8. auris. fort. οὖς pro νοῦς. — 8. auris enim venit ut audiat c. v., cor enim ad audiendum est B. — ei c. B. et Dillm. codd., om. v. — 9. 10. c. Pr., O domine, si concessisses servo tuo, cum dares nobis cor et cogitationem, qua serimus, ut quocunque loco aravissemus et seruisse-

[sunt], dum mundus portat homines. [11] quoniam nos omnes sumus similes, nos opus manuum tuarum, sicut locutus es. [12] nunc enim in matrice creas eum et facis ei corpus eius et membra eius et das ei cor et conservas id in igne et aqua. [13] et IX mensibus gestas hoc quod creavisti, et conservatur verbo tuo. [14] et quando rursus natum est, post generationem eius et creationem, imperas ex membris fluere lac, ex mamillis eius, fructum mamillae, ut nutriatur ille servus tuus usque in tempus aliquod. [15] et facis eum crescere misericordia tua et enutris eum tua iustitia et erudis eum in lege tua et corrigis eum tuo intellectu. [16] et posthaec interficis eum, quem creasti et vivificasti, servum tuum. [17] et si perdideris eum, quem tot diebus creasti et formasti, [18] quare profecto formasti eum? [19] et nunc certe dixisti, et de omnibus tu ipse scis, [20] at vero mihi de populo tuo cura fuit et de haereditate tua. [21] hoc [est], propter quod lugeo, hoc [est], propter quod incepi supplicare tibi coram te pro me et pro eis. [22] quoniam video lapsus nostros, qui inhabitamus mundum, audiens legem mundi, qui venturus est. [23] ideo audi vocem meam et ausculta petitioni meae, et loquar coram te."

[24] Initium vocis precationis Ezrae, priusquam assume-

---

mus, is fructum nobis ferret, tunc potuissent vivere; omnes autem morimur, ut mundus portet filios hominum L. — 11. omnes c. v., om. B. — 12. creas eum et facis ei c. Dillm. codd., creatus est, et fecisti ei B., creatus est, et factum est ei v. (Pr.). — corpus eius c. Pr., corpus L. — 14. rursus c. Pr., etiam L. — imperas c. B. v., in altitudine imperas Dillm. codd. — ex mamillis c. B., per mamillas v. (Pr.). — ut nutriatur c. v., et nutrivi B. — ille servus tuus c. v. (Pr.), illud opus tuum B. — 16. servum tuum c. v., om. B. — 17. perdideris c. v., perdens perdideris B. — tot diebus creasti et formasti c. v., tamdiu vivificasti et creasti B. — 18. profecto c. v., om. B. — 19. dixisti c. B. et Dillm. codd., dixi v. — 21. coram te c. B., om. v. — 22. audiens legem mundi c. Dillm. codd. nonnullis, audientes legem mundi B., faciente eo audire legem mundi Dillm. codd. nonnulli, om. v. — 23. coram te c. v., tibi coram te vocem meam B. —

24. vocis precationis c. Pr., orationis L. — in aeternum c. Pr., mundum L. — cernis [omnia] supplevit L. — coelo c. v., coelis B. — infinita c. v., infinita et non inclinata B. —

retur. et dixit: „Domine, qui inhabitas in aeternum et cernis
in aethere altissimo, qui existis in coelo, cuius thronus in-
victus est, et gloria infinita, 25 [cui] adstant angeli tui cum
tremore, 26 cuius iussu fiunt ventus et ignis, cuius verbum
validum est, et dictum manet, et decretum forte est, 27 cuius
terribile [est] mandatum, et cuius mandatum arefacit abyssos,
et indignatio liquefacit montes, 28 et iustitia tua testimonium tuum
est, exaudi orationem servi tui et auribus percipe precationem
figmenti tui 29 et auribus percipe dictum meum. dum enim
vivo loquar tibi, 30 et dum cogitat cor meum, respondebo
tibi. 31 nec respicias populi tui delicta, sed iustitiam eorum,
qui tibi servierunt. 32 nec cernas opera peccatorum, sed do-
lores eorum, qui statuta tua custodierunt. 33 nec irascaris
propter eos, qui in conspectu tuo malum fecerunt, sed me-
morare eos, qui toto suo corde crediderunt in lege tua.
34 neque volueris perdere eos, qui sicut pecudes sunt in ope-
ribus suis, sed recordari et respicere eos qui statuta tua
sincero corde sunt complexi. 35 nec indigneris eis, qui bestiis
peiores sunt, sed dilige eos, qui semper confidunt in tua
gloria. 36 at vero nos et ii qui ante nos opera mortalia
fecimus. 37 tu autem propter nos et propter eos, qui
peccaverunt, sis nobis misericors; nostrum enim, quibus
non sunt bona opera, si miserearis, tunc misericors voca-
beris. 38 iustorum enim, quibus sunt opera bona reposita
apud te, ex propriis operibus misereberis. 39 et quid homo,

---

26. cuius iussu fiunt ventus et ignis c. v., et iussu tuo stant venti coeli et ignis B. — decretum c. v., vox decreti B. — 28. et iustitia tua testimonium tuum est c. B. et Dillm. codd., et in veritate tua non est testimonium v. — figmenti tui c. v., eius B. — 29. tibi c. Pr., om. L. — 30. et dum cogitat cor meum c. Dillm. codd., et dum existit cor meum v., et dicam vocem apud te, dum est in corde meo B. — tibi c. Pr., om. L. — 31. servierunt c. Pr., serviunt L. — 33. memorare c. v., memorare et inspice B. — 34. sicut pecudes c. v., sicut pecudes coram te B. — recordari et c. v., om. B. — sincero corde c. B. et Dillm. codd., sincere v. — 35. qui bestiis peiores sunt c. Pr., qui malum faciunt prae bestiis L. — 36. ante nos c. Pr., nobis antecesserunt L. — 38. enim c. B., autem v. —

ut ei indigneris? [40] et quid est genus mortale, ut amarus sis de eo? [41] in veritate dico, quod nemo de genitis est et non peccat. [42] at profecto maxime in hoc ostendetur benignitas tua, cum misertus fueris iis, quibus non est bonum opus."

[43] et respondit ad me et dixit ad me: „Recte in veritate locutus es, et sic est. et iis profecto, qui peccaverunt, non cupio mortem neque iudicium neque miseriam, [44] sed iucundabor super iustos. [45] illi enim ii sunt, qui vivent et mercedem suam accipient. [46] et ut locutus es, sic et est. sicut agricola serit semina multa et plantationes multitudinis plantat, [47] si autem tempus eius est, non omne semen vivet, nec omnis planta radicabit: [48] sic et qui in hoc mundo sunt, non omnes vivent." [49] et respondi ad eum et dixi ad eum: „Si inveni gratiam coram oculis tuis, loquar. semen agricolae si non ascenderit, dicitur forte non accepisse pluviam, et propterea perit. [50] sed hominem manibus tuis formasti, imagini tuae comparasti. [51] nam imago tua est, et propter eum omnia plasmasti. [52] quare comparas eum et aestimas eum sicut semen agricolae? [53] absit a te, domine! sed parce populo tuo et miserere haereditatis tuae; nam creaturae tuae misereris."

[54] et respondit ad me et dixit ad me: „Id quod in hoc mundo [est], eorum, quae in hoc mundo [sunt], simi-

40. amarus sis c. B. v., amare agas Dillm. codd. — 41. dico c. v., dico tibi B. —

43. Recte in veritate c. v., Recte tu, apud te iustitia est B — et sic est c. Pr., sic et fiet L. — et iis profecto — miseriam c. Pr., et ii profecto non mihi curae erunt, qui peccaverunt [ad] mortem, non autem [ad] iudicium, nec miseriam L. — 47. si autem tempus eius est c. Pr., nihilo minus tamen in tempore suo L. — 49. coram oculis tuis c. B., coram te v. — loquar c. B. et Dillm. codd., om. v. — forte c. Pr., sane L. — hominem c. Pr., hominem, quem L. — 51. nam c. B. et Dillm. codd., si autem v. — omnia plasmasti c. v., omnia sunt, nam similitudinem tuam assimilasti huic servo tuo B. — 53. parce populo tuo et miserere haereditatis tuae c. v., miserere populi tui et parce haereditati tuae B. —

litudo est; [55]quod autem in isto mundo, eorum, quae in isto mundo [sunt]. [56]sed tu multo minor, ut plus ames creaturam meam, quam ego. [57]tu autem plerumque assimilaris impiis, cum non sis impius. [58]sed in hoc laudaris coram Altissimo, quoniam humiliasti te ipsum, sicut decet te, et non aestimasti te sicut iustos, [59]ut magis laudareris. [60]et nunc multum patiuntur miseri, qui habitabunt mundum in novissimis diebus, [61]quia in multa superbia ambulaverunt. [62]tu autem pro te ipso intellege et eorum, qui sicut tu, inquire opus. vobis enim apertus est paradisus, et plantata est arbor vitae, et praeparatus est mundus, qui venturus est, et decretum aedificatumque est gaudium, [63]et substrata est requies, et stetit benedictio et bonitas, et excerpta est radix sapientiae. signata igitur est infirmitas, et extincta est mors, [64]et absconditus est infernus, et periit corruptio, et ex memoria deletus est dolor, et ostensus est thesaurus vitae. [65]ne igitur iteres inquirendo de multitudine eorum, qui pereunt. [66]nam et ipsi accipientes libertatem spreverunt Altissimum et legem eius contempserunt et vias eius dereliquerunt [67]et iustos conculcaverunt et dixerunt in corde suo; „Nolumus Deum“, dum sciebant, quod morituri erant. [68]et propterea, sicut vestrum [est] illud bonum, sic eorum [est] iste interitus. [69]nam illi postquam creati sunt, coinquinaverunt nomen creatoris eorum et ingrati fuerunt ei, qui praeparavit eos. [70]nunc iudicium eorum appropinquat eis, quae non multis dixi nisi tibi et tibi similibus paucis.“

55. mundo [sunt] c. v., mundo [sunt], similitudo est unus cod. Dillm. — 57. impiis c. v., impio B. — 58. sed c. Pr., sed et L. — 59. c. v., nam magis laudaris B. — 60. multum patiuntur miseri c. Pr., miseriae multae subeundae erunt iis L. — 61. in multa superbia c. v., multis diebus in superbia B. — 63. stetit c. Pr., restitit L. — igitur c. v., om. B. — 64. ex memoria deletus c. v., non institutus B. — 66. vias eius dereliquerunt c. B. v., ordinationem eius recusaverunt Dillm. codd. nonnulli. — 67. iustos c. v., iustos eius Dillm. codd., animas iustorum B. — 69. illi postquam creati sunt c. Pr., illae creaturae L. — nomen creatoris eorum c. v., eum, qui creavit eos B. — ingrati fuerunt ei c. v., non cognoscebant eum B. — 70. nunc c. v., om. B. — dixi c. Pr., demonstravi L. —

[71] et respondi ei et dixi ei: „Ecce nunc, domine, dixisti mihi multitudinem signorum, quae facies in novissimis diebus, sed non dixisti mihi, quando tempus ei constitutum.“ IX. [1] et respondit ad me et dixit ad me: „Computans computa ipse, et cum videris, quod transierit pars quaedam ex signis, quae tibi dixi, tunc intellege, quod appropinquavit constitutum tempus, in quo visitaturus est Altissimus mundum, quem fecit. [2] quando videbitur in mundo commotio singularum regionum, [3] et turbabuntur gentes, et commiscebitur populus, [4] et inter se pugnabunt principes, et consternabuntur duces: [5] tunc intellege, quod de his erat Altissimus locutus ante tempus eius constitutum. sicut omne quod factum est in mundo [habet] initium in verbo, et consummationem, cum manifestum fuerit: [6] sic et Altissimo [est] initium in sermone et in signo et in potentia, [7] et consummatio in actu et in miraculo. [8] et qui salvus factus fuerit et poterit effugere per opera sua et per fidem suam, in qua credidit, ille immunis erit a cruciatibus, de quibus tibi dixi, [9] et videbit vitam meam in terra mea et in finibus meis, quos sanctificavi mihi ex hoc mundo. [10] tunc affligentur, qui nunc neglexerunt praecepta mea, et cruciabuntur in iudicio, qui dereliquerunt timorem meum et contempserunt me. [11] et ii omnes, qui non cognoverunt me in vita sua, dum eos adiuvabam, [12] et ii omnes, qui fastidierunt legem meam, cum erant habentes libertatem, et cum esset eis apertus patientiae meae locus, et non intellexerunt

71. dixisti (bis) c. Pr., demonstrasti (bis) L. — quando tempus ei constitutum c. Pr., quo tempore constituto L. — IX, 1. ipse c. Pr., tecum L. — dixi c. Pr., praedicta sunt L. — 3. commiscebitur populus c. Pr., pollutus erit populus L. — 4. inter se pugnabunt c. Pr., in mutuas caedes ruent L. — 5. 6. initium in verbo, et consummationem, cum manifestum fuerit, sic et Altissimo c. v., om. B. (propter homoeoteleuton). — in verbo. ἐν φωνῇ pro ἐμφανῇ. — 6. sic et Altissimo c. v., sic et mundo Altissimi Dillm. codd. — in sermone. ἐν φωναῖς pro ἐμφανεῖς. — 7. et in miraculo c. v., om. B. — 8. suam c. Pr., om. L. — 9. meam c. B., om. v. — 10. nunc c. v., om. B. — timorem meum c. B. et Dillm. codd., statuta mea v. — 11. non c. v., om. B. — 12. cum erant c. Pr., cum adhuc erant L. — et cum esset c. v. (Pr., om. adhuc), nam cum esset B. —

me, 13 sed spreverunt me, hos oportet post mortem solum-
modo me cognoscere. 14 tu ergo ne quaeras, quomodo impii
iudicabuntur, sed inquire, quomodo iusti vivent in mundo
suo; nam propter eos est mundus."

15 et respondi ad eum et dixi ad eum: „Olim locutus
sum et nunc dico, quod plures sunt, qui peribunt, quam
electi, qui vivent, sicut multiplicatur fluctus super guttam."
16 et respondit ad me et dixit ad me: „Qualis regio, [tale]
semen eius, et qualis agendi ratio, [tale] iudicium, 17 et se-
cundum computationem agricolae [est] area eius. 18 nam tem-
pus suum [erat] mundus, 19 quem nunc praeparabam, antequam
fieret mundus eorum, in quo habitarent, 20 et nemo mihi
contradicebat illo die, quia nemo existebat, prorsus nemo.
21 et nunc iis creatis in mundo parato et in mensam, quae
[est] in perpetuum, lege, cui non fuit vestigium mortis, et
operum eorum, cum contemplarer mundum, 22 ecce perierunt
hi, mundus etiam meus. 23 et ecce cruciabuntur propter sua
opera, quae sparsa erant in terra. 24 et vidi et decerpsi et
evulsi valde modicum et salvum feci mihi acinum de botro
et plantam unam de multa silva. 25 pereat ergo multitudo
eorum, qui frustra creati sunt, 26 et servetur acinus meus et
planta mea, quae invaluit cum multo labore. 27 tu autem si
iterum ores et ieiunes VII dies et ibis in campum, ubi stru-
ctura non est aedificata, et manducabis solummodo de fructu
campi et carnem non gustabis et vinum non bibes, sed so-
lummodo fructum arboris et roga Altissimum in omni tem-
pore, et veniam et loquar tecum."

---

14. vivent c. Pr., salvabuntur L. —

15. qui peribunt, quam electi c. B., qui peribunt ex ultimis, quam v. — vivent c. Pr., salvabuntur L. — fluctus c. v., imber B. — 16. iudicium. κρίσις pro κτίσις. — 17. area eius c. v. (Pr.), messor eius B., messis eius Dillm. cod. unus. — 18. tempus suum [erat] c. B. et Dillm. codd., in tempore erat v. — 20. illo die c. B., om. v. — nemo c. v., nihil B. — 22. perierunt hi c. B. et Dillm. codd., exitium erat v. — meus c. v., om. B. — 24. et vidi et decerpsi c. B., et ivi v. — evulsi c. v., evulsi mihi Dillm. codd. nonnulli. — 27. et ieiunes c. v., om. B. — VII dies c. v., VII dies, dum existis B. — roga c. v., rogas B. et Dillm. codd. —

IV.

[28]Et postea profectus sum in campum, qui vocatur
Arphad, sicut iussit me, et sedi in gramine et de fructu
agri manducavi, et quod edi, saturabat me. [29]et postea post
dies VII, dum discumbebam supra foenum, cor meum tur-
babatur, sicut ante, et aperui os meum et inchoavi dicere
coram Altissimo et dixi: „O domine, mi domine, apparens
apparuisti patribus nostris in deserto in terra vastata, ubi
non fuit silva et herba, [30]et dixisti: „Tu Israel audi me et
ausculta voci meae. [31]ecce enim ego semino in vobis legem
meam, et faciet in vobis fructum, et glorificabimini in ea
per saeculum.“ sed patres nostri suscipientes legem tuam non
servaverunt et legitimis tuis non steterunt. [32]et postea fru-
ctus legis tuae non perditus fuit. [33]nec enim poterat ut
perderetur, [34]quoniam tuus erat. qui autem acceperunt eum
perierunt, quia non custodierunt, quod in eis seminatum
fuerat. lex enim erat. [35]et simul ac acceperit terra semen,
[36]vel simul ac in mare iverit navis, [37]vel vas postquam po-
suerunt in eo escam, huic postquam venit tempus eius, vel
huic semini vel huic, quod positum est in eo, ut pereat.“

[38]et cum respexissem oculis meis, ecce videbam mu-
lierem in dextera parte, [quae] flebat et clamabat cum voce
magna, [39]et anima eius dolebat valde, et vestimenta eius

---

28. postea c. v., om. B. — in gramine et de fructu agri manducavi c. v., in agro B. — et quod edi, saturabat me c. Pr., quem edi in saturitatem L. — 29. postea c. v., om. B. ita ae. vertere solet καὶ ἐγένετο. — O domine c. B., O domine, domine v. — apparens c. v., om. B. — 30. audi me et ausculta voci meae c. v., audi vocem meam et ausculta sermoni meo B. — 31. faciet c. v., faciam B. — 34. qui autem c. B., nam qui v. — non custodierunt c. v., non custodierunt mandatum tuum B. — lex c. v., lex tua B. — 37. c. v. (Pr.), vel vas postquam posuerunt in eo escam, huic postquam venit tempus eius, vel his seminibus, quae posita sunt in ea (terra) B. reliqua versionis lat. v. 35—37 desunt. —

38. flebat et clamabat c. Pr., lugebat et plorabat L. — 39. anima

discissa, et cinis super caput eius. [40]et dimiserunt me hi
cogitatus, in quibus eram cogitans, et conversus sum ad eam
et dixi ei: „Quid flere te facit? et quare anima tua dolet?"
[41]et dixit ad me: „Sine me, [ut] defleam, mi domine, pro-
pter me ipsam et adiiciam dolorem meum, quoniam valde
tristis ego, et dolet anima mea." [42]et dixi ei: „Quid est
tibi? dic mihi." et dixit ad me: „Sterilis fui ego olim, dum
eram cum marito meo annis XXX, et equidem quotidie
et omni hora in his XXX annis rogabam Altissimum die ac
nocte. [43]et postea post XXX annos exaudivit me deus ancil-
lam suam et vidit dolorem meum et perspexit cruciatum
meum meamque molestiam [44]et dedit mihi unum filium, et
iucundata sum super eum valde, ego et vir meus et omnes
homines civitatis meae, [45]et honorificabamus deum. et nu-
trivi eum multo labore. [46]et postea cum crevisset, accepi
illi uxorem et feci epulas. X. [1]et postea cum introisset in
thalamum suum, cecidit et mortuus est. [2]et postea extinximus
lumina nostra et mansimus flentes. [3]et surrexerunt omnes
cives mei et coeperunt loqui ad me. [4]et postea tacui usque
ad noctem quae postridie. [5]et postea cum omnes tacuissent
et desinerent reprehendere me, surgens nocte fugi et veni
huc in hoc desertum. [6]et statui igitur non reverti in civi-

---

eius c. Pr., anima L. — vestimenta eius discissa c. v., vestimentum eius discissum B. — 40. et dimiserunt me hi cogitatus c. v. (Pr.), et dimiserunt me hae cogitationes meae B. — 41. Sine me c. B., Sine me, sine me, dixit v. — meum c. Pr., om. L. — tristis ego c. v. (Pr.), tristis est anima mea B. — 42. et dixi c. v., dixi B. — dic mihi c. v., profecto dic mihi B. — equidem quotidie et omni hora c. B., equidem quotidie et omni die v. (Pr.). — 43. me c. B., om. v. — 45. honorificabamus c. Pr., honorificabam L. — 46. et feci epulas c. v., et feci ei epulas et nuptias B. — X, 2. nostra c. Pr., om. L. — 3. mei c. v., om. B. — et coeperunt loqui ad me c. v. (Pr.), et locuti sunt ad me B. — 5. desinerent reprehendere me c. Pr., deseruissent me reprehendentem L. — surgens nocte fugi c. v., discessi et fugi surgens nocte B. — in hoc desertum c. B. et Dillm. codd., in hunc locum v. — 6. in civitatem c. B. v., in civitatem meam Dillm. codd. —

tatem, sed hic consistere [7]et neque manducare neque bibere, sed sine intermissione ieiunare et lugere, usque dum moriar." et deseruit me ea cogitatio, quam cogitabam, [8]et respondi ad eam et dixi ad eam: „Stulta tu super omnes mulieres, [9]nonne vides luctum nostrum, qui nobis contigit de Sion, ut nos omnes in tristitia versemur et in dolore doleamus validissime? [10]et nunc profecto estne tibi lugere et contristaris? nos omnes enim contristamur et lugemus nos, [11]tu autem contristaris de uno filio. [12]interroga terram et dicet tibi, [13]et iure cum deceat lugere tantos, qui in ea nati sunt, omnes qui olim super eam creati sunt. [14]et ecce alii venerunt, et omnes acceperunt exitium et perditionem universi. [15]quis ergo debet lugere magis: quae tantam multititudinem perdidit? [16]an tu propter unum doles? an vero dices: Non est, ut planctus meus, planctus terrae, [17]quoniam ego fructum ventris mei perdidi, quem in moeroribus et doloribus peperi, [18]terra autem, sicut multi venerunt super eam, sic abierunt? [19]sed ego tibi dico: sicut tu cum labore peperisti, sic et terra dedit fructum suum hominem ab initio et propter id, quod dederat ei eius creator. [20]nunc igitur amove a te hanc tristitiam tuam [21]et patienter sustineas quae tibi contigerunt, dolorem tuum et iudicium tuum. [22]si enim iustum pronuntiaveris deum, qui te adiuvabit, filium tuum recipies in tempore [23]et nominaberis inter mulieres patiens. [24]et nunc in-

---

7. neque manducare neque bibere c. v., neque manducare cibum neque bibere aquam B. — ea cogitatio c. v., cogitatio mea B. — 8. et dixi ad eam c. Pr., et dixi L. — 9. in tristitia versemur et c. B. et Dillm. codd., om. v. — 10. omnes c. v., om. B. — et lugemus nos c. v., om. B. et Dillm. codd. nonnulli. — 15. quae tantam multitudinem perdidit c. v., qui t. m. perdiderunt B. — 16. an tu c. B. et Dillm. codd., an tu [sicut] propter multos v. — 17. et doloribus c. v., om. B. — 19. et propter id, quod dederat ei eius creator c. B, propter fructum suum, quem dederat eius creator v. (Pr.). — 21. patienter sustineas c. Pr., valde sis patiens L. — quae tibi contigerunt, dolorem tuum et iudicium tuum c. v., propter id quod contigit tibi dolor et iudicium B. — 23. c. v. (Pr.), et nominaberis patiens in mulieribus B. —

gredere in civitatem et vade ad virum tuum." [25] et dixit ad
me: „Non faciam ita neque ingrediar civitatem, sed hic mo-
riar." [26] et iterum locutus sum ad eam et dixi ei: „Ne fa-
cias hanc rem! consenti mihi [27] et fac te ipsam sicut iudi-
cium Sion et consolationem accipe de civitate Jerusalem.
[28] nonne vides, quod sanctuarium nostrum destructum est,
et abolitum est psalterium nostrum, [29] et glorificatio nostra
conticuit, et gloria nostra cecidit, et lumen candelabri nostri
extinctum est, [30] et arca legis nostrae direpta est, et sancta
nostra contaminata sunt, [31] et fama nostra profanata est, et
liberti nostri contumeliam passi sunt, [32] et sacerdotes nostri
succensi sunt, et Levitae nostri in captivitatem abierunt, [33] et
virgines nostrae trucidatae sunt, et vi oppresserunt mulieres
nostras, [34] et iusti nostri rapti sunt, et iuvenes nostri ser-
vierunt, [35] et parvuli nostri abrepti sunt, et fortes nostri in-
validi facti sunt, [36] et quod omnium maius, obsignata est
Sion, et exiit ex eo eius gloria, et nos abiimus in manum
inimicorum nostrorum. [37] et tu abiice a te tuam tristitiam
multam et amove abs te hanc multitudinem dolorum tuorum,
ut tibi repropitietur Altissimus, Fortis, et requiescere faciat te
Deus a laboribus tuis."

[38] et postea cum loquebar ad eam, facies eius valde ful-
gebat subito, et sicut species fulguris fiebat eius adspectus.
[39] et valde pavi appropinquare eam, et cor meum fuit attoni-

25. civitatem c. v., civitatem meam B. — 26. locutus sum c. v., oravi B. — dixi ei c. Pr., dixi L. — mihi c. B. et Dillm. codd., om. v. — 27. iudicium Sion c. v., iudicium meum in Sion B. — 29. lumen candelabri nostri c. B., candelabrum nostrum et lumen nostrum v. — 31. fama nostra profanata est c. B. et Dillm. codd., nomen nostrum profanatum est v. — 36. obsignata est c. Pr., signaculum L. — et exiit c. Pr., exiit L. — 37. et tu abiice — dolorum tuorum c. v. (Pr.), et tu abiice plangorem tuum et amove a te multitudinem tristitiae B. —

38. postea c B. et Dillm. codd., om. v. — 39. valde c. v., om. B — postea cum cogitarem c. B. et Dilllm. codd., postquam cogitabam v. — quidnam esset, quod mihi supervenerat c. B. et Dillm. codd., om. v. — subito c. v., om. B. — cuius sonus magnus et terribilis c. v. (Pr.), magnus et om. B. — voce eius c. Pr., voce L. —

tum. et postea cum cogitarem, quidnam esset, quod mihi supervenerat, clamavit subito magna voce, cuius sonitus magnus et terribilis, ut commoveretur terra voce eius. [40] et cum viderem illam, ecce non erat mulier, sed civitas aedificata, [41] et vidi locum fundamentorum eius magnorum [42] et timui et clamavi voce magna. [43] et dixi: „Ubi est Urâêl angelus, qui a principio venit ad me? quare ita me fecisti, ut ingrederer in hac multa investigatione, et ut finis meus fieret aerumnae, et oratio mea opprobrio?"

[44] et cum essem loquens ita, ecce venit ille angelus, qui ad me a principio venerat, et invenit me cubantem ut cadaver, et cor meum non fuit mecum, et tenuit me per dextram meam et confortavit me et statuit me super pedes meos recte. [45] et respondit mihi et dixit mihi: „Quid tibi est? et quid conturbat te? et quare cor tuum non fuit tecum? [46] et dixi illi: „Quoniam neglexisti me et dereliquisti me. et ego quidem, ut dixisti mihi, exivi in campum [47] et ecce vidi, quod non possum comprehendere." [48] et dixit ad me: „Sta, et ego alloquar te ut vir." [49] et dixi ei: „Loquere, domine, sed ne me derelinque, ne igitur subito moriar. quoniam vidi, quae non vidi, [50] et audivi, quae non intellexi. [51] at forte cor meum deliravit, et anima mea somniat. [52] et nunc gratificare mihi, domine, narra servo tuo interpretationem huius." [53] et respondit ad me et dixit ad me: „Audi me, et doceam

---

40. aedificata c. v. (Pr.), sancta et aedificata Dillm. codd. nonnulli. — 41. magnorum c. v., magnum B. — 43. Ubi est c. v., Ubi tu es B. — Urâêl c. Pr., Uriel L. — venit c. v., venisti B. — fecisti c. Pr., fecit L. — investigatione. ἐξέτασιν pro ἔκστασιν, cf. XII, 6. —

44. ecce c. B. et Dillm. codd., om. v. — per dextram meam c. v., dextra sua B. — 45. Quid tibi est? et c. v., om. B. — 46. exivi in campum c. v., veni in hunc campum B. — 49. Loquere, domine c. v., Domine, loquere, mi domine B. — ne igitur subito moriar c. Dillm. codd., subito igitur non moriar B., om. v. — quae non vidi c. v. (Pr.), quae vidi B. ᾔδειν ae. vertit: vidi. — 50. quae non intellexi c. v., quae non audivi nec intellexi B. — 51. forte c. Pr., profecto L. — somniat c. v., tristis est et somniat B. — 53. Audi me c. v., Audi me, quod dico tibi B. — Altissimus c. B., altissimus Deus v. —

te, de quibus times, quoniam Altissimus revelavit tibi [54]arcanum mysterium illud, cum videret iustitiam tuam, quoniam multum contristabaris pro populo tuo et valde lugebas propter Sion. [55]haec est res eius: mulier quidem haec, quam vidisti ita lugentem, et inchoasti consolari eam, nunc autem non est mulier, [quam] es videns, sed est tibi civitas aedificata, [56]quoniam enarravit tibi de dolore filii sui, [57]haec mulier, quam vidisti, est Sion, quam nunc conspicis ut civitatem aedificatam. [58]et quod dixit tibi: Sterilis fui XXX annos, [hoc est], quoniam MMM annos mansit mundus, dum nemo offerebat oblationem. [59]et post MMM annos aedificavit Salomon civitatem et obtulit oblationem illo tempore. [60]hoc est, quod peperit filium sterilis illa. [61]et hoc, quod tibi dixit: „Multo labore nutrivi eum,“ est sicut mansit Jerusalem. [62]et id, quod dixit tibi: „Quando filius meus venit in suo thalamo, cecidit et mortuus est, et contigit mihi iste dolor, haec est ruina Jerusalem. [63]et ecce vidisti, quemadmodum fuit, quomodo filium suum lugeret, et tu inchoasti consolari eam in afflictione, [64]et nunc cum videret te altissimus Deus, quod ex animo toto tuo contristatus es et ex toto corde tuo pateris pro ea, ostendam tibi clari-

---

54. arcanum mysterium illud c. B. (emend.), nam mysterium arcanum est B. (pr. m.) v. — 55. mulier quidem haec c. Pr., mulieris L. — vidisti c. B., vidisti primo v. — nunc autem c. B. v., haec autem Dillm. codd. — non est mulier, [quam] es videns c. v., non est, quemadmodum eam vidisti B. — aedificata c. v., firma B. — 56. de dolore c. v. (Pr.) B., de casu L. — 57. quam nunc conspicis ut civitatem aedificatam c. v., et nunc quidem tu vidisti eam ut civitatem sanctam, aedificatam B. — 58. MMM c. Dillm. codd. nonnullis, XXX B. et Dillm. codd. nonnulli, C v. — dum nemo offerebat c. B. et Dillm. codd., non offerens v. — 59. MMM c. B. et Dillm. codd. nonnullis, XXX Dillm. codd. nonnulli, C v. — 60. filium c. B. et Dillm. codd., om. v. — 61. quod tibi dixit c. Dillm. codd., om. B. (sed cf. sqq.) v. — nutrivi eum c. v., nutrivi eum“, quod dixit B. — mansit c. v. (Pr.), gloriosa fuit B. — Jerusalem c. v., Jerusalem hoc die B. — 62. cecidit c. B. et Dillm. codd., om. v. — et contigit mihi iste dolor, haec c. Pr., et contigit iste casus L. — iste c. v., om. B. — 63. fuit c. v., mansit et fuit B. — 64. ex animo toto tuo contristatus es et c. v., om. B. — ostendam c. B. v. (Pr.), ostendit Dillm. codd. —

tatem gloriae eius et pulchritudinem decoris eius. [65] et propterea dixi tibi: „Manebis in campo, ubi domus non est aedificata.“ [66] sciebam enim, Deum tibi omnia ostensurum fuisse. [67] et propterea dixi tibi, [ut] venires hic, ubi non est fundamentum aedificii. [68] nam non possibile est ut sit aedificium operis hominis in loco, ubi Altissimus ostensurus est. [69] tu ergo ne timeas, neque expavescat cor tuum, sed ingredere et vide splendorem eius et robur aedificii eius, [70] et quantum potes audire, audi auribus tuis. [71] tu enim beatus es prae multis [72] et nominatus es apud Altissimum, sicut et pauci. [73] pernocta hic crastina nocte, et ostendet tibi Deus altissimus visionem [eorum] in somnio, quae faciet in quoque tempore constituto his, qui habitant in mundo.“

V.

[74] Et pernoctavi illam noctem et posteram, sicut iusserat me. XI. [1] et postea secunda nocte vidi in somnio aquilam ascendentem de mari, et ei erant XII alae et capita tria, et volavit alis suis in omnem terram. [2] et omnes venti coeli insufflabant in eam, et colligebantur nubes in eam. [3] et ex his eius alis germinabant capita, [4] et haec capita fiebant alae minutae et modicae. [5] et capita eius quiescebant, et medium caput erat maius duobus eius capitibus, [6] sed illud quiescebat cum eis. [7] et haec aquila volabat pennis suis, ut regnaret super terram et super eos, qui habitabant in terra,

66. Deum tibi omnia ostensurum fuisse c. v., omnia quae Deus tibi ostensurus erat B. — 68. c. B. (om. Altissimus) et Dillm. codd., sitne homo in loco, ubi Altissimus ostensurus est? v. — 69. ergo c. v., om. B. — splendorem eius c. Pr., splendorem L. — 72. nominatus es c. B. et Dillm. codd., nominaris v. — 73. pernocta hic crastina nocte c. Pr., nocte autem, quae in crastina nocte L. — faciet c. v., fecit B. — quoque c. v., om. B. —

74. et posteram c. Dillm. codd., posteram v. (Pr.), om. B. — XI, 1. in somnio c. v., in somnio meo B. — 3. capita c. v., capita eius B. — 4. c. v. (Pr.), et hoc caput eius fiebat etc. B., et in capitibus eius alae parvae et modicae Dillm. codd. duo, haec capita om. Dillm. codd. nonnulli. — 5. quiescebant vel tacebant (L.) vertit Pr., cf. v. 6. — duobus c. B. v., illis Dillm. codd. — 6. sed illud c. B. et Dillm. codd., sed v. — 7. ut subiiceret sibi c. v., ut subiicereetur B. —

ut subiiceret sibi omnia sub coelo. et nemo illi contradicebat,
neque unus [8] ex iis, qui creati sunt in terra. [9] et postea
surrexit illa aquila et stetit super ungues suos et clamavit
magna voce et dixit pennis suis: „Ne omnes vos vigiletis una;
dormite unaquaeque ex vobis in loco suo, et unaquaeque in
suo tempore vigilate, [10] et caput eius ultimum magnum fiet.“
[11] et cum viderem, non erat, quod exibat ex eius capite vox
eius, sed de medio corporis eius. [12] et numerus illorum capitum
erat VIII. — [13] et postea a dextera parte exiit ala et
rexit omnem terram, et cum veniret finis eius, periit illa,
donec non apparuit locus eius. [14] et exiit altera et regnavit
illa multum tempus et stabilivit [se]. [15] et postea cum veni-
ret finis eius, periit illa sicut prior. [16] et vox venit illi illi-
que dixit: „Audi tu, quae tanto hoc tempore tenuisti terram!
[17] haec annuntio tibi, antequam pereas. [18] nemo post te te-
nebit eam sicut tu, nec tamdiu quam dimidium tui [temporis].“
[19] et exiit tertia et tenuit eam illa et regnavit, sicut prima, et
postea periit et illa. [20] et sic exierunt omnes alae eius et re-
gnaverunt singulatim [21] et iterum perierunt. — [22] et postea quae-
que in suo tempore alae eius erigebantur a sinistra parte, ut tene-
rent et ut regnarent, [23] et celeriter perierunt. et ex his erant
quae surrexerunt, [24] sed illae non regnaverunt. [25] et post haec
perierunt hae XII alae eius et duo capita, et nihil superfuit in

9. alis c. Pr., pennis L. — una c. B. et Dillm. codd., om. v. — in loco suo c. v., in loco vestro B. — 10. ultimum c. Pr. (etiam B. et Dillm. codd.), in novissimis L. — magnum c. B. et Dillm. codd. nonnullis, illis maius Dillm. codd. alii. — 11. vox eius (qâlu) emendavit Vlis. l. l. p. 135, alterum (kâl^eu) codd., ex alterutro eius capite L. — 12. c. Pr., et numeravi illa capita: erant VIII. L. — 13. ala c. Pr., penna L. — finis eius c. B. et Dillm. codd. pluribus, tempus finis eius v. — 14. et exiit c. v., et postea exiit B. — 17. c. Dillm. codd., haec utinam annuntiassem (?) tibi, antequam perires B., haec utinam annuntiasses etc. v. (Pr.). — 19. exiit c. v., venit B. — sicut prima c. Pr., sicut et priores L. — 20. sic c. v., post hoc B. — alae eius c. Pr., alae L. — 21. iterum c. Pr., iterum vel vicissim L. — 22. alae eius c. Pr., pennae L. — sinistra c B. Dillm. codd. nonnullis et F^a. c, dextera v. F^b. — 25. alae eius c. Pr., pennae L. — duo capita c. B. (pr. m.) v. et Dillm. codd. nonnullis, tria capita B. (sec. m.), illa capita Dillm. codd. nonnulli. — tria c. B. et Dillm. codd., om. v. —

corpore huius aquilae nisi tria eius capita quiescentia [26] et VI eius capita. — [27] et postea de his VI capitibus discesserunt duo et iverunt et manserunt sub capite, quod est ad dexteram partem, [28] et IV superfuerunt in loco suo. [29] et illa IV capita secum deliberaverunt se erigere et regnare ipsa quoque. [30] et postea unum et erectum est et stetit et cito periit, [31] et secundum similiter, et illud [periit] velocius quam prius. [32] et postea illa duo quoque similiter, quae superfuerunt, secum deliberaverunt se erigere et regnare. [33] et cum illa secum deliberarent, ecce unum trium, quae quiescebant, capitum, medium illud, illis capitibus maius erat. [34] postea ascivit sibi illa duo capita. [35] et conversum est caput illud cum his, quae cum eo erant, et comedit illa duo capita, quae secum deliberaverunt, ut regnarent ipsa quoque. — [36] hoc autem caput tenuit omnem terram et vexavit hos, qui habitant in ea, cum molestia multa. [37] et vi oppressit mundum super omnes illas alas, quae steterant. [38] et post haec id medium caput periit, sicut illae alae, et superfuerunt duo capita, et ea quoque similiter regnaverunt super terram et super eos, qui habitant in ea. [39] et postea devoravit illud caput a dextera parte illud quod a laeva. [40] et audivi vocem dicentem mihi: „Conspice ante te et considera quod vides!“ [41] et cum conspicerem, ecce leo surrexit de campo rugiens. et audivi eum loquentem sicut vocem hominis. [42] et dixit illi aquilae: „Audi tu, et loquar ad te, quod dixit Altissimus tibi. [43] nonne tu es, quae supere de istis IV animalibus, quae feceram regnare in mundo,

27. postea c. B. v., om. Dillm. codd. — de his VI capitibus c. Pr., de VI capitibus L. — èt iverunt c. B. et Dillm. codd., om. v — 29. quoque c. B. et Dillm. codd, om. v. — 30. et stetit c. Pr., om. L. — 32. quoque c. Pr., om. L. — 33. trium c. B. et Dillm. codd. nonnullis, duorum v. — illis c. Pr., alteris L. — 34. illa c. Pr., altera L. — 35. illa c. Pr., altera L. — quoque c. Pr., om. L. — 36. hoc autem c. v., et hoc B. et Dillm. codd. — 37. mundum c. v., annum B. — illas c. v., om. B. — alas c. v., alas eius B. et Dillm. codd. — 38. alae c. v., om. B. — duo c. B. et Dillm. codd., illa v. — quoque c. Pr., om. L. — 40. Conspice c. B. et Dillm. codd., om. v. — 41. hominis c. v., filii hominis B. — 42. quod dixit c. B. et Dillm. codd., inquit v. — 43. et ut per ea veniret c. v. B., et per ea veniet Dillm. codd. —

et ut per ea veniret finis temporum? 44 et quartum veniens
devincet omnia illa animalia, quae transierunt et vi oppres-
serunt mundum cum vexatione multa et cum dolore iis.
et inhabitans tot temporibus in mundo cum dolo, iudi-
cavit mundum non cum veritate. 45 vi enim oppressit iustos
46 et iniuria affecit mansuetos et odit aequos et dilexit men-
daces. 47 et destruxisti propugnacula iustorum et removisti
muros eorum, qui tibi non peccaverunt. 48 et ascendit pec-
catum tuum ad Altissimum, et superbia tua ad Fortem. 49 et
respexit Altissimus homines suos. 50 et ecce consummatus
est mundus et finitus. 51 propterea periens peribis tu aquila
52 et alae tuae scelestae 53 et capita tua impia 54 et ungues
tui pessimi et corpus tuum iniquum, 55 uti quiescat terra et
recreetur ex omni afflictione, recreata ex te, 56 et sperabit iu-
dicium et misericordiam creatoris eius.“ XII. 1 et postea dum
loqueretur misericors ad illam aquilam illa verba, 2 periit
istud quoque, quod superaverat, caput, 3 et surrexerunt alae illae,
quae ad id migraverant, et erectae sunt hae quoque, ut regnarent,
et agitabantur ungues earum. 4 et postea perierunt hae quoque,
et omne corpus earum incensum est, 5 et expavit terra valde.
6 et ego quoque expavi in multa investigatione et in magno
timore evigilavi 7 et dixi animae meae: „Tu praestitisti mihi

44. quartum c. v., quartum meum B. — veniens devincet c. B. et Dillm. codd., venit (et) devincet v. (Pr.). — oppresserunt c. Pr., oppressit L. — et cum dolore iis c. Pr., et illa cum dolore L. — in mundo c. Pr., orbem terrarum L. — cum dolo c. B., cum dolo inhabitans v. — iudicavit c. Pr., iudicasti L. — 45. oppressit c. Pr., oppressisti L. — 46. affecit c. Pr., affecisti L. — odit c. Pr., odisti L. — dilexit c. Pr., dilexisti L. — 47. tibi c. v., om. B. — peccaverunt c. Pr., nocuerunt L. — 49. Altissimus c. B. et Dillm. codd., om. v. — homines suos c. Pr., hominem suum L. — 50. mundus c. B. v., annus Dillm. codd. nonnulli. — XII, 1. misericors (ὁ ἐλεῶν pro ὁ λέων) c. v., Altissimus misericors B., creator Dillm. codd. — ad illam aquilam illa verba c. B. et Dillm. codd., ille haec verba ad aquilam v. — quoque c. Pr., om. L. — 3. alae c. v., capita illa (et) alae B. — haec quoque c. Pr., om. L. — ungues earum c. B. v., in unguibus suis Dillm. codd. — 4. quoque c. Pr., om. L. —

6. quoque c. Pr., om. L. — investigatione (cf. X, 43). ἐξετάσεως pro ἐκστάσεως. — 7. animae meae c. Pr., spiritui meo L. —

totum hoc in eo quod scrutaris vias Altissimi. 8 et fatigatus
est animus meus, et laboravit spiritus meus valde. 9 et nec
in me est virtus ulla, a timore multo, quem expavi nocte
hac. 10 nunc ergo orabo Altissimum, 11 ut me confortet us-
que in finem.“ 12 et dixi: „Domine, mi domine, si inveni
gratiam ante oculos tuos, et si valde factus sum beatus apud
te, et si ascenderit precatio mea ante faciem tuam, serva
me et conforta me 13 et narra servo tuo interpretationem
somnii horribilis huius, ut plenissime gaudeat anima mea.
14 beatum enim me fecisti, quod ostendisti mihi temporum
novissima et de finibus dierum mundi.“

15 et dixit ad me: „Sic est interpretatio illius somnii
tui, quod vidisti: 16 Haec aquila, quam vidisti ascendere de
mari, est quartum regnum, quod visum est in somnio Danieli
fratri tuo, sed non interpretatus sum id illi, sicut ego nunc
tibi interpretor. 17 ecce dies veniunt, et exsurget regnum
super terram, quod magis timendum erit omnibus regnis,
quae erant ante id. 18 regnabunt autem in eo reges XII. qui
regnabit secundus, ille tenebit amplius tempus suum prae XII.
19 et haec est interpretatio eius, 20 nempe illarum XII alarum,
quas vidisti. et quam vidisti vocem loquentem et non de ca-
pite eius exeuntem, sed de medio corporis eius, 21 haec si-
militer est res eius: de medio corporis regni illius creabun-
tur contentiones saepe; et vacillabit ut cadat, 22 sed non ca-

---

9. quem c. v., om. B. — nocte c. v., die B. — 12. mea c. v., mea ad te B. — 13. ut plenissime gaudeat anima mea c. Pr., ut plenissime laeteris animam meam L. —

15. Sic c. Pr., haec L. — illius c. Pr., om. L. — 16. Haec aquila c. B. et Dillm. codd., Aquila v. — quam vidisti ascendere c. Dillm. codd., quae ascendebat de mari B. v. — ego c. B. et Dillm. codd., ego hoc v. — 17. quae erant c. B. et Dillm. codd., om. v. — 18. tenebit amplius tempus suum prae XII c. v. (Pr.), firmiter tenebit, et tempus eius amplius prae XII B. — 20. nempe illarum XII alarum c. B., illae XII alae v. (Pr.). — et quam vidisti c. v., om. B. – capite c. Pr., capitibus L. — vocem loquentem — corporis eius c. v., vox, quae loquitur et ex capite eius non exit, sed ex corpore eius et medio eius B. — exeuntem c. v., exeuntem alteram Dillm. codd. nonnulli. — 21. de medio c. v., medio B. — vacillabit c. Pr., dabitur L. — 22. terra in loco ditionis eius c. Dillm. codd. nonnullis, et in loco ditionis

det tunc, sed constituetur terra in loco ditionis eius. [23]et illud, quod vidisti ex alis eius exiisse capita, haec similiter est res eius. [24]exsurgent in ipso VIII reges, et mali erunt anni eorum, et breves eorum dies erunt. [25]et duo quidem ex ipsis celeriter peribunt in mediis eorum temporibus constitutis, [26]sed IV regna servabuntur, cum appropinquabit tempus eorum ad finem suum, [27]duo vero diuturne servabuntur. [28]et illud, quod vidisti tria capita eius quiescentia, haec similiter est res eius: [29]in novissimis diebus suscitabit Altissimus tres reges, et innovabunt multa in ea et vexabunt terram et qui habitant in ea multo timore [30]et super omnes, qui fuerunt ante hos. [31]et propter hoc vocati sunt capita aquilae. [32]ista enim capita regni erunt finis regni. [33]et illud, quod vidisti unum caput maius periisse, [34][hoc est], quod unus ex eis est solus, qui super lectum suum morietur, sed tamen cum tormentis. et duo qui superfuerint, gladio morientur, et unus postremus hic quoque gladio morietur. [35]et illud, quod vidisti duo capita, quae migraverunt ad caput, quod est in dextera parte, haec est res eius: hi sunt, quos conservavit Altissimus in novissima, in quibus erit initium finis, et erit magna turbatio, ut vidisti. [36]et quoad istum leonem, quem vidisti e campo surgentem et rugientem et loquentem ad aquilam illam et arguentem eam peccati eius, [37]et omne verbum eius, quod audivisti, hic est is, quem servavit

---

B., in terra locus ditionis v. — 23. quod vidisti c. B. et Dillm. codd., om. v. — 24. VIII c. v., X B. — et mali erunt anni eorum c. B. et Dillm. codd., et malae erunt alae annique eorum v. — 26. IV regna servabuntur c. B. et Dillm. codd., quartum regnum servabitur v. — cum c. v., donec B. — 27. diuturne c. v., in diuturnitatem dierum B. — 28. capita eius c. Pr., oapita L. — res eius c. v., res B. — 29. in ea c. B, et Dillm. codd., om. v. — et qui habitant in ea c. v., om. B. — 32. c. v. (Pr.), ista enim quoque capita regni sunt B. — 33. unum c. v., unum ex eis B. — 34. ex eis c. v., om. B. — et unus postremus — morietur c. B. et Dillm. codd., om. v. — 36. quem vidisti c. v., om. B. — illam c. Pr., om. L. — peccati eius c. B., omnium eius peccatorum v. — 37. et omne verbum eius, quod audivisti c. B., et hoc verbum, quod audivisti Dillm. codd., haec est res [eius, quod] audivisti v. — hic est is c. v., surrexisti B. — ex c. v. B., et est ex Dillm. codd. —

Altissimus in finem dierum ex semine David. [38] et ille est, qui exibit et veniet et loquetur iis de peccatis eorum et arguet illos scelerum eorum et coacervabit retributionem eorum coram iis et prius statuet eos in iudicio vivos. [39] et postea cum arguerit eos, tunc perdet eos. [40] et qui restant ex populo, eos redimet cum misericordia sua, qui salvati sunt in regione mea. [41] et iucundabit eos, quoad usque veniet dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio. [42] et ita hoc somnium tuum, quod vidisti, et ita quoque interpretatio eius. et te solum fecit Altissimus, ut scias secretum hoc. [43] sed scribe omnia ista in libro, quae vidisti, et pone in loco abscondito et doce ea sapientes populi tui, quos scis posse servare in cordibus suis secretum hoc. [44] tu autem adhuc mane hic porro dies VII, ut videas, quidquid voluerit Altissimus ostendere tibi.“ et postea profectus est a me.

[45] et cum audiisset omnis populus, ut pertransierunt isti VII dies, et ego non fuissem reversus in civitatem, congregavit se omnis populus, minimus eorum et maximus, [46] et venerunt ad me et dixerunt mihi: „Quid peccavimus tibi, et quid iniuste egimus ad te, quod dereliquisti nos et sedisti in loco hoc? [47] tu enim nobis superes solus ex omnibus prophetis, sicut botrus unus de omnibus, qui decerpebantur, [48] et sicut lucerna in loco obscuro, [49] et sicut portus, qui

38. et ille est c. v., om. B. — exibit c. v. (Pr.), exiit B. — retributionem c. B. et Dillm. codd., voluntatem v. — iudicio c. B., iudicio suo v. (Pr.). — 40. qui restant ex populo c. B., qui reliqui fuerunt populi v. — redimet c. B. et Dillm. codd, redimam v. — sua c. B. et Dillm. codd., om. v. — qui salvati sunt c. v., qui autem salvabuntur B. — in regione mea c. B. et Dillm. codd., in iudicio meo v. — 41. et c. v., om. B. — 42. et ita — interpretatio eius c. B. et Dillm. codd., et ita est interpretatio somnii v. — ut scias c. v., ut scias in corpore B. — 43. tui c. B., om. v. — 44. porro c. Pr., om. L. — quidquid voluerit Altissimus ostendere tibi c. v., quod desideras, Altissimus demonstrabit tibi B. —

45. isti VII c. v., om. B. — 46. venerunt c. Pr., venit L. — in loco hoc c. v., in campo B. — 47. tu enim nobis superes solus ex omnibus prophetis c. v., (in campo) solus. et superes nobis ex omn. proph. B. — 48. loco obscuro c. v., terra obscura B. — 49. navi c. v., navibus B. —

navi ex abysso. [50] aut non sufficinnt nobis mala, quae nobis contigerunt? [51] si ergo tu nos dereliqueris, nobis fuisset melius, si mansissemus in incendio Sion! [52] nec enim nos sumus meliores eis, qui ibi mortui sunt.“ et ploraverunt voce magna. [53] et respondi ad eos et dixi ad eos: „Confidite, filii Jacob, et ne tristemini, domus Israel! est enim memoria nostrum coram Altissimo, [54] et ille, qui non obliviscetur nostrum, fortis est, et ego non derelinquam vos neque longe discedam a vobis. [55] sed veni in hunc locum, ut deprecarer pro desolatione Sion, et ut quaererem misericordiam pro afflictione gaudiorum nostrorum. [56] et nunc ite vos omnes in domos vestras. ego ipse veniam ad vos post dies istos.“ [57] et profectus est populus in domos suas in urbem, sicut dixi eis. [58] et equidem sedi in illo loco in campo VII diebus, sicut mihi mandavit, et manducavi de fructu solummodo agri et de herbis agri edi in diebus illis.

VI.

XIII. [1] Et postea post dies VII somniavi somnium nocte. et ecce vidi magnum ventum exeuntem ex mari, et conturbati erant omnes fluctus eius. et vidi hunc ventum exeuntem ex mari instar hominis. [2] et postea ille homo volavit cum

---

50. sufficiunt c. v., om. B. — 53. Confidite — Israel c. B. et Dillm. codd., Confidite et ne tristemini, domus Jacob v. — 54. obliviscetur c. B. et Dillm. codd., est oblitus v. — derelinquam vos c. B. et Dillm. codd., obliviscar vestrum v. — 55. locum c. v., campum B. — pro afflictione gaudiorum nostrorum c. v., in dolore propter gaudium nostrum Dillm. codd., et gaudium nostrum propter dolorem nostrum B. ἀγαλλιάματος pro ἁγιάσματος — 56. vos omnes c. B. et Dillm. codd., om. v. — post dies istos c. B. v., et post dies istos Dillm. codd. — 57. et profectus est c. B. v., profectus est Dillm. codd. — in urbem c. Dillm. codd., om. v. B. — sicut dixi eis c. v., om. B. — 58. et equidem c. Pr.. et autem L. —

XIII, 1. et ecce c. B. et Dillm. codd., et v. — conturbati erant c. Pr., conturbantem L. — et conturbati sunt omnes fluctus eius, et vidi hunc magnum ventum exeuntem ex mari B. post v. 2. posuit. — 2. coeli c. B. Fc. v., ad coelum Dillm. codd. Fa.b. —

nubibus coeli. [3]et ubicunque vultum suum vertit et conspexit, confestim omnia abibant coram eo. [4]et adversus quem exiit vox eius, unusquisque eius voce liquefactus est, [5]omnes eorum, qui audiebant eius vocem, sicut liquescit mel favi, quando appropinquaverit ad ignem. [6]et vidi post haec, congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de IV ventis coeli, ut bellum inferrent homini, qui adscenderat de mari. [7]et post haec sibimet ipsi exstruxit montem magnum et volavit super eum. [8]et quaesivi scire, unde exstructus fuisset ille mons, et non potui. [9]et post haec omnes ii, qui congregati sunt ad eum, ut pugnarent in eum, timebant eum valde, [10]tamen audebant pugnare cum eo. et posthaec, cum insurgerent in eum et venirent ad eum, non levavit manum suam ad se neque sustulit gladium suum neque aliquod vas bellicosum. [11]nisi solummodo exiit de ore eius fluctus ignis, [12]et de labiis eius flamma ignis, [13]et de lingua eius emittebat prunas ignis, sicut turbinem. [14]et commista sunt omnia: hi fluctus ignis et haec flamma ignis et hae prunae ignis. [15]et factus est sicut turbo et descendit super istam multitudinem, quae insurrexerat in eum, ut interficeret eum, [16]et succendit omnes, donec nihil residuum fecit ex iis, nisi pulverem

---

4. unusquisque eius voce c. v., om. B. — liquefactus est c. B. et Dillm. codd., vincebatur v. — 8. unde c. B. et Dillm. codd., ubi v. — 9. pugnarent c. B. et Dillm. codd., egrederentur v. — timebant eum c. Pr., timebant L. — 10. audebant c. v., poterant B. — pugnare c. B. v., qui pugnabant Dillm. codd. — cum insurgerent in eum et venirent ad eum, non levavit c. v., insurgebant et veniebant ad eum, et is non levavit B. — ad se c. v., contra eos Dillm. codd., om. B. — — neque sustulit (B. tollet) gladium suum neque aliquod vas bellicosum (B. suum) c. B. et Dillm. codd., neque ad gladium suum neque ad aliquod vas bellicosum v. — 11. c. v. (Pr.), nisi fluctus igneos oris sui B. — 12. c. v., et emittebat e labiis suis flammam ignis B. — 14. omnia c. Pr., omnia simul L. — hi fluctus c. v., omnes fluctus B. — 15. et factus est c. v., om. B. — ut interficeret eum c. v., om. B. — 16. residuum fecit c. Pr., residuum est L. — nisi c. Pr., nisi solummodo L. —

cinerum eorum et fumum incendii eorum. [17] et post haec experrectus sum et postea vidi ipsum hominem descendentem de isto monte, et vocavit ad se multos alios pacificos cum eo. [18] et venerunt ad eum multi homines, et fuerunt ex iis laeti, [19] et fuerunt ex iis tristes et alligati.

[20] et postea cum valde essem attonitus, expergefactus sum et oravi ad Altissimum et dixi ei: „Tu ab initio demonstrasti servo tuo hanc gloriam tuam et mihi fecisti, ut audires deprecationem meam. [21] et nunc narra mihi adhuc interpretationem somnii huius. [22] ut existimo, vae illis, qui existunt in diebus illis, sed multo plus illis, qui non existunt! [23] nam tristes sunt, cum non intellegant, quae sunt reposita eis in novissimis diebus, et quae non adhuc contigerunt iis. [24] et iis, qui sunt, — nam iam sciunt id — [25] et propter hoc vae illis, quoniam vident magnos dolores et multos cruciatus, sicut vidi in hoc somnio. [26] attamen melior est afflictio, et ut pervenirent ad haec, quam ut pertransirent sicut nubes ex mundo et non scirent, quae contingant iis in novissimo."

17. descendentem c. v., et descendebat B. — et vocavit ad se multos (multos om. B. et Dillm. codd.) alios pacificos cum eo c. B. v. (Pr.) et Dillm. codd., et vocavit ad se alios multos F[a. c.], et vocavit alios F[b]. — 18. multi homines c. B. F[b]. v., multi homines pacifici cum eo F[a. c]. — et fuerunt ex iis laeti c. B. et Dillm. codd., om. v. — tristes et c. B. et Dillm. codd., om. v. —

20. et postea — expergefactus sum c. v., et postea cum advenisset ad me, attonitus sum et expergefactus sum B. et Dillm. codd. nonnulli. — ei c. v., om. B. — mihi fecisti c. v. (Pr.), fecisti B. — 21. c. v., et nunc narra adhuc servo tuo interpretationem huius verbi somnii B. — 22. ut existimo c. Dillm. codd., ut existimo, et dixit mihi B., attamen non ita existimo v. — in diebus illis c. B. et Dillm. codd., in diebus novissimis v. — non c. B. et Dillm. codd., om. v. [nunc] male supplevit L. — 23. nam c. v., nam dum eunt B. — et quae c. B., quae v. — 24. c. B. et Dillm. codd., quoad illos, qui sciunt, quoniam existunt et sciunt ea iam v. — 25. vidi c. v., vidisti B. — somnio c. v., mundo B. — 26. et ut pervenirent ad haec c. v. (Pr.), dum contigit B. — pertransirent c v., pertranseat B. — sicut nubes ex mundo c. v., et ex mundo sicut nubes B. — quae contingant iis in novissimo c. v., quomodo contingent sibi novissima sua B. —

[27] et respondit ad me et dixit ad me: „Huius tui somnii interpretationem dicam tibi, [28] et quod dixisti mihi, interpretabor tibi. [29] quoniam de his dixisti, qui relinquentur, et [non] existent, [30] ita est res eius: eos, qui videbunt istam afflictionem in illis diebus, [31] ipse custodiet, eos, quibus ista afflictio contigerit, et qui habent opera bona et fidem ad Altissimum et fortitudinem. et scito, quod magis beatificati sunt, qui vivi, quam qui mortui sunt. [32] et interpretatio somnii tui ita est. [33] ille, quem vidisti, vir exiens de medio maris, ipse est, quem conservavit Altissimus multis temporibus, ut redimat in eo mundum, et ille ordinabit, qui derelicti sunt. [34] et illud, quod vidisti de ore eius exire fluctus ignis et flammam ignis et prunas ignis sicut turbinem, [35] et illud, eum non levare gladium suum neque vas bellicosum, nisi solummodo ex ore suo fluctus ignis et prunas ignis, et interficere istam multitudinem, quae insurrexerat in eum et venerat ut interficeret eum, [36] ita est res eius: dies venient, quando Altissimus redempturus erit eos, qui inhabitant terram. et illo die alii alios cogitabunt debellare, civitas cum civitate, et locus cum loco, et gens cum gente, et regnum cum regno. [37] et cum fient haec, et contigerint signa eius,

28. tui somnii c. Pr., tuae visionis L. — quod dixisti mihi c. Pr., de quibus locutus es L. — 29. quoniam de his dixisti c. v., et de his B. — relinquentur c. v., relicti sunt B. — [non] supplevi (cf. lat. syr. ar.[1]). — 30. res c. Pr., interpretatio L. — 30. 31. in illis diebus — afflictio contigerit c. B. v., om. Dillm. codd. nonnulli. — 31. ipse c. Pr., sibimetipsi L. — et fortitudinem c. B. v. (Pr.), et fortis esto c. Dillm. codd. — et scito c. Pr., sed scito L. — 32. ita est c. v., ita est res eius B. — 33. conservavit c. v., conservabit B. — multis temporibus c. v., om. B. — ut redimat in eo mundum c. Dillm. codd., ut redimat sibi mundum v., ut redimat multos homines B. — et ille ordinabit (vel: legem feret) c. v., et ille eradicabit B. — 34. fluctus ignis et flammam ignis et prunas ignis c. B., ignem et flammam et prunas v. — 35. suum c. B., om. v. — nisi solummodo ex ore suo fluctus ignis et prunas ignis c. B., om. v. — istam multitudinem c. v., om. B. — 36. quando (ὅτε) c. Dillm. codd., quod (ὅτι) v., quoniam (ὅτι) B. — terram c. v., mundum B. — et illo die c. B. et Dillm. codd., et v. — debellare c. B. et Dillm. codd., interficere v. — 37. eius c. Pr., om. L. — ostendi tibi c. v., vidisti B. — exeuntem c. Pr., ascendentem L. —

quae ante ostendi tibi, revelabitur tunc ille vir, quem vidisti
exeuntem ex mari. 38 et quando audierint omnes gentes vo-
cem eius, derelinquent regiones suas et bella sua, quae ha-
bent ad alterutrum, et colligentur in unum et multiplicabun-
tur sine numero, sicut vidisti, [qui] expetent venire et inter-
ficere eum. 39 ipse autem stabit super cacumen montis Sion.
40 Sion autem veniet et ostendetur omnibus parata et aedifi-
cata, sicut vidisti montem exire illum ipsum et formari sine
manibus hominum. 41 ille igitur est is filius, qui arguet po-
pulos peccatorum eorum, qui erant sicut turbo, et cumulabit
coram eis mala eorum opera et iudicium eorum, quo iudica-
buntur, qui erant sicut flamma ignis, et perdet eos cum
eorum peccatis sine labore, qui erant sicut prunae ignis.
42 et illud, quod vidisti, quod colligebatur apud eum multitudo
pacifica cum eo, hae sunt IX tribus, quae captivae factae sunt
de terra sua in diebus Selmenâsôr regis Persiae, quas capti-
vas duxit in regnum suum, et collocavit eos trans flumen,
et translatae sunt 43 et alibi fuerunt. illi ipsi eduxerunt con-
silium hoc, ut derelinquerent stirpem populi sui et profici-
scerentur in regionem aliam, ubi non habitavit genus huma-

38. et quando audierint omnes gentes vocem eius c. v., et cum homines audierint vocem eius, omnes gentes B. — derelinquent c. v., liquabuntur omnes gentes (et) derelinqent B. — regiones suas et bella sua c. Pr., in regione sua bella sua L. — et multiplicabuntur c. B. et Dillm. codd., [qui] multiplicabuntur v. — venire et c. v., om. B. — 39. cacumen montis c. v., montem B. — 40. Sion autem veniet c. v., om. B. et Dillm. codd. — omnibus c. v., in tota terra B. — parata et aedificata c. v., aed. et par. B. — sicut vidisti — manibus hominum c. v., sicut vidisti exire ipsum supra montem, qui creatus est ipse (per se ipsum?), qui non est per hominem B. — formari c. B. v., secedere Dillm. codd. — 41. erant (ter) c. Pr., existunt L. — iudicium eorum, quo iudicabuntur c. B., et iudicabit eos maximis iudiciis v. — sicut prunae c. v., prunae B. — 42. apud eum c. B. et Dillm. codd., om. v. — cum eo c. Pr., om. L. — Selmenâsôr c. B. et Dillm. codd., Samnasor v. — Persiae c. Pr., Assyriae L. — quas captivas duxit c. v, quae captivae ductae sunt B. — 43. et alibi fuerunt c. B. (in margine) v., et alii fuerunt Dillm. codd., nonne alii B. (in textu). — illi ipsi c. Pr., illae sibi L. — stirpem c. v., stirpem et stirpem B. — populi sui c. v., terrae suae B. — proficiscerentur c. v., habitabant B. — aliam c. B., om. v. — legem suam c. v., legem eius B. —

uum, ut observarent legem suam, quam non fuerant servantes in regione sua. [44]per introitus autem angustos Euphratis introierunt. [45]fecit enim eis tunc Altissimus signa [46]et statuit fontes fluminis, usque quo transirent. et regio [erat] iter anni et dimidii anni. [47]et nomen eius regionis Azaph. [48]et inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore. [49]et postea iterum cum rediturae erunt, iterum Altissimus stare faciet fontes fluminis, ut possint transire. [50]et propter haec vidisti multitudinem populi tolli et inveniri in finibus meis beatis. [51]et quando perdiderit illum populum multum, qui collecti erunt ad eum, tunc validi erunt prae iis qui superfuerunt populi. [52]tunc ostendentur eis portenta eius."

[53]et dixi ei: „Domine, mi domine, hoc mihi narra, propter quod vidi virum exeuntem de medio maris." [54]et dixit mihi: „Sicut nemo potest scire, quae sunt in profundo maris, sic nemo ex iis, qui sunt in terra, [potest habere] scientiam filii [55]et eorum, qui cum eo sunt, nisi cum tempus et dies eius venerit. [56]et haec est interpretatio somnii, quod vidisti. [57]et propter hoc ostendi tibi soli. [58]dereliquisti enim negotia tua et negotia mea secutus es et legem meam quaesivisti et vitam tuam ad intellegendum disposuisti [59]et sapientiam matrem tuam fecisti. [60]et propter hoc ostendi

---

46. fontes c. Pr., venas L, — 49. iterum cum rediturae erunt c. v., morientur peccatores, cum redituri sunt B. (om. iterum). — erunt c. v., erunt et postea B. — fontes c. Pr., venas L. — 50. tolli c. Pr., conferre se L. — 51. tunc validi erunt prae iis qui superaverunt populi c. v. (Pr.), tunc demonstrabit iis signa sua, [ut] validi sint, qui restant populi B., tunc validos faciet (vel: vocabit) eos, qui restant populi Dillm. codd. — 52. c. v. (Pr., ostendentur, vel: ostendent), om. B. —

53. et dixi ei c. B. et Dillm. codd., et dixi ei ego v. — 54. scire c. B., om. v. — quae sunt in profundo maris c. v., profunda maris B. — sic c. B., om. v. — sic c. B., om. v. — nemo — filii c. v. (suppl.: potest habere), est nemo, qui possit scire filium (hominis add. Dillm. codd.) ex iis, qui sunt in terra B. — 55. et eorum, qui cum eo sunt c. v., om. B. – venerit c. v., venerit et contigerit B. — 56. haec c. v., ita B. — quod vidisti c. v., quod vidisti exeuntem B. — 57. c. v., et solummodo propter hoc ostendi tibi ita B. — 58. negotia mea c. v., iussum meum B. — 59. 60. c. v., om. B. —

tibi ita. [61] merces enim tua est apud Altissimum. [62] veni igitur post paucos dies; nam tum aliud tibi dicam et interpretabor tibi mirabilia."

[63] et profectus sum et transii per campum [64] glorificans et laudans Deum propter eius gloriam, quam singulis temporibus facit, et ut disponit annos suos et id, quod fit in annis eius. et sedi ibi tribus diebus.

VII.

XIV. [1] Et tertio die, dum sedebam sub arbore, vox venit ex contra eam arborem et dixit: „Ezra, Ezra!" [2] et dixi: „Ecce ego." et surrexi et steti. [3] et dixit ad me: „Revelans revelatus sum Moysi et locutus sum ei ex arbore rubi, quando populus meus serviebat Aegypto, et misi eum et eduxi populum meum de Aegypto et eduxi eos super montem Sinai et collocavi eos apud me diebus multis et enarravi iis mirabilia multa. [4] et ostendi iis mysteria dierum et monstravi iis ultimum tempus. [5] et dixi ei: Hanc rem narra et hanc rem absconde. [6] et nunc tibi dico: Signa, quae dixi tibi, et somnium tuum, quod vidisti, et interpretationem eius, quam audivisti, in corde tuo repone. [7] nam auferent te ab hominibus, et manebis porro cum filio meo, ubi existunt ii,

---

62. c. Pr., age igitur post paucos dies iterum fiet, quod narrabo tibi et interpretabor tibi mirabilia L. —

63. et profectus sum c. v., om. B. — 64. et c. Pr., perinde L. — suos c. Pr., om. L. — et id, quod fit in annis eius c. v. (Pr.), et id, quod facit in annis suis Dillm. codd., om. B. — ibi c. v., om. B. —

XIV, 1. tertio die c. B. F^{b}, post tertium diem $F^{a.c}$ v. — dixit c. v., dixit mihi B. — 3. ex arbore c. Pr., in arbore L. — quando (ὅτε) c. B., nam (ὅτι) v. — 4. mysteria dierum et monstravi iis c. B. et Dillm. codd., om. v. — 5. et dixi ei c. v., et dixi iis Dillm. codd. nonnulli, et iussi eum et dixi ei B. — Hanc rem narra, et hanc rem absconde c. v., Hoc quod dixi tibi dic (et) hoc absconditum absconde B. — 6. signa c. B., (ut) scias v. (Pr.) et Dillm. codd. — dixi tibi c. Pr., demonstravi L — interpretationem eius, quam c. Pr., interpretationes, quas L. — 7. filio meo c. v., filiis meis B. et Dillm. codd. plerique. —

qui sunt, sicut tu, usque quo finiatur mundus. [8] mundus enim, transgressa est iuventus eius, et tempora eius senuerunt. [9] X enim partibus dispositus est mundus, et venit ad decimam, et superest dimidium decimae. [10] nunc ergo dispone domum tuam et consolare tristes eorum et instrue sapientes eorum et excute porro vitam corruptibilem. [11] et dimitte igitur mortales cogitationes [12] et excute igitur abs te onus hominum et indue immortalitatem [13] et dimitte cogitationes tristitiae [14] et festina igitur, ut transmigres ab hoc mundo. [15] quae enim vidisti nunc contigisse mala, iterum bis deteriora erunt. [16] quantum enim senescet mundus et invalidus fiet, tantum multiplicabuntur mala eorum, qui inhabitant in eo. [17] peribit enim veritas, et surget mendacium. [18] nam ista aquila, quam vidisti, festinat appropinquare."

[19] et respondi ei et dixi ei: „Loquar ergo coram te. [20] nam abibo equidem, domine, sicut praecepisti mihi, ut doceam, qui nunc existunt, populum. [21] quis ergo docebit eos, qui iterum nati fuerint? nam mundus est in tenebris, [22] et qui inhabitant in eo, non est iis lumen. [23] quoniam lex tua incensa est, et nemo scit quae fecisti, et quae facturus eris. [24] si autem invenerim gratiam ante te, immitte in me spiritum sanctum, et scribam omne, quomodo factum est in seculo ab initio, et omnia, quomodo erant in lege tua scripta, ut possint homines invenire semitam vitae, qui velint vivere." [25] et respondit ad me et dixit ad me: „Vadens congrega populum meum et dic ad eos, ut non quaerant te diebus XL. [26] tu autem praepara tibi tabulas multas et accipe

---

8. mundus enim, transgressa est iuventus eius c. v. (Pr.), nam iuventus mundi transgressa est B. et Dillm. codd. — eius c. Pr., om. L. — 10. nunc ergo c. v., tu autem B. — 14. igitur c. v., om. B. — 16. tantum c. B. et Dillm. codd., om. v. — mala eorum, qui inhabitant in eo c. v., mali dies iis, qui habitant in mundo B. —

20. equidem, domine c. B., om. v. — 23. tua c. B., om. v. — 24. ante te c. B., om. v. — quomodo factum est c. Pr., quod factum est L. — quomodo erant c. v. (Pr.), quae erant B. — tua c. B., om. v. — scripta c. B. et Dillm. codd., scribam v. —

tecum [27] Sorjâ et Darbiâ et Selâmjâ et Echanan et Asilihen, V hos homines, quia periti sunt scripturae. [28] et venias hic, et ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, et non extinguetur, quoadusque finias omnia, quae scripturus eris. [29] et cum absolveris, quaedam palam facies et quaedam abscondes et trades sapientibus. et in crastinum hac hora incipies scribere."

[30] et profectus sum, sicut mihi praecepit, et congregavi omnem populum et dixi eis: [31] „Audi, Israel, haec verba: Habitantes habitaverunt patres vestri ab initio in terra Aegypti et liberavit eos inde, et acceperunt legem vitae et non custodierunt. [32] et vos, qui post eos, deseruistis eam. [33] et dedit nobis terram et fecit, ut haereditate possideremus terram Sion. [34] et vos et patres vestri iniquitatem fecistis et non servastis vias Altissimi, quas praecepit vobis. [35] nam iudex iustitiae ille abstulit a vobis, quod in tempore suo donaverat vobis. [36] et nunc vos hic estis, et fratres vestri introrsum vestrum sunt. [37] si ergo subegeritis cor vestrum et erudieritis cogitationes vestras et vitas vestras custodiveritis, non moriemini. iudicium enim post mortem veniet et non nos vivere faciet. [38] et tunc iustorum nomina apparebunt, et impiorum facta ostendentur. et ad me nemo ex vobis accedat, neque requiratis me usque dies XL."

[39] et accepi hos V viros, sicut mandavit mihi.

---

27. Sorja c. Pr., Saream L. — Darbiâ et Selâmjâ c. B. et Dillm. codd., Dabriam et Semeliam v. — Echanan c. v., Eqlnân B. — Asilihen c. v., Asâlechên vel Asâlechêl Dillm. codd., Asalâlehêl B. — 28. accendam c. v., accendam tibi B. — finias c. Pr., finiantur L. — omnia c. v., om. B. —

31. vestri c. Pr., nostri L. — ab initio c. v., om. B. — liberavit eos c. Pr., liberati sunt L. — 33. terram c. v., terram Siwon B. — 34. iniquitatem fecistis c. v., abnegastis eum et iniq. fec. B. — 35. iudex iustitiae c. B. et Dillm. codd., iustus v. — abstulit a vobis c. v., et abstulistis B. et Dillm. codd. — 37. vivere faciet c. Pr., salvos reddet L. —

39. hos V viros c. Dillm. codd., V viros B., hos III viros v. — mandavit mihi c. v., mandavit mihi et dixit mihi B. —

[40] et profecti sumus in campum et mansimus ibi. [41] et in crastinum vox venit et vocavit me et dixit mihi: „Ezra, aperi os tuum et bibe, quod tibi bibendum dedero.“ et aperui os meum, et porrexit mihi calicem plenum aquae — color autem eius igni fuit similis —, et accepi et bibi. [42] et cor meum eructavit sapientiam, et gravis fuit in pectore meo intelligentia. [43] et spiritus meus conservabat et reminiscebatur. [44] et apertum est os meum et non amplius clausum est. Altissimus dedit intellectum his V viris, [45] et scripserunt omnia signa, quaecunque erant, quae non sciebant, singula suo ordine. [46] et manserunt ibi dies XL. [47] et illi per diem scribebant et vesperi panem edebant. [48] ego autem per diem loquebar et per noctem non tacebam. [49] scripti sunt autem per hos XL dies libri XCIV.

[50] et postea cum completi essent hi XL dies, locutus est mihi Altissimus et dixit mihi: „Quod primum scripsistis, palam pone, et legant omnes, qui sunt eo digni et indigni. [51] hos autem conserva, ut tradas eos sapientibus populi. [52] in eis enim est lucerna luminis et sapientiae fons et scientiae quasi flumen.“

[53] et feci sic quarto anno de sabbatis annorum et post

---

40. profecti sumus c. B., profectus sum v. — 41. in crastinum c. v., altera nocte B. — venit c. v., venit ad me B. — Ezra c. v., Ezra, Ezra B. — porrexit mihi c. B., bibere me fecit v. (Pr.). — 42. eructavit c. B., valde eructavit v. — 43. conservabat et reminiscebatur c. v., conservabatur B. — amplius clausum est c. B., clausum est, donec v. (Pr.). — 45. signa, quaecunque erant c. B., haec signa v. — 47. panem edebant c. v., coenabantur et panem edebant B. et Dillm. codd. — 49. XCIV c. v. et Dillm. codd. nonnullis, XCIV (et) XXIV B., XCI F^b et Dillm. codd. nonnulli, XXIV F^c et Dillm. codd. nonnulli, XXIV (in margine XCI) F^a. —

50. completi essent hi c. Pr., complevissent hos L. — XL dies c. v., XL dies (et) libri, postea B. — Quod primum scripsistis c. Dillm. codd., Quod coram vobis est scriptum v. (Pr.), Hunc, qui coram te est, librum B. — omnes c. B., id totum v. —

53. quarto anno c. omnibus codd., solus v.: a quarto anno. — annorum c. omnibus codd., solus F^c: anni, solus F^a add.: quinto sabbato. — et post annum c. codd. praeter F^b. v. (om. et). — iudicii

annum iudicii MMMMM anno, decimo die tenebrarum tertii mensis et in diebus XCII. [54] illo die sublatus est Ezra et deductus in regionem, ubi sunt ii, qui sicut ille, postquam scripsit haec omnia. [55] et ille vocatus est scriba sapientiae Altissimi in secula seculorum. Amen et amen.

Ezrae primus.

(κρίσεως pro: κτίσεως) c. codd., solus v. mutatis vocalibus: 'fuit nobis. — anno c. B. $F^{a.c.}$, om. v. et ceteri codd. — decimo die tenebrarum (i. e. d. XXV. mensis secundum Aethiopes) c. Pr., in decimis tenebrarum L. — tertii mensis c. codd. praeter B. F^{a} (in tertio mense). — et in diebus XCII c. B. F^{b}, et dies XCII (vel XCI) huic (negotio?) alii, nonagesimo et secundo (anno) v. (L.). — 54. ubi sunt ii, qui sicut ille c. codd. plerisque, eorum, qui sicut ille F^{c}. v., vivorum, qui sicut ille B. — postquam solus v. om. — 55. et ille c. codd. praeter B. (ille autem). — amen et amen c. B. $F^{a.b.}$, amen $F^{c.}$, om. v. — Ezrae primus c. v., finitus est Ezrae prophetae [liber] cum pace Dei patris; sit ad auxilium et ad salvationem. hic est liber verae fidei B., absolutus est Ezra, et gloria sit Deo in secula seculorum $F^{c.}$, om. $F^{a.b.}$ — solus v. (Pr.) add.: Illius, qui, ut hic [liber] scriberetur, fecit, Abbuna servi Christi, et illius, qui scripsit eum, et illius, qui legerit eum, et illius, qui audiverit vocem eius fideliter, nostri omnium Deus, qui plenus est gloria, simul misereatur. amen, amen et amen. —

Addenda et corrigenda.

I, 7. in paradisum, quem plantavit vertere permisit Pr., in paradiso, quem plantaverat L. —

IX, 21. in mensam (τραπέζῃ). vel: in mensa. —

X, 1. in thalamum suum. L. secundum lat. interpr. in thalamo suo. —

XI, 32. 38. superfuerunt c. Pr., superaverunt L. —

XI, 43. superes c. Pr., superasti L. —

XIII, 13. turbinem vertere permisit Pr., turbo L. —

XIII, 42. quod colligebatur c. Pr., ut colligeretur L. —

XIII, 51. superfuerunt c. Pr., superaverunt L. —

Ezras propheta arabicus latine.*)

Primus liber Ezrae scribae legis.

III. [1] Anno XXX post ruinam civitatis Jerusalem ego
Ezras, qui vocatus sum Shelathiel, eram in Babylone. eram
dormiens super cubili meo et lamentatus sum et cogitationes
circumierunt in corde meo, [2] quando vidi desertionem Sion
et plenitudinem divitiasque Babyloniorum. [3] et anima mea
valde disturbabatur, et coepi loqui cum Altissimo verba ti-
moris plena [4] dicens haec:
„Domine, nonne locutus es ab initio, et factum est?
quando creasti terram et produxisti tuo verbo solo [5] et de-
sumpsisti e terra corpus sine motu et id formasti manibus
tuis et insufflasti in id spiritum vitae, et facta est vivens
creatura coram te. [6] et posuisti eum in paradiso, quem dex-
tera tua plantavit, antequam homo creatus esset. [7] tum
dedisti ei mandatum, et transgressus est id et meruit a te
iudicium mortis propter rebellionem suam. eadem fecerunt
nati eius, generatio post generationem. tum facti sunt multi-
tudo nationum et populorum et tribuum et familiarum et

---

*) Simonis Ockleii versionem anglicam (O.) ab Hermanno Steinero (Zeitschrift für wiss. Theol. 1868. IV. p. 426 sq.) iam correctam latine reddidi, latinam versionem Steinero Heidelbergensi etiam magis emendandam transmisi. huius igitur viri docti emendationes signavi St. — Primus liber Ezrae scribae legis. praem.: in nomine sanctae trinitatis.

III, 1. circumierunt in corde meo c. St., came up over my heart O. — 2. quando (vel: dum) c. St., because O. — 3. cum Altissimo c. St., to the most High O. —

4. *οὐ σὺ εἶπας ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐγένετο;* — plantavit. O. had planted. — 6. *πρίν τινα γενέσθαι* pro *πρὶν τὴν γῆν γενέσθαι.* —

linguarum innumerabilium. [8] et unaquaeque natio eorum ambulavit secundum eorum propria opera cupiditatesque et erat rebellis coram te et transgressa est suis appetitibus, et tu eos non impedivisti. [9] tum creasti diluvium illo tempore super homines illius aetatis, et destruxisti eos destructione. [10] et omnes passi sunt condemnationem mortis, quam Adamus meruit. [11] et nemo effugit mortem diluvii praeter unum eiusque familiam, quia iusti erant sicut ille. [12] et cum coepisset posteritas eius multiplicari super terram et alios alii progenuissent et increvissent, et facta esset multitudo populorum et nationum, secesserunt et declinaverunt magis quam ii qui ante eos venerant. [13] et cum iniquitas eorum magna esset coram te, elegisti tibi ipsi unum nomine Abrahamum. [14] et dilexisti eum et demonstrasti ei tempus quietis. [15] et fecisti
Gen. cum eo aeternum foedus et dixisti ei: Benedicens tibi bene-
XII, 2. dicam et multiplicans multiplicabo te et faciam ut semen tuum increscat et multiplicetur. [16] tum dedisti ei Isaacum, et Isaaco dedisti Jacobum et Esavum et amasti Jacobum et odisti Esavum et multiplicasti illum magis quam alias nationes. [17] et cum posteritatem eius eduxisses ex Aegypto et duxisses eos in desertum Sina, [18] inclinasti coelos cum terra, et mundus commotus est. et tremere fecisti abyssum, et saecula conturbata sunt. [19] et dextera tua produxit IV terribilia miracula: ignem et terrae motus et ventum et pulverem, ut dares legem semini Jacobi et praecepta domui Israelis. [20] attamen non abstulisti ab eis cor malignum, ut perficerent legem tuam et producerent probum fructum. [21] quoniam cor malignum, quod fuit in Adamo, primo nostro parente, ita ut

---

8. ambulavit vel incessit vel egit St. — 9. tum — aetatis c. St., then thou didst bring upon them the flood in that time, upon the people of that age O. — 12. et alii alios progenuissent, et increvissent c. St., and begat a great many children and increased O. — 14. quietis. Steinerus contulit Gen. XII, 1. XVII, 8. Num. XIV, 23. Deut. XII, 9. Ebr. III, 11. IV, 1—10. — 19. ἡ δεξιά σου pro ἡ δόξα σου. — et pulverem. πάγους male versum. —

rebellaret et vinceretur, fuit in omni eius posteritate. 22 et
constitit in eis hic morbus perpetuo, et lex erat in cordibus
populi una cum radice mali et fecit eos declinare ab eo,
quod erat bonum, et constitit malum in eis. 23 ita praeter-
ierunt tempora, et anni processerunt. tum suscitasti Davidem
servum tuum. 24 et dixisti ei aedificare civitatem in nomine
tuo, et ut offerrent in ea ex tua possessione sacrificia et ob-
lationes. 25 et ita factum est per magnam multitudinem an-
norum. tum deliquerunt, qui habitabant civitatem, contra te
26 et ambulaverunt in vanitate et inanitate, sicut Adam, pri-
mus parens noster fecit, et quae praeterierunt generationes,
quoniam cor malignum, nequitiae obnoxium etiam inter eos
erat eosque velabat. 27 propter quod tradidisti civitatem tuam
in manus inimicorum. 28 tum dixi in corde meo hoc tempore:
„Num hi id quod bonum et iustum est magis faciunt quam
nos, dico eos qui habitant in Babylone? et propter hos re-
iecta est Sion. 29 nam cum huc venissem, vidi impia opera
sine numero, et anima mea conspexit multitudinem trans-
gressorum in spatio horum XXX annorum captivitatis, et at-
tonitus eram in corde meo 30 propter id quod vidi. et dixi:
Cur sustinet Altissimus hos peccatores, et cur differt puni-
tionem impie agentium? et cogitavi diligenter in corde meo
in praesentia domini dicens: Cur reiecisti populum tuum et
conservasti inimicos tuos et revelasti 31 nemini causam, cur
reieceris consuetam tuam viam, cum nos duxisses captivos?
num Babylon meliora opera fecit et magis probanda quam
Sion? 32 aut alius populus te magis cognovit quam Israel?
aut alia tribus credidit testamento tuo, sicut domus Jacobi,
33 cui nulla merces comparuit, et cuius labor nullum fructum
produxit? nam pertransivi omnes gentes omni ratione et vidi,

---

22. et constitit in eis (vel inter eos) hic morbus perpetuo c. St., and this desease was fixed in them perpetually O. — et constitit malum in eis c St., and confirm'd in them that which was evil O. — 23. anni. proprie: tempora. — 26. om. St., because there was in them also a wicked heart which inclined to vileness, neither had they O. — 33. pertransivi sec. St., i have weighed O. —

quod eae omnes plenae sunt prosperitate et felicitate, sed non cogitant tua praecepta. [34] nunc ergo pondera in statera eos, qui sequuntur legem tuam, et eos, qui eam non sequuntur, ut cognoscas, utrum sit gravius altero, [35] aut quis populus sic observaverit praecepta tua. [36] num inveniuntur homines observantes praecepta tua? aut alia natio invenitur secundum istam rationem?"

IV. [1] et angelus, qui ad me missus erat, cuius nomen erat Uriel, respondit mihi [2] dicens: „Profecto cor tuum perturbatum est, et cogitatio tua divisa est quam maxime propter interpretationem operum huius generationis. tu vis comprehendere viam Altissimi? [3] et dixi: „Ita, domine, fac me haec intelligere." et respondit mihi dicens: „Missus sum ad te, ut doceam te tres vias et proponam tibi tres similitudines, [4] hunc in finem, ut si mihi interpreteris unam ex iis rectumque sensum eius, ego tibi interpretaturus sim res, quarum scientiam desideras, et te docturus sim, quid sit impium cor." [5] et dixi ei: „Loquere, domine mi." et dixit mihi: „Pondera mihi ignis pondus et mensura mihi mensuram venti aut fac ut dies hesternus qui transiit revertatur." [6] et respondi ei dicens: „Ubi tandem est inter omnes prophetas, qui nati sunt super terram, qui aptus sit ad haec facienda, ut imponas hanc quaestionem mihi?" [7] tum dixit mihi: „Si tu vis me interrogare quid, enarra mihi mensuram promptuariorum in profundo maris, aut mensuram fontium, qui in inferioribus partibus abyssi, aut mensuram alti firmamenti, quod est super altissimo aëre, et quae sit via ad infernum, et quae

---

35. ἢ πότε — τὴν γῆν om. ar.[1] — 36. c. St., and whether thou shalt find men, that are observers of thy precepts, or shalt find any other nation after the same manner O. —

IV, 2. propter interpretationem c. St., upon the account O. - tu vis — Altissimi? c. St., thou wouldst understand the way of the most High O. — 5. mensuram c. St., the blast O. — 6. „Nebiyina, prophetarum, pro Banina, natorum" Fabr. — 7. Si tu vis me interrogare quid c. St., If thou ask me any thing O. — mensuram (vel quantitatem) promptuariorum c. St., the bigness of the repositories O. —

sint semitae versus paradisum: [8] fortasse dices mihi: nun-
quam mensuravi spatium abyssi, neque adhuc unquam ivi ad
infernum et nequaquam ascendi in coelum. [9] propterea igitur
omittam omnem inquisitionem de his materiis et non inter-
rogabo nisi interpretationem ignis et venti et diei qui prae-
teriit, scilicet hesterni diei qui abiit; etenim cum iis vivis.
attamen etiam de his rebus nihil scis, quoniam fixa sunt in
scientia Altissimi, et propterea non potes mihi respondere
quidquam de eis.“ [10] tum dixit mihi iterum: „Itaque appa-
ruit, quod tu et tui similes haec omnino non possunt co-
gnoscere. [11] et num potest creatura aut vas pervenire ad
cognitionem gubernationis Altissimi? nam viae Altissimi non
possunt comprehendi, neque gubernatio eius penitus indagari.
et num potest aliquis, qui corrumpetur et dissolvetur,
apprehendere incorruptibilia et intellegere vias, quae non
possunt intellegi?“

et cum haec audirem, cecidi in faciem meam in terram
[12] et dixi ei: „Melius esset nobis non esse omnino, quam
vivere in peccatis et defatigari et non scire, quam ob rem.“
[13] et dixit mihi: „Omnes arbores silvarum destructae et nihil
assecutae sunt, quoniam conceperunt cogitationem [14] dicentes:
venite, faciamus bellum cum profundo maris, ut recedat co-
ram nobis, et faciamus nobismet ipsis ibi in spatio eius
silvas arborum. [15] fluctus maris cogitaverunt similiter eodem
modo dicentes: venite, elevemus nosmet ipsos et faciamus
bellum cum arboribus silvarum et evellamus eas cum radici-

---

9. et non interrogabo nisi c. St. („und will mich beschränken auf“), therefore tell me in short O. — diei qui praeteriit, scilicet hesterni diei qui abiit c. St., the day, that is past of this age, namely yesterday, that is gone O. — etenim cum iis vivis, attamen etiam de his rebus nihil scis c. St., and if thou understandest not even these things O. — 10. tum dixit mihi iterum (vel: tum dicere mihi perrexit) c. St., then he said to me also O. — Itaque apparuit c. St. („es hat sich eben hiermit deutlich gezeigt“), om O. — 12. defatigari (vel: se defatigare) c. St., and to suffer trouble O. — *καὶ μὴ συνιέναι.* — 13. destructae et nihil assecutae sunt. *Ἐκπορευόμεναι ἐξεπορεύθησαν* —

bus et reddamus locum earum mare profundum. [16] cogitatio arborum silvae erat in vanum, nam ignis exiit et combussit silvam destruxitque eam. [17] et similiter cogitatio fluctuum maris erat in vanum; nam arena stetit ante eos prohibuitque eos. [18] itaque si acutus es in iudicio et cognitione, dic mihi, utrum absolvere velis, utrum condemnare.“ [19] et respondi ei dicens: „Utrorumque cogitationes erant vanae, quoniam silvae data est terra, et mare habet terminos, quos non debet excedere, cum elevat undas suas.“ [20] et dixit mihi: „Recte respondisti, et quare non iudicas temet ipsum? [21] nam sicut silvae data est terra, et cursus maris habet terminos sibi positos propter terrorem undarum eius, ita ii qui sunt super terra cognoscunt solummodo ea quae sunt super terra, et quae sunt super coelis, ea cognoscit is, qui est super coelis.“

[22] et respondi et dixi: „Desidero a te, domine, ut me doceas; nam intellectus mihi datus est ad discendum. [23] et non desidero te interrogare de gubernatione coelestium rerum, sed de his quae transeunt apud nos quotidie: Quare Israel datus est praeda gentibus, et populus quem diligis traditus est impiae nationi, et lex patrum nostrorum reiecta est et data in contemptum. . . . .
. . . .
[45] . . . . quam futurum est. [46] quoniam quae transierunt et ad finem perducta sunt, scio, quia praeterierunt, sed quod futurum est nescio.“ [47] et dixit mihi: „Converte te versus dexterum latus et conspice, ut tibi enarrem interpretationem similitudinis.“ [48] et cum conspicerem, vidi magnam forna-

17. ante eos prohibuitque eos c. St., before id and hindred it O. — 19. quoniam silvae data est terra c. St. („weil dem Walde zukommt Erdboden“), because the wood is earth O. — 20. iudicas vel iudicabis St. — 21. silvae data est terra c. St. (cf. v. 19). — *ὁ ἐπὶ τῶν οὐρανῶν*. —

23. quem diligis tradidit ar.[1], sed St. اسلمه em. اسلم. — IV, 24—44 et v. 45 plurima desunt, quia folium excidit. — 48. post haec vidi c. St., om. O. — densus, gyrum agens c. St., folding it self and circling round O. —

cem, ignis ardebat coram me. tum haec magna flamma praeteriit. et post haec vidi, relinquebatur ex ea fumus densus, gyrum agens. [49] et post haec apparuit similiter nubes plena pluviae et emisit magnam partem pluviae, et post emissam pluviam restiterunt in nube paucae guttae. [50] tum dixit mihi: „Considera apud te ipsum: sicut haec pluvia quae praeteriit, maior est his guttis quae restiterunt, et ardor ignis maior est fumo, qui reliquus est . . . . . .“

[51] ita petii cum humili supplicatione et dixi: „Vivamne, putas, usque ad hos dies? et quid eveniet in diebus futuris post hos? [52] et respondit mihi dicens: „Quoad signa, de quibus interrogas, possum dicere tibi de iis brevi ex iussu Altissimi, de fine autem vitae tuae, non permissum est dicere tibi haec, neque scio eum. V. [1] itaque quoad signa temporum, ecce, certiorem te faciam, quod dies venient, in quibus intellegentes remoti erunt de terra, et via iustitiae abscondetur, et terra fidei sterilis erit. [2] et iniustitia increverit super quam nunc vides, et super quam audisti diu antea. [3] et via erit aspera, non calcata, ibique non erit dux, et ibi erit magna disturbatio in multis locis super quam vides factam ab his regibus, et terra erit desolata. [4] et si Altissimus sustinet terram ad hunc terminum, videbis post haec tria signa terram turbatam, et sol apparebit subito, et nox et luna in uno die. [5] et sanguis stillabit de ligno, et lux dabit vocem suam, et populus conturbabitur, et aër commutabitur. [6] et populus regnabit, quem habitantes super terram non exspectaverunt, et aves removebuntur de terris suis et de finibus suis. [7] et

---

50. quae secundum Ewaldum in ipso codice desunt, St. ita fere restituere voluit: „so sind die, welche vergangen sind, zahlreicher, als die Uebriggebliebenen.“ —

51. petii c. St., i intreated O. — V, 1. et terra fidei sterilis erit. καὶ στεῖρα ἔσται ἡ χώρα τῆς πίστεως. — 3. super quam vides factam ab his regibus c. St., from those of these kings which thou shalt see O. — 4. et sol apparebit subito, et nox et luna in uno die quasi scriptum fuisset καὶ ὁ ἥλιος ἀναλάμψει ἐξαίφνης, νὺξ καὶ ἡ σελήνη ἡμέρας. — 5. de ligno c. St., of the wood O. — lux. λύχνος pro λίθος. —

mare Sodomitarum eiiciet vivos pisces, et tollent vocem suam noctu, et ibi ne unus quidem erit ex omni populo, qui cognoscet, qui ii sint, cum audient eorum voces. [8]et inertia et admiratio erunt in multis locis, et cingens ignis mittetur in terram, et ferae bestiae recedent a locis suis, et erunt signa in mulieribus [9]et permutatio aquarum inter dulce et salsum, et amici pugnabunt alter contra alterum. et hoc tempore scientia abscondetur neque invenietur, et sapientia recedet in secreta sua loca, [10]et multi quaerent eam neque invenient eam. et iniustitia et nequitia increverint super terra. [11]et una terra diligenter sciscitabitur ab alia dicens: iustitiane transiit per te, aut sinceritas reperta est in te? et haec terra negabit dicens: Non. [12]et hoc tempore homines sperabunt unum hominem facientem iustitiam, sed is non invenietur, et laborabunt multum, sed viae eorum non recte constitutae erunt. [13]haec sunt signa quae iussus sum tibi dicere. et si oraveris iterum et egeris, sicut nunc agis, et ieiunaveris VII diebus, similiter audies maiora quam haec.“ [14]tum non potui surgere, et corpus meum erat vehementer fractum, et mens mea turbata erat, ita ut paene evanescerem. [15]et angelus, qui venerat ad me, tenuit me et locutus est mihi et confortavit me et posuit me super pedes meos, [16]et secunda nocte Phaldiel princeps populi venit ad me et dixit mihi: „Ubi fuisti? et quare color vultus tui mutatus est? [17]nescisne te esse eum, cui creditus est Israel in terra peregrinationis eorum? [18]surge ergo et accipe panem, ne nos derelinquas, sicut oves, quae pastorem non habent, in manibus malorum leonum. [19]et dixi ei: „Recede a me et ne veni usque ad finem VII dierum tum venies ad me et enarrabo tibi verbis.“ ita abiit a me.

---

8. inertia et admiratio. χάος. – ferae bestiae c. Ewaldo et St., the wild beasts of the princes O. — 9. pugnabunt c. St., shall destroy O. — 12. non recte constitutae erunt c. St., shall not be directed O. — 14. paene evanescerem (prope essem ut evanescerem) c. St., i had like to have fainted O. — 18. quae pastorem non habent. cf. Matth. IX, 36 (Marc. VI, 34) ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. —

II.

[20] Et perrexi ieiunare spatium VII dierum gemens et
flens secundum praeceptum angeli Uria. [21] et post VII dies
cogitationes cordis mei valde molestae erant mihi. [22] et re-
sumpsit anima mea spiritum, et coepi loqui coram Altissimo
sermones [23] dicens: „Dominator domine, ex omnibus vir-
gultis et arboribus camporum elegisti tibi ipsi unam vitem,
[24] et ex omni terra elegisti tibi ipsi unum campum, et ex
odoris floribus elegisti tibi ipsi unum florem, [25] et ex omni-
bus abyssis quae in mari sunt separasti tibi unum rivum, et
ex omnibus civitatibus quae habitantur condidisti Sionem tibi
ipsi et mundasti, [26] et ex omnibus avibus quae existunt no-
minasti tibi unam columbam, et ex omnibus generibus peco-
rum elegisti tibi unam ovem, [27] et ex omni multitudine po-
pulorum elegisti tibi ipsi unum populum et iustificasti et
legem tuam, quam studiosissime exploramus, donasti populo
tuo quem amavisti. [28] quare, domine, tradidisti populum
tuum huic impiae multitudini et reiecisti hanc unam radicem
magis quam omnem reliquam multitudinem et dispersisti hunc
unicum, ita ut praeda factus sit multis? [29] et adversarii con-
culcaverunt eum sub pedes. [30] et nunc odisti populum tuum
perfecto odio, sed si poenam meruit, fuit in tua manu."

[31] dum loquebar haec verba, angelus, qui missus erat
ad me praeterita nocte, missus est ad me [32] et dixit mihi:
„Audi nunc et instruam te, et dispone cor tuum, ut tibi hoc
explanem." [33] et dixi: „Loquere, domine." et dixit: „Modo
valde admiratus es de Israele. an plus diligis eum, quam qui
eum fecit?" [34] dixi ad eum: „Non, domine mi, sed locutus

---

27. quam studiosissime exploramus sec. Ewaldi emendationem, a St. probatam („welches wir mit allem Eifer erforschen"), which being strictly examin'd excelleth all O. — 28. ita ut praeda factus sit multis c. St., so that it was torn in pieces by the multitude O. —

33. Modo valde admiratus es de Israele c. St. („du hast dich eben sehr verwundert über Israel"), Thou admirest Israel very much O. — 34. donec inveniam partem iudiciorum eius c. St. („einen Theil [etwas] von seinen Rathschlüssen"), till i find out his judgments O. —

sum propter magnitudinem doloris cordis mei. nam renes mei pungunt me omni hora et dolorem mihi faciunt, ut diligenter inquiram post semitas Altissimi et quaeram, donec inveniam partem iudiciorum eius.“ [35] et dixit ad me: „Non potes.“ tum dixi ei: „Quare, domine? utinam ne essem natus omnino! aut quare non fiebat matrix matris meae meum sepulcrum, ut non vidissem laborem et contemptionem domus Jacobi neque gemitum tribus Israelis?“ [36] et dixit ad me; „Si vis cognoscere iudicia Altissimi, dic similiter mihi significationem eorum quae tibi dicam. age, numera mihi eos, qui nunquam exstiterunt, et collige mihi semina quae non dispersistis, et fer mihi flores plantarum, quae olim viruerunt et postea aruerunt et marcuerunt, [37] et aperi mihi secreta loca, quae vincta sunt vinculis, et produc mihi spiritus, qui ibi inclusi sunt, aut demonstra mihi proprietatem vocis, aut dic mihi speciem personae formae quam non vidisti. et si mihi haec demonstraveris, ego similiter ostendam tibi explicationem horum, quorum causa tu te ipsum crucias, et quae inspicere desideras.“ [38] et dixi ei: „Domine, quis potest scire haec praeter deum, cuius habitatio est apud homines? [39] ego, qui egens sum et vacuus sapientia, omnino non possum quidquam ex his facere, et quam vim habeo, ut tibi respondeam ad unam ex his quaestionibus?“ [40] et dixit ad me: „Si non potes respondere ad unum ex his, etiam non potes comprehendere iudicia neque finem caritatis, quam habeo erga populum meum.“

[41] et dixi: „Domine, finis rerum procul abest ut explanetur, utrumque, quod ii fecerunt, qui ante nos iverunt, et quod nos facimus similiter, et ii qui venient post nos.“ [42] et dixit ad me: „Corona servatur a me in iudicio, et sicut finis

---

35. Quare c. St., Why O. — contemptionem (vel: vilitatem) c. St., affliction O. — 36. non ante dispersistis St. delendum esse censuit. — 37. proprietatem vocis c. St. („die Eigenschaft der Stimme“), the image of a voice O. — quorum causa c. St., upon the account of which O. — 38. οὗ οὐκ ἔστι κατοικητήριον μετ' ἀνθρώπων. ar.[1] om. οὐκ. —

non cunctabitur, ita initium non festinabit." [43]et respondi et dixi ei: „Nonne poteras facere eos, qui fuerunt, et eos, qui nunc sunt, et eos qui venturi sunt, collectos esse una, ut iustitia festinaret, et iudicium appareret?" [44]et dixit ad me: „Creaturae non possunt festinare res magis quam creator, neque potest hoc saeculum sustinere uno tempore omnia quae ventura sunt super id." [45]et dixi ei: „Quare dixisti servo tuo: Vivens vives? et eodem modo omnes creaturas, quae factae sunt, et singulas quasque naturas eodem tempore produxisti, et si vivificasti eas simul, et omnes naturae earum consistebant, nonne possibile est nunc, ut portet omnes, qui venturi sunt super eam, uno tempore?" [46]et dixit ad me: „Vade et interroga mulierem, quae infantes peperit, et dic ad eam: Si peperisti X infantes, quare tulisti eos variis temporibus? utinam X infantes simul peperisses! [47]non potest facere nisi variis temporibus successive. [48]sic dedi cordi terrae et iis, qui in id iacientur, semen omni tempore. [49]et quemadmodum infans non agit actum generationis ullo tempore, quocunque tandem, donec increvit ad perfectionem et membra eius firmata sunt: ita terra non senescet neque desinet vim habere ad producendum usque ad tempus, quod dominus ei statuit, quemadmodum disposuit omnia quae creavit in hoc mundo."

[50]et interrogavi eum dicens: „Si tu mihi dedisti viam ad loquendum et os ad loquendum coram te, ecce loquar. si tu intellegis terram matrem nostram, de qua dixisti mihi, eam fuisse iuvenem primo, et progressam senuisse et marcuisse, quanam mensura mensuras cogitationes tuas circa eam?" [51]et respondit mihi dicens: „Vade et interroga mulierem, quae infantes peperit, et dicet tibi haec. [52]dic ei: Quare non sunt ultimi infantes tui nunc similes his, quos peperisti primo,

---

44. hoc saeculum c. St., this world O. — 45. et si vivificasti eas simul, et omnes naturae earum consistebant c. St., and if thou didst make them bring forth seed all at one time, when all theire natures were firm O. — ut portet, sc. mundus. — eam, sc. terram. — 46. utinam X infantes simul peperisses c. St., and not ten children at one time O. —

52. sed superantur ab iis statura et robore c. St., om. O. —

sed superantur ab iis statura et robore? [53]et dicet tibi: Est differentia inter hos, quos peperi in diebus iuventutis meae, et hos, quos peperi in diebus senectutis meae, quia natura defecit, et robur viscerum invalidum est ad pariendum. [54]nunc igitur cognosce, quod vos superamini ab iis, qui ante vos erant, et statura et robore, [55]et hi, qui venient post vos, superabuntur a vobis. nam singulae species creaturarum deficient et marcescent et debiles erunt, quia tempus iuventutis et roboris eorum praeteriit."

[56]tum dixi: „Rogo te, domine, si inveni gratiam coram te, explana mihi servo tuo hoc: propter quem creaturam quam creasti visites." VI. [1]respondit mihi dicens: „Initio propter hominem, sed postea propter me ipsum. quoniam antequam terra et mundus essent, et antequam viae huius generationis essent, et antequam flatus ventorum flaret, [2]et antequam Cherubim darent voces suas, et antequam stellae splenderent, et antequam pila fundamentorum terrae fixa essent, et antequam opes visae essent in ea, [3]et decor variorum colorum variarum specierum odororum florum, et antequam ordines exercituum innumerabilium angelorum collecti essent una, [4]et antequam altitudo aëris elevata esset, et antequam creaturae nominarentur, et antequam latum spatium altitudinis eiusque consistentia essent, et antequam fundamenta Sionis iacta essent, [5]et antequam computatio numeri annorum investigata et distincta esset, et antequam opera peccatorum apparerent, et antequam thesaurus fidelium conservaretur et sanctificatus esset, [6]consideravi, quod haec omnia futura erant, et per me unumquodque fuit."

---

56. visites c. St., licet quidem vertere c. O.: visitetur. — VI, 2. stellae. ἄστρων pro ἀστραπῶν (cf. arm.). — terrae c. St., om. O. — opes (divitiae) c. St., wealth O. — 4. latum spatium altitudinis eiusque consistentia c. St., and before space was, and the light of the highest part was fixed O. — 5. et distincta c. St., om. O. — et antequam opera peccatorum apparerent, et antequam thesaurus fidelium conservaretur et sanctificatus esset c. St., and before the joining together of the works of sinners; and before the treasuries of the faithfull were enter'd into and hallowed O. —

[7] et respondi et dixi: „Quando stellae mutabuntur? et quando finis et completio annorum erit, et initium finis et finis eius?“ [8] et dixit ad me: „Ab Abraham usque ad generationem Abrahami eiusque familiam. quoniam ab eo natus est Isaac, et ab Isaaco Jacob et Esau nati sunt, et manus Jacobi tenuit calcaneum Esavi ab initio. [9] et finis huius saeculi est in Esavo, et Jacob est initium mundi venturi, et is est secundus. [10] nam finis partium hominis extremitasque earum est calcaneus eius, et initium earum est manus eius. et ecce calcaneus et manus coniuncta erant. propterea ne inquire haec, Ezra.“

[11] et respondi et dixi: „Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, [12] demonstra servo tuo completionem dierum, qui antecesserunt, quoniam dixisti mihi partem eorum in diebus qui praeterierunt.“ [13] et respondit mihi dicens: „Surge et sta super pedes tuos et audies vocem clamantem. [14] et cum haec vox erit, locus in quo stas tremiscet. [15] et quoad eum, qui tecum loquitur, vide ne paveas. nam vox repraesentat ultimum finem, quae est consummatio, quum fundamenta terrae sciant, [16] quod sermo sensusque ad ea proprie pertinent et ad ea redeunt, et tremiscent et turbabuntur, quoniam sciunt, quod forma eorum mutabitur, et erit finis eorum.“ [17] et cum haec audirem ab eo, surrexi et steti super pedes meos. et audivi, et ecce vox loquebatur et sonum edebat, sicut sonum multarum aquarum. [18] et haec vox dixit: „Dies venient, dicit dominus, cum incipiam visitare eos, qui sunt super terra. [19] et cum fiet inquisitio de his, qui iniuste laeserunt iniustitia sua, et de his, qui iniuste laesi sunt ab iis, et cum contemptio Sionis finita erit, [20] et cum aetas finita erit, in qua determinavi haec signa futura esse, quae faciam: aperiam libros super firmamentum coelorum, et videbunt haec omnes simul. [21] et parvuli infantes tollent voces suas et lo-

9. saeculi c. St., world O. —

15. quum fundamenta terrae sciant c. St., as for the foundations of the earth, know thou O. — 19. cum c. St., in which O. — contemptio, cf. V, 35. —

quentur, et mulieres concipient et parient propere, et infan-
tes nati post tempus trium mensium vivent et circumcurrent.
22 et in locis sine fructu et gramine et locis, ubi nihil semi-
natum erat, ibi virebunt plantae et granum et plenae spicae,
quibus implebunt promptuaria et granaria. 23 et tuba sona-
bit, et sonitus audietur subito ab unoquoque, et omnes per-
sonae et res turbabuntur. 24 illo tempore amici pugnabunt
contra amicos ut inimici, et obstupescet terra cum omnibus
qui habitant in ea. et venae fontium stabunt et nihil effun-
dent per spatium trium horarum. 25 et hi qui relinquentur
postea et se servabunt ab omnibus, quae iis dicta sunt, ii
evadent et conspicient salvationem meam et ultimum finem
huius saeculi. 26 et videbunt me producere ad lucem popu-
lum, qui non gustaverunt inde a nativitate sua. et cor eorum,
qui sunt super terra, mutabitur, et convertentur ad alias co-
gitationes. 27 nam malum cor recedet ab iis, et dolus eva-
nescet et extinguetur. 28 et recta fides splendebit in iis, et
vincent corruptelam, et iustitia, quae non fuit in his multis
annis praeterlapsis, apparebit.“

29 et factum est, cum loqueretur haec verba ad me,
locus ubi stabam contremuit. 30 tum dixit ad me: „Veni ad
te, ut instruam te, sicut die praeterito. 31 et si rogaveris et
ieiunaveris VII alios dies, renuntiabo tibi maiora his. 32 nam
nunc precatio tua audita est ab Altissimo, et Fortissimus con-
spexit sinceritatem cordis tui et vidit mature puritatem mentis
tuae ab infantia tua. 33 quamobrem confide, et ne turbetur
cor tuum propter tempora quae praeterierunt. 34 neve sus-
tenta vanas cogitationes in desiderando accelerationem finis.“

---

24. nihil effundent c. St., not run O. — 25. et se servabunt ab omnibus quae iis dicta sunt c. St., and shall take care to beware of what is before them O. — saeculi c. St., world O. — 26. qui non gustaverunt, om. θανάτου. — 28. praeterlapsis c. St., last past O. —

33. propter tempora c. St., upon the account of the times O. —

III.

[35] Posthaec flevi et ieiunavi VII diebus, donec tres hebdomades, de quibus mihi locutus est, finitae erant. [36] et in octava nocte cor meum vexabatur in me iterum, et coepi loqui coram Altissimo. [37] et spiritus meus ardebat in me, et anima mea valde repleta erat timore. [38] et dixi haec: „O domine, nonne ab initio creaturae primo die locutus es: Fiat coelum et terra, et verbum tuum fecit et gubernavit omnia quae facta sunt? [39] et spiritus venit super aquas, et erant tenebrae et silentium super terra, quia vox nondum erat. [40] tum dixisti: Fiant lumina, ut lucem dent super creaturam, quam fecisti. [42] et tertio die post aquas congregatas imperasti, ut terra divideretur in VII partes, et conservasti alias VI, dico VI species terrae siccae, ut ibi plantaretur et sereretur et araretur. [43] et verbum tuum perfectum est opere. [44] tum apparuerunt fructus innumerabiles dulces gustu et multiformes coloribus suis et arbores iucundae visu et odoris acris in odorando. et haec facta sunt die tertio. [45] et quarto die dixisti, ut sol splenderet, et luna lucem suam daret cum omnibus stellis, [46] et adegisti ea ad serviendum homini, quem creasti. [47] et quinto die iussisti VII partes aquarum, quae plurimum distabant, producere animalia, pisces et aves volaturas. [48] ita aquae mutae, quae animam non habebant, produxerunt animalia viventia, ut hac in re omnes generationes posterae mirarentur opera tua. [53] et sexto die iussisti terram producere iumenta et bestias. [54] tum praefecisti Adamum omnibus quae fecisti, et ex eo orti sumus nos omnes,

---

38. nonne ab initio creaturae primo die locutus es? c. St., didst thou not say: I spake from the beginning of the creation in the first day? O. — 39. quia vox nondum erat sec. Steineri versionem et emendationem, because there was no work after O — 41. deest. — 43. c St., and thy word made it a perfect work O. - 44. apparuerunt c. St., thou didst produce O. — 48. mutae c. St., om. O. — 49—52. quae de Leviathano et Behemoth dicuntur om. ar.' arm. — 53. iumenta (vel: quadrupedes) c. St., creeping things O. —

nos populus tuus, quem elegisti. [55] audacter modo locutus sum coram te, domine; quoniam dixisti: propter vos creavi prius saeculum. [56] et ceterae gentes et ipsae ab Adamo ortae sicut nihil sunt omnino et sicut pulvis et sicut gutta de situla; nam haec est descriptio earum apud te. [57] et nunc, domine, ecce gentes quae nihil erant dominatae sunt nostri et conculcaverunt nos, [58] populum tuum, quem elegisti tibi ipsi solum primogenitum filium, et quem amasti, eum tradidisti inimicis. [59] et nos, propter quos creasti hoc saeculum, cur haereditate non accipimus saeculum et quae nostra sunt? usquequo haec ita erunt nobis, domine?"

VII. [1] et cum finissem loqui haec verba, angelus missus est ad me. [2] et dixit mihi: „Surge, Ezra, audi sermonem, quem tibi attuli, ut te eum edoceam." [3] et dixi: „Loquere, domine." et dixit: „Mare est locus, in quo est portus, cuius tractus est latus et amplus, [4] et qui proficiscuntur et iter faciunt in eo, sunt in magna turbatione et afflictione. [5] imo is qui vult ingredi latum, magnum mare, expendat id, et si initium viae eius non fuit ab angusto portu, qui pervenit ad latum spatium, istuc venire non potest. [6] eodem modo sicut civitas aedificata in fertilibus viridibus locis, in medio hortorum et fecundorum camporum, et plateae eius plenae sunt omnium bonorum, [7] et via introitus est valde arcta et asper locus periculi, ita ut ibi sit ignis a dextris,

---

55. audacter modo locutus sum coram te c. St., then i took courage and said before thee O. — creavi. accuratius: elegi. — prius saeculum c. ar.[1], the first world O. — 56. sicut pulvis, cf. des. XL, 15 hebr. כְּדַק. — apud te c. St., with thee O. — 59. saeculum (bis) c. St., world O. — nobis c. St., with us O. —

VII, 2. te eum edoceam c. St., to instruct thee in O. — 3. cuius tractus (vel: via) c. St., and the space of it O. — 5. imo is qui c. St., but he that O. — expendat id c. St., that he might see it O. — et si c. St., if O. — viae eius c. St., of his passage O. — pervenit ad c. St., goeth into O. — 6. est sicut c. St., om. O. — in fertilibus viridibus locis c. St., in a fertile green place O. — plateae eius c. St., whose beds O. — 7. asper locus c. St., a way O. — ita ut ibi sit c. St., there being O. —

et aqua a sinistris, 8 mensurae calcationis pedis et non am-
plius, ita ut non possit calcari nisi uno pede: 9 si haec ci-
vitas plena bonorum datur cui in haereditatem, oportet eum
esse in angusto loco, quia ingredi non potest civitatem, ut
eam haereditate accipiat, quin pertransierit hanc arctam
viam.“ 10 et dixi: „Sic, domine.“ et dixit mihi: „Sic con-
tigit Israeli. 11 nam propter eos creavi hoc saeculum, et
cum Adam transgressus sit mandatum meum et praecepta
mea, divisio facta est in creatione. 12 et introitus huius
saeculi facti sunt arcti, pleni curarum et laborum et difficul-
tatum et defectuum et morborum et turbationum et multorum
late sparsorum dolorum. 13 sed futurum saeculum est bonum
et copiosum, spatiosum, vacuum anxia cura, habens immor-
tales fructus. 14 itaque si ii, qui volunt habere vitam, nolunt
in itinere suo ambulare per arcta et afflictiones: quomodo
recipient has habitationes subito? 15 tu autem conturbatus es,
qui es corruptibilis et mortalis, 16 et non accepisti in te ipsum
ea quae futura sunt, sed accepisti, quae praesentia sunt.“

17 et dixi ei: „Domine, ecce constituisti in lege tua, quod
iusti haereditabunt haec, quod autem impii peribunt. 18 sed
animadverto, quod iusti in afflictionibus versati sunt, spe-
rantes se recepturos esse copiam bonorum; impii autem non
intraverunt passiones, itaque querela vim non exercuit.“ 19 et

---

8. mensurae calcationis pedis c. St., of the treading of one foot O. — calcari c. St., walking O. — 9. si haec civitas — datur — oportet eum c. St., this city — is giwen — it is necessary for him O. — 11. hoc saeculum. c. St., the world O. — 12. saeculi. الدهر, world O. — saeculum. الدهر, the world O. — late sparsorum dolorum c. St., very great pains O. — 13. saeculum c. ar.[1], the world O. — immortales fructus c. St., immortal fruit O. —

18. sed animadverto, quod sec. Steineri emendationem, et nunc cogito Ewaldus, om. O. — in afflictionibus versati sunt c. St., have patiently born afflictions O. — itaque querela vim non exercuit c. St. (demgemäss hat die Klage keinen Eindruck gemacht“, si لا لم emendatur, vertendum est: „sollte so etwas nicht Klage erregen?“), and therefore the enjoyment did not follow O. —

dixit: „Num tu iudex Dei loco? [21] quoniam decretorio mandato Deus iis, qui sunt, cum nascerentur, constituit, quomodo victuri sint, et quod iis quam maxime cavendum sit, ne morerentur et punirentur in aeternum. [22] et non audiverunt, sed transgressi sunt legem eius et elegerunt sibi ipsis vana cogitamenta [23] et statuerunt sibi ipsis scelus rebellionis. praeterea dixerunt: Altissimus non existit, et non cognoverunt vias eius, [24] sed reiecerunt legem eius et ruperunt foedus eius et non fuerunt fidi in constitutionibus eius, sed abiecerunt praecepta eius. [25] propter hoc reliqui imbecillos vanis et plenos perfectis. [26] ecce tempus veniet et modo nunc appropinquat, quando haec signa erunt, quae tibi praedixi, et civitas, quae ad hoc tempus non apparuerat, apparebit, et terra, quae non erat visa antea, apparebit. [27] et quicunque liberatus erit de praedictis malis, stabit in exspectatione filii mei. [28] nam filius meus Messias apparebit cum iis, qui ad eum pertinent, et iucundabit eos, qui relicti erunt circiter CCCC annis. [30] et postea mundus redibit ad pristinam quietem suam per VII dies, et unusquisque, in quo est spiramentum vitae, ad finem perveniet, ita ut ne unus quidem relinquatur. [31] et post VII dies saeculum futurum, de quo nemo nunc cogitat, apparebit, et corruptibilitas evanescet. [32] et terra proiiciet eos, qui in ea dormiebant, quos ei commisi conservandos, et secreta promptuaria reddent animas, quae in eis sunt. [33] et Altissimus apparebit super sede iudicii. tum misericordia veniet, et clementia appropinquabit, et bona exspectationi contingent. [34] et iudicium domini solum remanebit, qui personae nullius rationem habebit. iustitia stabit, et sinceritas appare-

---

20. deest. — 24. et non fuerunt fidi c. St., and believed not O. — 25. imbecillos — plenos c. St., the weak — the full O. — 26. quae ad hoc tempus non apparuerat c. St., which was not O. — 27. 28. in margine: prophetia domini Messiae. — 29. deest. — 31. saeculum. الدهر, the world O. — 33. et bona exspectationi contingent. haec St. interpretatus est: „die Geduld wird das von ihr gehoffte Gute erreichen. Oder, خير kann das sittlich Gute bezeichnen, und dann wäre das Bild nach Ps. 85, 11 zu verstehen.“ —

bit, [35] et opera subsequentur, et merces sequetur, quae da-
bitur eis. tum iusti et impii et peccatores proferent in lucem,
quae celaverunt. (VI) [1] et tunc abyssus poenae apparebit,
isque positus erit ante habitationes beatitudinis, et profundum
inferni apparebit, quod oppositum erit amoeno paradiso, pleno
bonis et gaudio. [2] tunc Altissimus dicet populis resuscitatorum:
Videte et intelligite, quis sit, quem negastis, et quis sit, cui
noluistis vos ipsos submittere, et quis sit, cuius mandata
contempsistis. [3] videte nunc gaudium beatitudinis ante ocu-
lum meum et inextinguibilem ignem, qui vos circumdabit!
haec sunt quae dicet ad eos in die iudicii. [4] illo die non
erit [5] neque sol, neque lux, neque luna, neque stella, neque nu-
bes, [6] neque tonitru, neque turbo, [7] neque fulgur, neque aqua,
neque aër, [8] neque tenebrae, neque nox, neque dies, [9] neque
aestus, neque autumnus, neque ver, neque hiems, [10] neque tem-
pestas, neque calor, neque nix, [11] neque lucerna, neque pluvia,
neque frigus, neque ros, [13] neque lux, quam assequentur te-
nebrae incidentes in eam. [14] sed ii omnes cogentur ad ado-
randum lumen gloriae. [15] haec erunt necessario, [16] et numerus
harum rerum est hebdomas annorum. [17] et haec est mensura
horum omnium, quae ventura sunt, et ordo eorum. et tu es
solus, cui haec singula revelata sunt."

[18] dixi: „Nunc, domine, dico: beati sunt, qui invenien-
tur servantes ea omnia quae mihi dixisti, et est mea petitio
et rogatio de iis, ut ea servem. [19] sed quis est ex omnibus,
qui existunt, quin peccaverit? et quis natus est ex filiis ho-

---

35. quae dabitur eis c. St., this which shall be given to them O. — (VI), 1—83. superscripsi versus aethiopicae versionis. haec latine iam vertit Fabricius, quem adhibui, sed non in omnibus secutus sum. — 1. usque positus erit c. St., which shall be set O. — beatitudinis c. St., of the consolation O. — 11. lucerna c. Ewaldo, blast O. — 12. deest. — 13. quam assequentur tenebrae incidentes in eam c. St. which the darkness coming upon shall comprehend O. — 16. harum rerum c. St., of them all O. —

18. dixi Nunc, domine, dico c. St., then i said O Lord O. — 19. peccaverit — transgressus sit c. St., doth not sin — doth not transgress O. —

minum, quin transgressus sit foedus tuum? [30]et quam paucos video, qui perveniunt ad exsultationem et gaudium futuri saeculi! et loca poenarum multivaria sunt, et multi sunt, qui ad ea vadunt. [21]quoniam malus in cordibus nostris omnia haec mala posuit et nos seduxit et nos fecit declinare a via et duxit nos ad interitum et ostendit nobis viam mortis [22]et nos longe removit a via vitae, [23]et non hoc solum, sed etiam amplius his.“ [24]et respondit mihi dicens: „Audi, Ezra, ut tibi ostendam secundum tempus, [25]quamobrem Altissimus non fecerit unum saeculum, sed duo. nonne dixisti, puros non esse multos, impios autem longe plures? audi responsum ad haec. [26]si pretiosos lapides habes paucos numero, num iis addes plumbum et testacea?“ [27]et dixi: „Hoc, domine, non potest fieri.“ [28]et dixit mihi: „Interroga terram, et ea te hoc docebit. dic ei: Produxisti aurum et argentum et aes et ferrum et plumbum et argillam. [29]et ecce plus est argenti quam auri, et plus aeris quam argenti, [31]et plus ferri quam aeris, et plus plumbi quam ferri, et plus argillae quam plumbi. [32]expende ergo tecum, quid melius sit et electius et iucundius, id, cuius existit plus, an id, cuius existit paucius?“ [33]et dixi: „Id, cuius existit plurimum, non est optimum, sed hoc, cuius existit paucissimum, praestans est et electum.“ [34]dixit mihi: „Intellege haec de te ipso ex his, quae iam nosti, quod is, qui paucissimum habet, eo magis gaudebit, quam is, qui habet, quod est maximum. [35]et haec est ratio arbitrii mei in iudicio, quod promisi. gaudebo iis paucis, qui evadent, quia missi sunt ad gloriam in excelsum. et hi sunt populus peculiaris, super quos nomen meum vocatum est. [36]et praeteribo magnam multitudinem, qui peribunt, quia ligati sunt ad infernum merito et debent iniici ad iudicium, ut dignum est. [37]ii fient fumus in punitione

20. exsultationem sec. Steineri emendationem, the supplication O. — 21. seduxit sec. Steineri emendationem, hath deceived O. — 25. saeculum c. St., world O. — 36. ut dignum est c. St., in truth O. — 37. ad incendium c. St., to turning O., l. to burning. —

et trudentur in flammam ignis, quae ardet in inferno ad in-
cendium et lapsum et exstirpationem."
38 et respondi dicens: „Et tu, lutum, unde et quomodo
factum est, ut depressum sis ad locum lapsus? 39 utinam
fuisses, sicut is, qui omnino non est creatus! et utinam
omnino non exstitisses! quid autem dicendum est de intellectu,
quem accepimus? nonne nobis bonus erat dux? nam adolevit
nobiscum, et propterea puniemur, quia scientia erat in no-
bis, et nos eam perdidimus. 40 tum humanum genus deflen-
dum et deplorandum erit, et bestiae gaudebunt, et humanum
genus lugebit. quadrupedes gaudebunt, 41 quoniam multo me-
liora iis contigerunt quam nobis. nam non iacientur in iudi-
cium neque cognoscent poenam, neque promissa erat iis vita
post mortem eorum. 42 et quod nos attinet, quale est bene-
ficium, quod accipiemus, cum vivemus iterum et puniemur
poena inferni? 43 humanum genus totum subactum est pec-
cato, et omnes ii pleni sunt iniquitatibus, et omnes ii gravati
sunt onere transgressionum. 44 et si post hanc mortem denuo
pellimur ad iudicium, melius esset nobis, si nunquam nati
essemus in mundo omnino." 45 et respondit mihi dicens:
„Cum Deus altissimus crearet hunc mundum et Adamum
simul eosque, qui orturi erant ab ipso, tum praeparavit
iudicium his, qui merituri essent. 46 itaque intellege ex tuis
ipsius verbis, quod dicis intellectum adolescere una nobiscum,
et per eum haec omnia fuerunt super terra. et hac ratione
punientur, quoniam habentes scientiam et donum, quod attinet
ad summe imperantem intellectum, non curaverunt et trans-
gressi sunt. 47 nam receperunt mandatum et non observave- Rom.
runt, sed constituerunt voluptates suas sicut oppositam legem VII, 23.
et longe recesserunt a lege veritatis, quam aceeperunt. propter-
ea non habent argumentum, quod proferant in die iudicii, Rom. II,
15. 16

---

39. is (vel aliquis), qui c. St., what O. — perdidimus c. St., we destroyed O. — 43. iniquitatibus c. St., of iniquity O. — 44. pellimur c. St., we go O. — 46. quod dicis c. St., thou sayest O. — 47. argumentum quod proferant c. St., excuse to plead O. — saeculi c. St., world O. —

neque responsum in die novissimo. quam multis temporibus
Deus prolongavit patientiam suam erga homines huius saeculi!
[48]at non propter vos solos prolongavit longanimitatem suam,
sed ut numerus temporum, quae distulit, compleretur, ut
convenirent verbo eius.“

[49]et dixi ei: „Si inveni gratiam coram te, explana mihi
servo tuo hoc unum: post hanc praesentem mortem, cum
unusquisque nostrum reddet animam suam, utrum conservabimur in loco quietis, donec tempus illud veniet, quo iudi-
Gal. cium feres in iustitia, cum tu eos immutabis in novas crea-
VI, 15. turas, an statim nos iacies in poenam?“ [50]et respondit mihi
2 Cor. V, 17. dicens: „Explanabo tibi hanc aliam rem. et quod te attinet,
cum non sis mixtus rebellibus neque similis sis eis, qui
veritati non obediunt in cordibus suis, non numeraberis inter
eos, qui punientur, quia habes thesaurum comparatum tibi
plenum bonorum operum, quem Altissimus praeparavit, qui
tibi non apparet in praesenti, sed apparebit in plenitudine
temporum. [51]quod igitur ad speciem praesentis mortis attinet,
praebe aures. quando decretum exit ab Altissimo, atque ipse
iubet hominem mori, spiritus eius mutatur et quod est vivum
in eo, donec exit e corpore eius, ut anima eius revertatur
Eccl. ad eum, qui eam emisit. [52]et primo omnium prosternit se
XII, 7. ipsam coram gloria Altissimi. [53]atque si rebellis fuerit legum-
que transgressor neque servaverit vias Altissimi neque similis
fuerit eis, qui eum timent: [54]haec anima non intrabit lucidas
habitationes, [55]sed ex hoc tempore ligabitur cum iis, qui
iacientur in iudicium. et ii lamentabuntur in magno moerore
cordis VII variorum generum. [56]primum est, quod corda
eorum non obediebant, ut ambularent in viis Altissimi. [57]se-
cundum, quod non possunt ex hoc tempore facere bonum,
ut vivant. [58]tertium, quod vident mercedem, quae contigit
observantibus praecepta Altissimi. [59]quartum genus est, quod
vident poenam, quae iis parata est et accidet postea. [60]quin-

---

49. tempus illud c. St., the time O. — 51. iubet c. St.. he hath commanded O. —

tum genus est, quod animadvertunt loca, ubi animae eorum sunt diligenter servandae et concludendae ab angelis. [61] sextum genus est, quod liquescunt in moerore cordis propter metum poenae, in quam iacientur. [62] septimum genus, quod molestius et gravius est tibi iam memoratis, quod superabuntur ignominia, et conscientiae morsus eos absumet, et relinquentur in moerore propter severitatem, quam timent, quando conspicient magnitudinem gloriae Altissimi, quia vitam suam consumpserunt peccantes coram eo, qui postea iudicium feret de iis, et haereditas eorum erit poena sempiterna. [63] et quod solatia attinet eorum, qui servabant viam domini altissimi, [64] haec sunt: primo omnium, quando placuerit unum eorum transferre ex hoc corruptibili corpore, quod exspectat per tempus aliquod serviens domino in timore eius, princeps solatium eorum est, quod videbunt gloriam Altissimi, dum recipiunt ab eo mercedem suam, quae et ipsa consistit VII excellentibus generibus et VII ordinibus. [65] primus gradus est, quod contenderunt variis laboribus, donec superaverunt eum, qui creatus est cum iis, hoc est inimicum et omnia mala opera eius et omnes pollutas cogitationes eius, ita ut non potuerit eos seducere impietate fraudis et fallaciae suae, ut eos deflecteret a vita ad mortem. [66] secundus gradus est, quod videbunt impios comburi siti et flamma ignis perpetui, cruciatos igne sempiterno. [67] tertius gradus est, quod videbunt testimonium, quod Altissimus dedit de iis, nempe quod observatione mandatorum vitam obtinuerunt, et quidem propter fidem suam. [68] quartus gradus est, quod fruentur voluptate beatitudinis et bonitate eius ex hac hora et requie incipiente, qua fructuri sunt in habitationibus vitae, et congregabuntur cum multitudine angelorum

---

62. ignominia c. St., with confusion O. — 64. exspectat c. St., remains O. — serviens c. St., and he hath served O. — 65. impietate fraudis et fallaciae suae c. St., through the deceitfullness of his craftiness and cunning O. — 67. dedit c. St., shall give O. — 68. beatudinis c. St., consolation O. — ex hac hora c. Ewaldo et Steinero, intelligere non potuit O. — et congregabuntur — honore om. Fabr. —

in gloria et honore. [69]quintus gradus est conditio speciei gaudii, quia corruptibilitas longe remota est ab iis ex hoc tempore praesenti, atque se ipsos praeparant ad fruendum vita, quae modo incipit, et videbunt eum, quem nullus oculus vidit. [70]tunc considerabunt hanc angustam viam, qua ambulaverunt, et quomodo eos duxit ad vitam, una cum molestiis, quas experti sunt, et quomodo eis erant causa salvationis et liberationis iisque etiam laxitatem ambulandi paraverunt, ut assequerentur immunitatem mortis in aeternum. [71]sextus gradus est scientia eorum, quod facies eorum splendent, et quod ita fulgebunt sicut sol et similiter splendori micantium stellarum, quae lucem dant, neque cadent neque corrumpentur. [72]septimus gradus omnibus his superior est, quod gaudebunt magnitudine essentiae eius in quiete sine cura et cum faciebus non erubescentibus pudore, Deum celebrantes et gaudentes in aeternum, intuentes gloriam Dei,
Mt.V,8. qua nemo potest satiari, quia videbunt faciem eius, cuius servi fuerunt, et vivent cum eo, qui eos glorificabit iisque retributionem dabit. [73]hi sunt praeclari gradus, quos animae iustorum habebunt, qui iis promissi sunt, [74]et haec est descriptio cruciantis poenae, quae pertinet ad impios.“ [75]et respondi et dixi: „Itaque animae habebunt tempus aliquod, datum iis post excessum e corpore, ut videant haec, de quibus dixisti?“ [76]dixit mihi: „Per VII dies liberae mittentur, ut videant in his VII diebus omnes habitationes, de quibus tibi antea dixi. postea relinquentur in talibus locis, quibus dignae sunt, et conservabuntur in claustro et dura captivitate.“

---

70. et eis etiam laxitatem ambulandi paravernnt, ut assequerentur immunitatem mortis in aeternum c. St., there is also prepared for them largeness of * * *, that the may attain to the privation of death for ever and ever O. — 71. quod gaudebunt magnitudine essentiae eius in quiete sine cura et cum faciebus non erubescentibus pudore c. St., that they shall rejoice in the greatness of * * * in confort without any sollicitude, and their faces shall not be put to confusion O. —

[77]et dixi ad eum: „Si inveni gratiam coram facie tua,
explana mihi servo tuo hanc aliam rem: potestne in die
iudicii iustus homo deprecari apud Altissimum pro peccatore,
aut patres pro liberis suis, aut liberi pro parentibus suis,
aut fratres pro fratribus suis, aut cognati pro cognatis suis,
aut amici pro amicis?“ [78]et respondit mihi dicens: „Quo-
niam invenisti gratiam coram me, ostendam tibi hanc aliam
rem et explanabo tibi. dies iudicii definiet et discernet et
rem ostendet secundum vere decernentem sententiam. [79]quem-
admodum si homo excessit ex hac existentia, pater non pot-
est mittere ad filium suum, ut sciscitetur eius negotium,
[80]neque filius ad patrem suum, neque dominus ad servum
suum, neque amicus ad amicum suum, ut cognoscat, quo-
modo valeat, aut comperiat eius conditionem, an dormiat,
aut edat, aut quiescat securus, neque curam eius gerere
potest ullo modo: [81]ita illo tempore non intercedet quisquam
pro altero neque precabitur, [83]sed unusquisque stat pro
opere suo, sive impii sint sive iusti.“ VII. [36]tum dixi ei:
„Quomodo invenimus Abrahamum orantem in causa Sodomi,
et Mosen pro patribus nostris, cum peccaverunt in deserto,
[37]et Josuam pro filiis Israelis in diebus Achari, et Samuelem
in diebus Sauli, [38]et Davidem pro calamitate, quae populo
accidit, et Salomonem pro fundatione aedis, quam condidit
domino, [39]et Eliam pro pluvia coeli et pro mortuo, quem
resuscitavit ad vitam, [40]et Ezechiam pro populo in diebus
Sennacheribi? et plurima sicut haec multis contigerunt. [41]hoc
igitur tempore, quo pernicies magna est, atque impietas et
iniustitia increverunt, iusti oraverunt pro peccatoribus. cur

---

77. aut fratres pro fratribus suis c. St., om. O. — 78. discernet (vel distinguet) c. St., and (shall) make decision O. — et rem ostendet secundum vere decernentem sententiam c. Steinero („und wird die Sache zeigen gemäss dem die Wahrheit entscheidenden Beschluss“), and shew the thing as a true seal O. — 82. deest. — 83. sed unusquisque stat pro opere suo sec. Steineri emendationem, but every one shall stand for all thath he hath done O. — VII, 37. in diebus Achari c. St., in after days O. — 41. 42. 43. saeculo c. St., world O. —

tandem ita non fiet in illo saeculo?" [42] respondit mihi dicens: „Haec fieri possunt in praesenti saeculo, quippe cuius honor non sit perennis. et hanc ob rem validi apud Deum orant pro invalidis. [43] sed in illo saeculo ita non fiet, quoniam in fine huius saeculi est initium illius, cuius vita non morietur, et a quo corruptibilitas procul abest, [44] et nequitia prorsus evanuit ex eo, et incredulitas dissipata est, et iustitia increvit in eo, et veritas aucta est in eo. [45] propterea illo tempore ii, quibus debet iudicium, misericordiam non recipient, et tristitia non assequetur eos, qui vicerunt in certamine."

[46] et dixi: „Hic est sermo meus primus et novissimus: utinam terra permansisset et perseverasset in priori statu et ne produxisset Adamum, et ne desumptus esset ex ea, neve habuisset scientiam et intellectum, ut non peccasset! [47] quid enim prodest hominibus, qui vivunt in doloribus et post mortem suam vadunt ad poenam! [48] aut quid fecisti, Adam! tu solus peccasti. quidni propterea est debita mors tibi soli, sed nobis similiter, qui nati sumus ex te? [49] quid prodest nobis? nam promissa erat nobis vita, non mors, et agimus opera mortifera. [50] et cognovimus spem perennem, et nos agimus quae vana sunt. [51] et proposuit nobis habitationes, in quibus nulla est molestia, quae vacuae sunt cura, et consumpsimus vitam nostram in impiis operibus. [52] nam Altissimus bona dabit his, qui probe vixerunt in abstinentia, sed quod nos attinet conversati sumus in prava via. [53] et paradisus quidem apparere debet, cuius fructus sunt incorruptibiles, et in quo est voluptas boni perennis, [54] sed nos non possumus intrare eum, quia nos ipsi occupati sumus malis operibus. [55] et facies eorum, qui pugnaverunt in iustitia, fulgebunt sicut lumina coeli, sed quod nos attinet, nostrae facies erunt obscurae, vacuae splendore. [56] ecce cum nati sumus, omnes nostrum vivi eramus, et cum peccavimus, videmus, cui obligati sumus postea, moerori quidem et dolori." [57] dixit

---

43. saeculi c. St., world O. — 57. cum certaverint in eo c. St., om. O. —

mihi: „Haec est imaginatio et cogitatio huius saeculi. quod
omnis homo, cum certaverint in eo, quicunque nati sunt
super terra, [58] si victus invenitur, obligatus est moerori, de
quo dixisti, et si vincet, merebit gaudium; de quo dixi.
[59] nam haec est via, de qua Moses dixit ad populum, cum
viveret, dicens: Elige tibi ipsi viam vitae, et vives. [60] sed
non audiverunt eum neque obediverunt ei in cordibus suis,
neque prophetis qui venerunt post eum, neque mihi, qui
loquor ad te. [61] quamobrem non sum tristis neque eos perdere cunctor, sed gaudeo in eo; nam corda eorum se non
subiecerunt ei quod bonum est."

[62] tum dixi: „Nunc scio, domine mi, quod Altissimus
vocatus est misericors, quia misertus est iis, qui nunquam
existentiam ullam habuerunt. [63] et clemens est in ostendendo
clementiam his, qui bene conversi sunt et legem eius observarunt. [64] et patiens est et longanimis, quia exspectavit diu
eos, qui peccaverunt in operibus suis, et dat mercedem facientibus iustitiam. [65] quia dat copiose his, qui ostendunt
bonam intentionem, et merces erit similis operibus. [66] et
est magnae misericordiae, quia misericordiam suam copiose
praestat erga eos, qui voluntatem eius faciunt, et patiens est
erga eos, qui non humiliaverunt se ipsos, ut agerent poenitentiam et converterent se ad eum in poenitentia et ei largiter confiterentur gratias agentes. [67] nam si indignatio eius

---

58. si victus invenitur c. St., if he fights and be found conquered O. — 59. viam c. St., the ways O. — 61. neque eos perdere cunctor c. St., nor am against their destruction O. —

63. clementiam c. St., compassion O. — qui bene conversi sunt et legem eius observarunt sec. Steineri versionem et emendationem, who have accustomed themselves to a good course and kept his law O. — 64. quia c. St., and O. — 66. quia misericordiam suam copiose praestat erga eos, qui voluntatem eius faciunt, et patiens est erga eos, qui non humiliaverunt se ipsos sec. Steineri versionem et emendationem, because he multiplieth more and more his mercy upon those who do not humble themselves O. (omissis nonnullis). — 67. hoc saeculum c. St., this world O. —

vehemens esset, hoc saeculum omnino non esset, neque vita eorum, qui in eo reperiuntur. [68] et dat dona digna, quibus gratiae agantur. nam nisi esset copia donorum bonitatis eius, qui copiose benefacit impiis et sceleratis peccatoribus, decies millesimi hominum non possent vivere. [69] et iustus est iudex et non respicit personam. nam si non daret veniam et praeteritionem iis, qui declinarunt a praeceptis eius et verbo scripto in lege eius, et deleret multitudinem peccatorum eorum: hae parvae reliquiae omnino non evaderent aut existerent in numero multitudinis." VIII. [1] et respondit mihi dicens: „Altissimus fecit hoc saeculum propter multos, futurum autem saeculum, quod incipit, propter paucos. [2] explicabo tibi similitudinem Ezra. sicut quando interrogas terram, dicet tibi, quod produxit multam materiam, unde fictilia fiunt, sed paucam materiam, unde aurum fit: sic sunt opera et actus huius praesentis saeculi. [3] magna quidem in eo est multitudo, sed pauci salvabuntur."

[4] tum dixit mihi: „Anima mixta est intellectui, cum descendit in eum, [5] et cogitatio affert ei auditum auris. et quod te attinet, quae ad omnia tempora respiciunt, tibi data non sunt, sed solummodo exigua pars vitae in hoc saeculo." [6] et dixi ei: „Domine, si iubes servum tuum orare et stare coram te, da fructum cordi meo, ut fructum producat, in quo lucrum habeam et usum, ut omne, quod vestitum est carne, possit salvari. [7] nam omnes in unum sumus, et opera manuum tuarum respondent verbo tuo. [8] tu produxisti nos creaturas tuas, factas e carne e matrice et iussisti partem servari ab igne et aqua, quam finxisti et creasti. [9] et

68. copia c. St., for the abundance O. — copiose c. St., extraordinary O. — 69. multitudinem peccatorum eorum c. St., their sins O. — aut existerent in numero multitudinis c. Steinero, nor be found in the number of the multitude O. — VIII, 1. saeculum — saeculi. الدهر, the world O. — 2. sicut quando c. St., as when O. — saeculi. الدهر, world O. — 5. saeculo c. St., world O. — 9. apud te c. St., by thee O. —

hae creaturae servatae sunt apud te. et cum matrix incipit
reddere quae in ea sunt, [10] tum imperasti, ut sit, quod re-
quiritur ad necessarium victum, hoc est, ut lac fiat in ma-
millis, [11] ut id quod plasmatum est nutriatur hoc lacte per
tempus aliquod. tum gubernasti eum tua misericordia [12] cu-
ram eius gessisti in tua pietate et ostendisti ei leges tuas
et fecisti eum intellegere scientia tua. [13] tum posuisti ad
mortem eum, quem creasti, et vivificasti quoque, quia erat
opus manuum tuarum. [14] si igitur perdis eum post omnem
hanc molestiam, dico eum, quem creasti, cur dedisti ei
existentiam omnino? [15] et nunc dicam propter omnem rem,
quam praeparavisti propter populum tuum, ob quem tristis
sum, [16] et propter haereditatem tuam, ob quam lugeo, et pro-
pter Israel, propter quem doleo corde meo, et pro semine
Jacobi, propter quod sollicitus sum. [17] ideo incipiam orare
pro me ipso et iis omnibus. quoniam ictum, qui factus est,
vidi [18] et tuas creaturas spectans firmum mandatum audivi.
[19] ideo audi vocem meam et intende verbo oris mei, et ecce
loquar coram te.“ respondi dicens:

[20] „Domine, qui existis ante aeterna tempora, qui ac-
curate scrutatur coelos et omnia quae sunt super altitudine,
[21] cuius thronum complecti nemo potest, neque gloriam eius
mensurare aut comprehendere, circa quem multae potestates
stant, [22] quarum arma dant lucem et splendorem, sicut ven-
tum et ignem, cuius verbum est divulgatum et firmum, cuius
mandata sunt firma et constantia omni ratione, [23] et verba
nominis eius sunt tremenda, cuius adspectus solus arefacit
abyssos, et quo increpante contremiscunt montes, et iustitia

---

12. pietate c. St., righteousness O. — 13. et vivificasti quoque sec. Ewaldi emendationem c. St., and loved also O. — 16. doleo corde meo c. St., my heart is grieved O. — 18. c. St., for thy established creation O. —

21. cuius thronum complecti nemo potest c. St., whose throne can not be guess'd at O. — 22. quarum c. St., whose O. — divulgatum c. St. („sich ergiessend, weithin verbreitend“), grand O. — 23. solus c. St., om. O. —

veritasque ei testificata sunt, [24]exaudi vocem servi tui et
perfice precationem eius, quem creasti, et aures praebe verbo
meo. [25]nam quamdiu vivo loquar, et quamdiu cogitatio in
me reperitur, respondebo. [26]ne punias populum tuum pro-
pter peccata eorum et aberrationes, sed respice eos, qui tibi
serviunt in iustitia et veritate. [27]neve adspicias opera impi-
orum, sed eos, qui conservarunt foedus tuum; nam ecce
sunt in doloribus. [28]neque irascaris nobis propter popu-
lum, qui vana fecerunt in conspectu tuo et vixerunt in su-
perbia. memento eorum, qui cognoverunt timorem tuum in
interioribus partibus suis. [29]neve perdas nos cum populo,
qui imitatur actus brutorum animalium, sed respice eos, qui
diligenter percontati sunt lucem legis tuae. [30]neve indigneris
nobis inter eos, qui peiores sunt brutis animalibus, sed di-
lige eos, qui tua gloria confidunt et fiduciam posuerunt in
te solo, tu, deus, deus patrum nostrorum! [31]nam nos et
ii, qui venerunt ante nos, speramus tuam misericordiam.
[32]nam tu, domine, vocatus es misericors propter nos pecca-
tores, in quibus non est ullum bonum opus. et si nos tibi
acquirere vis populum, vocatus es propitius. [33]quoniam
opera iustorum splendent coram te, et propter opera sua
digni sunt mercede in futuro saeculo, quod finem non habet.
[34]domine, quid est homo, ut irascaris ei? [35]in veritate
nemo est ex omnibus infantibus, qui nati sunt, quin peccet,
neque existit ex omnibus, qui exstiterunt, quin committat in-
iustitiam. [36]in hoc apparebit bonitas tua, domine, si mise-
ricordiam habes erga populum, in quo ne ulla quidem spe-
cies boni inventa est."

[37]et respondit mihi dicens: „Recte locutus es, sicut

---

28. superbia c. St., vanity O. — 30. dilige c. St., answer O. — tu deus, deus patrum nostrorum c. St., thou, o God, art the God of our fathers O. — 32. et si nos tibi acquirere vis c. St., and since thou hast purchased us to thy self for a people O. — 33. saeculo c. St., world O. —

37. sicut dicis, sic fiet sec. Steineri emendationem, according to what he said, so shall it be O. —

dicis, sic fiet. [38] propterea in veritate eos ex creaturis meis, qui peccant, praeterii non curans, sitne mors aut iudicium aut pernicies aut interitus. [39] quoniam gaudeo iustis meis creaturis et eorum appropinquatione ad me et vita eorum et mercede, quam recipient in regno meo. [40] nam sic erit, quomodo dictum erat de eis. [41] et sicut agricola spargit multum semen super fundum et plantas plantat, multas arbores, et in tempore fructus non omnia quae sevit salvata sunt, neque vivent omnes plantae: similiter erit in hac praesenti aetate, non omnes ex iis salvabuntur." [42] et dixi ei: „Si gratiam inveni in conspectu tuo, patere me loqui. [43] in semine agricolae accidit nonnunquam aliquid, non proveniente eo neque crescente, et cum non veniunt pluviae in temporibus earum, aut cum interit variis de causis. [44] sed quod hominem attinet, quem creasti manu tua et similasti tuae imagini — nam similis tibi est —, propter quem creasti omnia, eum similasti semini, quod agricola serit in campo? [45] Non, domine, sed conspice misericors populum tuum et propitius esto haereditati tuae, et decet te misereri ei."

[46] et respondit mihi dicens: „Quae fuerunt, responderunt huic aetati, sed quod futura attinet, respondent futuro saeculo. [47] tu autem multum restas, nempe in eo, ut inveniaris

---

38. c. St., because of this in truth i have negligently passed by those of my creatures which sinned, wheter there was death or judgment or corruption or destruction O. — 39. appropinquatione ad me. ἐπιδημίᾳ pro ἀποδημίᾳ. — 41. et plantas plantat c. St., and the planter plantheth O. — 43. in semine agricolae accidit nonnunquam aliquid, non proveniente eo c. St., the sed of the husbandman is like a thing, that doth not come up O. —

46. saeculo (vel aetati) c. St., world O. — 47—49. c. Steinero, and as for thee, thou hast continued very long in thy opposition, because thou art found that in thee there is a mercy over my creatures more than in me. thou hadst like to have compared thy self unto and reckon'd thy self among the wicked, whereas thou art not wicked. in this the mort High admired thy doing, in that thou hast walked in an humble thought, as became thee, and didst not equal thy self with the righteous, so as to glory too much in thy thought O. —

magis misertus creaturae meae quam ego. fortasse dissimulasti et te numerasti inter simulatores, cum non sis simulator, [48] ut Altissimus actum tuum admiretur, [49] quia ambulaveris in humili cogitatione, sicut te decuit, et non comparaveris te iustis, ut tantum glorieris in cogitationibus tuis. [50] . . . .

IX. [1] . . . . . signorum, quae dixi tibi antea. [2] tunc intelleges, quod tempus est, quod Altissimus destinavit, in quo visitabit praesens saeculum. [3] et quando vident in hoc saeculo commutationes et tumultus et seditiones populorum et iniustitiam capitum et gubernatorum populi in multis locis, et quod principes quiete carent: [4] tunc intelleges, quod Altissimus locutus est de his in primis diebus, sicut de populo, qui fuit. [5] nam initium huius saeculi iam apparuit, et finis eius similiter apparebit et cognoscetur. [6] quoniam ita sunt tempora, quae Altissimus destinavit, ut initium, quod non apparuit, appareret cum virtutibus et miraculis, et finis fiat cum actibus et operibus et signis. [7] et quicunque salvatus erit et evadet et tum effugiet propter bona opera et veram fidem, quae est in Deo, [8] is relinquetur postea in his turbis, quas tibi memoravi antea, merito. quoniam vidit salvationem meam super terra et super monte sanctitatis meae, quem sanctificavi ante creationem mundi. [9] tum ii, qui recesserunt a viis meis, perturbati erunt et attoniti, et ii, qui neglexerunt timorem meum, punientnr variis tormentis. [10] quoniam non cognoverunt me, ut viverent, et ut bene se haberent.

VIII, 50—IX, 1 (fin.) exciderunt cum folio manuscripti. — IX, 1 saeculum, الدهر, the world O. — 3. saeculo, الدهر, the world O. — iniustitiam c. St., the tyranny O. — quod principes quiete carent c. St., the want of a director of the princes O. — 5. saeculi c. St., world O. — 5. 6. et cognoscetur. quoniam ita sunt tempora c. St., and it shall be known, that these are te times O. — 7. propter bona opera c. St., from good works O. — 8. super monte sanctitatis meae. *ἐν τῷ ὄρει μου* pro *ἐν τοῖς ὁρίοις μου*, cf. XII, 34. XIII, 48. —

[11] et ii, qui declinaverunt a lege mea, ut libertatem haberent — [12] ignovi quidem iis, quamdiu ianua poenitentiae iis aperta erat in tempore eorum, sed non intellexerunt neque consideraverunt, ut se converterent, sed hic populus secessit et declinavit, et non obediverunt in cordibus suis — ii post mortem eorum, cum sunt in tormento, in quod iacientur, necessario intellegere debent, quis sit, quem reiecerunt. [13] et quod te attinet, ne examines neve multum scruteris dicens: quomodo impii punientur? sed quaere et interroga et inquire, quomodo iusti salvabuntur, quorum est futurum saeculum, et quibus futurum saeculum praeparatum est, ut manerent in aeternum.“

[14] et respondi ei et dixi: [15] „Antea dixi et nunc loquor et eadem loquar postea, quod multitudo eorum, qui pereunt, multum superat numerum eorum, qui salvati sunt, [16] sicut aqua profunda guttas pluviae.“ et dixit mihi: [17] „Omnis terra est conveniens mensurae seminis eius, et sicut species bonorum ramorum, sic est flos, qui prodit inde, et conveniens operibus uniuscuiusque, sic erit iudicium, et conveniens signis campi, sic erit mensura areae. [18] nam id, quod in illo saeculo est, plus est, quam quod in praesenti heic paratum

---

11. 12. c. St., and they who have declined from my law, that they might have liberty, and i used mercy towards them, as long as the gate of repentance was open to them in its time: but they did not understand nor consider, that they might return; but this people turned aside and deviated and did not obey in their hearts. wherefore, after they are dead, when they are in torment, into which they shall be cast, they must of necessity understand, who it is, that they have rejected O. — 13. ne examines neve multum scruteris c. St., be not thou too courious and inquisitive O. — saeculum (bis), الدهر, the world O. —

16. guttas c. St., a drop O. — 17. sicut species c. St., according to the kind O. — flos sec. Steineri emendationem, the world O. — iudicium. κρίσις pro κτίσις. — 18. c. St., for they, that shall be in this age, are more, than those which are numbered here. fore it was prepared for those, that belong to the world to come, which are to be in it without any persons hindring them. O. —

est; nam iis, qui in futuro saeculo erunt, paratum est, ut in
eo sint, nemine impediente. [19] nam illud saeculum non est,
sicut hoc praesens, temporale, saeculare, sed permanens,
in quo est bonum et habitationes, quae non possunt com-
prehendi. sed quod attinet populum huius aetatis, corruperunt
vias suas malis operibus. [20] et cum viderem hanc aetatem
tendentem ad destructionem cum mundo, et quod periclita-
tur propter opera, quae in ea facta sunt, [21] propitius fui in
dolore meo et servavi mihi ipsi semen uvae et ramum ar-
boris e magna silva. [22] et destruam multitudinem, quae
ambulavit in vanitate, et servabo mihi ipsi in peculium hoc
semen et hunc magnum ramum arboris, quem constitui mihi
ipsi cum multo labore. [23] et tu, si perseverabis ieiunans VII
alios dies [24] et ibis in campum viride plenum floribus
odoris, in locum, ubi domus non est aedificata, et nihil
edes praeter haec viridia herbasque odoris acerbi et carnem
non gustabis neque vinum bibes, sed solas bonas herbas,
[25] et supplicabis Altissimo serio: tum veniam et colloquar
tecum."

IV.

[26] Tum ivi in campum, sicut iussus eram, in locum,
qui vocatus est Araat, et sedi ibi inter flores et edi herbas
campi, et nutrimentum earum suffecit mihi. [27] et post VII
dies, cum recumberem super frumentum, cor meum sollici-
tum erat, sicut initio. [28] et aperui os meum et coepi loqui
coram Altissimo dicens: [29] „Domine, nonne apparuisti mani-
festo patribus nostris in deserto, quando exierunt e terra
Aegypti et ingressi sunt desertum, vastum locum, ubi nemo
ambulat, et ubi neque aqua neque fructus erat? [30] et locu-
tus es hoc modo: „Audi me," dicens, „Israel, et intellege
verbum meum, semen Jacobi. [31] ecce, plantabo legem meam

---

19. saeculum. الدهر, the world O. — 21. propitius fui in dolore meo c. St., i looked in mercy O.

29. ambulat c. St., travelled O. —

in vobis, ut crescat et fructum faciat in vobis, et glorificabimini eo in aeternum.“ [32]quod ergo patres nostros attinet, acceperunt praeceptum et non servaverunt id neque meditati sunt scientiam legitimorum tuorum mandatorum. sed quod fructum attinet, qui est in lege, non cecidit in solum, quia impossibile est, eum cadere omnino, nam existentiam habet a te. [33]et quod eos attinet, qui eam acceperunt, perierunt, quia eam non observaverunt. [34]et ecce nunc, quomodo terra facta est semini, quod prodit ex ea, et mare navibus, quae praetereunt super id, et vasa escae et potui, [35]et si quid, quod plantatum aut seminatum est, deletum est, manent ii, qui id servaverunt et curaverunt, firmi et in existentia, quod autem nos attinet, res ita se non habet. [36]nam nos, qui accepimus praeceptum et peccavimus, perimus una cum cordibus nostris, quae id susceperunt. [37]sed quod legem attinet, non perit, sed manet in suo honore.“

[38]et quum loquerer in corde meo, elevavi oculos meos et vidi mulierem ad dextram meam, quae lugebat et vehementer flebat, et anima eius erat plena dolore, et vestes eius scissae erant, et cinis super capite eius, [39]et permansi in cogitationibus, quas cogitabam in corde meo. tum converti faciem meam ad eam et dixi ei: [40]„Quid facit te flere? et quid agis in hac lamentatione?“ et dixit mihi: [41]„Domine, sine me flere pro me ipsa sola et duplicare lamentationem meam propter dolorem cordis mei. nam cor meum plenum amaritudine ipsum exaestuavit, et perveni ad submissionem et humilitatem multam.“ [42]et dixi ei: „Quid tibi accidit?“ [43]dixit: „Ego famula tua sterilis fui et non habui infantem et habitavi apud maritum meum XXX annos. [44]et exoravi Altissimum quotidie per spatium horum XXX annorum, ut daret fructum matrici meae. [45]et impletis XXX

39. et permansi c. St. („und ich blieb noch“), and i afterwards remained O. — 40. et quid agis (was hast du) in hac lamentatione (warum klagst du denn?) c. St., and what is thy condition in this lamentation O. — 41. perveni ad submissionem c. St., i have had affliction O. —

annis exaudivit dominus ancillam suam et attendit humilitatem meam et se convertit ad miseriam meam et dedit mihi filium. et gavisa sum eo super modum, eodem modo maritus meus et omnes vicini mei, et glorificavimus omnipotentem deum. [46]et enutrivi eum cum magna molestia. [47]et cum adolevisset et pervenisset ad plenam suam staturam, duxi ei uxorem et feci ei diem festum. X. [1]et ecce filius meus cum veniret in thalamum suum et cubiculum, procidit subito et mortuus est. [2]et lumen nostrum conversum est in tenebras, cum extinctum est, et omnes vicini mei surrexerunt et venerunt ad me et coeperunt colloqui mecum et consolari me per totam noctem usque ad mane. [3]et omnino oppressa eram moerore et surrexi nocte et fugi et veni in hunc campum, hunc vastum locum, ubi me vides. [4]et cogito apud me ipsam non rursus reverti in civitatem meam, sed hic manere et neque edere neque bibere, sed perpetuo lugere et ieiunare, donec moriar.“ [5]tum seposui cogitationes, quas meditatus sum apud me ipsum, et respondi ei cum indignatione dicens: [6]„Extra ordinem stulta es super omnes mulieres. nonne vidisti moerorem nostrum et quae nobis acciderunt? [7]quoniam mater nostrum omnium, quae est Sion, est in dolore et moerore cordis et in afflictione, nam despecta est valde et contempta. [8]et nunc lamentari oportet, sed non lamentatio tua, sed lamentatio et moeror decet nos. nam dolor cordis tui versatur in solo uno filio. [9]interroga ergo terram et dicet tibi, quod non decet moerere nisi propter has multitudines, quae super ea sunt. [10]nam ab initio omnes erant super ea, et ex ea provenient, qui postea nascentur. et ecce vadunt ad exterminium, nam plerique occupati sunt vanis rebus. [11]itaque vides, quod magis oportet lugere propter has multitudines, quae pereunt, quam propter unum filium, quem habuisti, propter quem contristaris. [12]si

---

X, 1. et ecce filium meum, cum c. St., now when my son O. — 2. cum c. St., in that O. — 6. vidisti c. St., seest thou O. — 9. non decet moerere nisi c. St., it is fitter to grieve O. — 11. itaque vides c. St., dost thou see ...? O. —

ergo dicis: Moeror meus non est similis moerori terrae, quo-
niam hic est fructus ventris mei proprius, quem peperi cum
magno dolore et moerore, et periit, 13 quod autem terram
attinet, perseverat in cursu quietis, et multitudo, quae est
super ea, praeterit, sicut antea factum est, — ego tibi dico:
14 sicut produxisti in moerore et dolore, eodem modo terra
dedit fructum suum, id est hominem, semper ab initio ei,
qui creavit eum. 15 nunc ergo contine te ipsam a dolore
cordis et retine et suscipe forti animo hoc malum et iudi-
cium, quod tibi accidit. 16 nam si suscipis, quod Deus de-
terminavit, accipies filium tuum certo tempore et collauda-
beris inter mulieres. 17 vade ergo in civitatem ad maritum
tuum.“ et dixit ad me: 18 „Non possum hoc facere neque
vadam in civitatem ad maritum meum, sed hic moriar hoc
loco.“ tum perrexi porro loqui ad eam et dixi: 20 „Ne hoc
facias, sed consolare cor tuum calamitate Sionis et sume
exemplum de doloribus Hierosolymorum. 21 nam ecce vides
locum puritatis nostrae, et sanctum templum cecidit et red-
ditum est desertum et vastum, 22 et altare nostrum prostra-
tum est, et hymni nostri extincti sunt et cessaverunt, et
gloria nostra abiit, et lumen, quod nobis positum erat super
candelabro, extinctum est, et arca foederis remota est in
praeda. et profanarunt sanctuarium et nomen Altissimi simi-
liter, quo nominati eramus, contaminaverunt et oppresserunt
iura libertatis nostrae et contaminaverunt Levitas sacerdotes,
et virgines nostras vitiaverunt et oppresserunt mulieres nostras
vi. abripuerunt iustos nostros viros et servos reddiderunt iu-
venes nostros et praedam fecerunt e parvulis nostris. 23 et
quod maius est his omnibus, quod sub pedes conculcaverunt
sigillum, quod est in Sione, et privaverunt gloria, quam
habuit, et traditum est in manus eorum, qui nos oderunt.
24 nunc ergo depone a te nimietatem doloris et abiice a te
magnitudinem moeroris, ut Altissimus te accipiat et levet fra-
cturam sollicitudinis cordis.“

---

22. hymni nostri c. St., our lamps O. —

25 et cum haec loquerer ad eam, facies eius subito fulsit
valde, sicut fulgur apparens, ita ut expavescerem appropin-
quare ad eam, et cor meum immodice attonitum erat, et
perrexi reputare apud me ipsum, quid hoc esset, 26 cum
subito exclamaret magna terribili voce, ita ut terra commo-
veretur propter illam vocem. 27 et non iam apparuit mihi
sicut mulier, sed sicut magna civitas aedificata et cum am-
pla habitatione, quae fundamenta habebat. et restiti in magno
timore et clamavi clarissima voce: 28 „Ubi est Uriel angelus,
qui principio venit ad me? nam is est, qui me adduxit in
hunc locum, ubi haec ingens perturbatio facta est, ita ut
finis meus prope sit destructioni, et scientia mea vana
reddita.“

29 et cum haec loquerer, venit angelus, qui principio
venit ad me, et cum videret me, 30 procidi sicut mortuus, et
intellectus meus alienatus erat. prehendit dextram meam et
confortavit me et statuit me super pedes meos et dixit mihi:
31 „Quare conturbatus es? et quare intellectus tuus alienatus
est et cogitationes mentis cordis tui?“ et dixi ei: 32 „Quo-
niam dereliquisti me, et tamen feci secundum verbum tuum
et sedi hic in hoc campo, et ecce ostensum est mihi, quod
non sum capax explanare.“ et dixit ad me: 33 „Sta sicut for-
tis vir et attende intellectu tuo.“ et dixi ei: 34 „Loquere,
domine mi. tantummodo ne me derelinquas, ne moriar ante
tempus. 35 quoniam vidi quae nunquam vidi sicut antea, et
audivi, quae nunquam audivi antea in intellectu meo, 36 et
anima mea non est capax ferre. 37 nunc ergo rogo ego ser-
vus tuus te, ut demonstres mihi significationem huius secreti.“
et respondit mihi dicens: 38 „Audi, ut certiorem te faciam

28. haec ingens perturbatio c. St. (diese grosse Bestürzung), this marvellous thing O. — finis meus c. ar.[1] (cf. lat. syr. ae.), corrigere voluerunt Ewaldus et St. — scientia. εἴδησις pro αἴτησις. —

31. cogitationes mentis cordis tui c. St. (die Gedanken des Verstandes deines Herzens), the thoughts of what is known in thy heart O. — 32. ostensum est mihi c. St., i have seen O. — 38. ut certiorem te faciam et doceam c. St., whilst i theach thee and make thee understand O. —

et doceam te ea, quae interrogas, et de quibus anxiaris. nam
Altissimus revelavit tibi magnum mysterium. 39 vidit enim
sinceritatem cordis tui, et quod cor tuum dolore affectum
est, et anima tua vexata propter populum suum, et fles
propter Sionem. 40 haec est significatio mulieris, quae tibi
postremo apparuit. 41 et vidisti eam flentem et collocutus es
cum ea, 42 et erat sicut mulier, sed non est naturalis mulier,
sed civitas apparuit subito, stans, aedificata. 43 et collocuta
est tecum de morte filii sui. haec est descriptio eius: 44 mu-
lier, quam vidisti, est Sion, quae aedificata est sicut civitas.
45 et quod tibi dixit: Sterilis mansi XXX annis, hoc est,
quoniam huic aetati erant MMM anni, in quibus non erant
oblata in ea sacrificia et oblationes. 46 et post hos MMM an-
nos aedificavit Salomo civitatem et templum et obtulit ibi
holocausta et oblationes. hoc tempore peperit haec sterilis
mulier filium suum. 47 et secundum quod tibi dixit: „Enu-
trivi eum cum labore et molestiis“, sic erat in aedificatione
Hierosolymorum. 48 et secundum quod tibi dixit: „Filius
meus venit in cubiculum suum et procidit subito et mortuus
est,“ quae magna ei erat calamitas, haec est vastatio et de-
structio Hierosolymorum. 49 itaque vidisti figuram eius, et
quomodo deflebat filium suum, et coepisti loqui de omnibus,
quae ei acciderunt. 50 et cum Altissimus vidisset, quod do-
lore affectus eras in anima tua, et quod cor tuum vexatum
erat valde propter eam, ostendit tibi magnitudinem splendoris
gloriae eius et decus pulchritudinis eius. 51 propterea dixi
tibi, ut maneres in hoc campo, in loco, ubi nulla domus
erat aedificata. 52 quoniam Altissimus scivit, se tibi ostensu-
rum esse haec omnia. 53 propterea iussi te venire in hunc
fundum, in locum, ubi non erat fundamentum aedificatum.
neque potest aedificium operis humanarum manuum stare in

39. dolore affectum est c. St., is troubled O. — 49. itaque vidisti figuram eius c. St., and whereas thou sawest her likeness O. — 50. et cum c. St., when O. — 53. aedificatum c. St., of building O. — 54. et genus (and the sort, نوع). Steinerus coniecit نور, lux, splendor, et contulit v. 55. — suae c. St., om. O. —

loco, ubi dominus tibi ostensurus erat miracula et genus civitatis suae. [55] et quod te attinet, ne timeas, neve cor tuum infirmetur, sed ambula et ingredere plateas eius et vide dispositionem eius et amplitudinem circuitus eius, et quid genus aedificiorum sit, quantum oculus tuus capax est videre. [56] et similiter, quod auditum attinet, audies, quantum auditus aurium tuarum capere potest. [57] nam tu beatus es prae multis, et nomen tuum notum est apud Altissimum, sicut parvorum infantium. [58] et mane hic nocte, quae est post diem crastinum. [59] et Altissimus tibi ostendet visionem adspectus de iis, quae faciet in novissimis diebus.

V.

[60] Et cum ibi dormissem hac nocte, sicut mihi mandavit, XI. [1] secunda nocte vidi in somnio, et ascendit e mari aquila habens XII alas et tria capita. [2] tum vidi alas eius, et cito volaverunt simul super faciem totius terrae, et venti coeli sufflaverunt in eam, et nubes coeli venerunt ad eam. [3] et vidi, et ecce, provenerunt ex alis eius parvae alae. et hae aliae factae sunt tenues et subtiles alae. [4] et capita eius erant silentia neque loquebantur, et caput, quod in medio erat, maius erat omnibus capitibus, et eodem modo silens erat cum iis. [5] et vidi, et ecce alae aquilae volaverunt, et regnavit super terram et omnes, qui in ea sunt. [6] et vidi, donec omnia, quae sub coelo erant, ei subiecta erant, neque quidquam, quod creatum erat, stare poterat contra eam. [7] et vidi aquilam, et ecce stetit super ungues suos et clamavit

56. audies vel audi St., hear O. — 57. sicut parvorum infantium = καθὼς καὶ ὀλίγοι. —

XI, 1. in somnio (vel: visione) c. St., in the visions O. — 2. volaverunt c. St., were spread O. — 3. tenues et subtiles c. St., little and small O. — 4. omnibus capitibus. τῶν ὅλων κεφαλῶν pro τῶν ἄλλων κεφαλῶν. — 5. et vidi c. St., and i said O. — alae aquilae c. St. (qui من e seqq. huc venisse censuit), de alis aquilae, i. e. nonnullae alae aquilae ar.[1], the eagle flew with its wings O. — 6. donec. ἕως pro πῶς. —

voce contra alas suas dicens: 8 „Fortasse omnes desiderabitis
vigilare et vigilias agere eodem tempore. sed unaquaeque
vestrum dormiat in loco suo, et temporibus exibit et stationem
habebit et vigilabit. 9 et quod capita attinet, stationem habe-
bunt ad ultimum.“ 10 et vidi, quod vox aquilae non prodiit
e capite eius, sed e medio eius. 11 et computavi numerum
subtilium alarum eius, et erant VIII. 12 et vidi, et ecce una
ex alis, quae a dextera parte erat, surrexit et exiit et circum-
iit faciem totius terrae. 13 et postquam circumvenit, venit
finis eius, et interiit, ita ut ne vestigium quidem eius appa-
reret. tum surrexit secunda et exiit, et haec altera regnavit
multum tempus. 14 et cum venisset tempus finis eius, ut
interiret, sicut prima, 15 ecce venit vox ad eam dicens:
16 „Quae regnavit super terram tantum tempus, ecce refero
tibi, quod post destructionem tuam 17 non erit post te una
regnatura tantum tempus, sed dimidium eius.“ 18 tum surrexit
tertia, et haec alia facta est rex et regnavit, sicut duo, quae
antecesserunt, eodem modo interiit. 19 eodem modo surrexe-
runt reliquae alae, una post aliam, ab initio uniuscuiusque
earum usque ad finem eius. 20 et vidi, ecce tempus venit,
quod alae surrexerunt et steterunt, ut conderent principatus.
et una ex iis regnavit et tum interiit. 21 et altera surrexit,
sed non regnavit neque principatum exercuit. 22 et vidi po-
stea, et ecce XII alae evanuerunt et duae ex alis, quae sur-
rexerunt. 23 et tum nihil restitit de sceleto aquilae, nisi tria
capita et VI parvae alae, quae exierunt et se elevaverunt de
XII alis. 24 et conspexi et vidi, et ecce duae ex his parvis
alis se separaverunt a dextera parte capitis, et IV aliae par-
vae surrexerunt sursum. 25 et cum surgerent, obtinuerunt
principatus. 26 et vidi unam ex iis, cum surrexit, cito in-
teriit. 27 et eodem modo secunda cito interiit, sicut prima.

---

8. Fortasse. Μὴ interrogative. — 11. subtilium c. St., small O. — 17. sed dimidium eius. om. οὐδέ. — 18. et haec alia facta est rex et regnavit, sicut duo, quae antecesserunt c. St., and this last head, like the other two, that were gone O. — 21. altera c. St., the other O. —

[28]et conspexi duas, quae reliquae erant, et ecce iratae erant
et coeperunt sursum conspicere. [29]et ecce unum e capiti-
bus silentibus, quod erat in medio, conspexit sursum et
maius erat duobus ceteris capitibus. [30]et vidi, quod cum
loqueretur cum duobus ceteris capitibus, haec se inclinaverunt.
[31]et in latus se flexerunt ea duo et aliud, quod erat cum
duobus. et ea duo comederunt duas parvas alas, quae iratae
erant propter principatum. [32]et hoc caput dominatum est
in totam terram et punivit eos, qui super ea erant, multa
molestia et tribulatione et oppressione et increvit vehementer
super omnem orbem terrarum, magis quam hae parvae alae
quae fuerunt. [33]et vidi eodem modo, quod hoc magnum
caput interiit, sicut omnes alae. [34]et duo alia capita reliqua
erant, et haec duo coeperunt dominari in totam terram. [35]et
vidi, caput, quod erat ad dexteram partem, comedit id, quod
erat ad sinistram partem. [36]et audivi vocem dicentem mihi:
„Conspice ante te et cognosce quod vides.“ [37]et conspexi, et
ecce sicut leo surrexit et venit e deserto quaerens et rugiens.
et conspexi, et edidit vocem hominis adversus aquilam et di-
xit mihi dicens: [38]„Audi, ut loquar ad te. haec dicit Altissi-
mus: [39]Nonne tu es id, quod reliquum erat e IV animalibus,
quae creavi ab initio saeculi, ut per ea finis temporum ve-
niret? [40]et tu es quartum, quod venisti et devicisti anima-
lia, quae praeterierunt et antea fuerunt, et potestatem habuisti
huius praesentis saeculi cum molestiis universaliter. magna
oppressione oppressisti orbem terrarum per omne hoc tempus
dolo et fraude. [41]et iudicasti terram non cum veritate.
[42]privasti tranquillos et praedam fecisti de iis et punivisti
sinceros et odisti eos, qui ambulant in iustitia. dilexisti men-
daces et destruxisti arces perfectorum et in contemptionem
adduxisti eos, qui tibi non repugnaverunt. [43]et exsecratio
tua ascendit ad Altissimum, et superbia tua pervenit ad Omni-

---

28. iratae erant (cf. v. 31). ὠργίζοντο pro ἐλογίζοντο. — 28. quod erat c St., which were O. — 31. in latus se flexerunt c. St., were tourned about O. — 39. saeculi c. St., the world O. — per ea c. St., in them O. — 42. tranquillos c. St., the meek O. —

potentem. [44]et Altissimus respexit tempora sua et invenit,
quod finita sunt, et aetatem suam, quod ad finem pervenit.
[45]propterea interibis cum destructione, o aquila, et terribiles
tuae alae et reliquae tuae parvae impiae alae et rebellia tua
capita et molesti tui ungues et totum corpus tuum impium,
[46]ut terra quietem inveniat et vitam et requiem et allevetur
ab onere tuo et liberetur ab iniustitia tua, et conspiciet de-
terminationem iudicii et misericordiam, quam ei praestiti."
XII. [1]et cum leo finisset omnem hunc sermonem ad aquilam,
[2]interiit hoc aliud caput, quod reliquum erat, et duae par-
vae, quae pertinebant ad caput, quod se convertit, se eleva-
verunt, ut dominarentur, sed dominatus eorum conversus est
ad destructionem et extremum perturbationis et commotionis.
[3]tum vidi, quod hae aliae interierunt, et quod totum corpus
aquilae incensum est. et terra super modum attonita erat de
talibus rebus.

et ego similiter evigilavi prae magno attonitu et tre-
more et magno timore. et dixi in spiritu meo: [4]„Ecce,
ostenderunt mihi haec, ut scrutarer et diligentius inquirerem
vias Altissimi. [5]et ecce, cor meum abiit, et spiritus meus
fatigatus erat in me valde multum, et non erat reliqua in
me ulla vis propter hanc magnam defatigationem timore ple-
nam, quae mihi accidit hac nocte. [6]et nunc oro Altissimum,
ut me confortet in finem." [7]tum dixi: „Domine mi, domine,
si inveni gratiam in tuo conspectu, et si me honorasti magis,
quam dignus eram, et me exaltasti valde multum super men-
suram meam, et si oratio mea ascendit ad te: [8]conforta me
et ostende mihi interpretationem huius terribilis visionis, ut
plene consoleris animam meam. [9]et dignum me habe, cui
ostendas finem temporum et novissima tempora."

---

44. et aetatem suam, quod ad finem pervenit c. St., and his age is at an end O. — 46. quietem c. St., consolation O. — XII, 2. quod se convertit c. St., which went about O. — 5. abiit St. probavit, qui antea praetulit: evanuit. — fatigatus erat c. St., laboured O. — 7. super mensuram meam c. St., strenghten my power O. — 8. huius terribilis visionis c. St., of the dreadful visions O. — 9. et apparuit mihi c. St., explain thou to me O. —

et apparuit mihi et dixit mihi: [10] „Haec est interpretatio
et explicatio visionis, quam vidisti. [11] aquila, quam vidisti
ascendentem de mari, hoc est quartum regnum, quod frater
tuus Daniel propheta vidit, [12] sed res ei non erant interpre-
tatae, sicut eas tibi nunc interpretabor. [13] nam ecce dies
venient, in quibus regnum surget super terra, et erit terri-
bile, magis quam omnia regna, quae fuerunt ante id. [14] et
ex eo surgent XII reges, primus et post eum secundus. [15] et
secundus regnabit longum tempus, plus quam XII. [16] et
haec est significatio interpretationis XII alarum, quas vidisti
pertinentes ad aquilam. [17] et eodem modo vidisti vocem eius,
quod non est locuta de capite suo, sed de medio laterum
suorum. [18] haec est interpretatio sermonis: ecce in tempore
huius regni erit perturbatio et commotio et non modica di-
visio, et patietur malum et erit in angustiis ad ipsum termi-
num cadendi, sed non cadet hoc tempore, sed revertetur ad
priorem principatum suum. [19] tum vidisti, quod aliae VIII
alae surrexerunt de alis aquilae. [20] haec est significatio: sur-
gent VIII reges, quorum dies erunt leves et constantes et
quieti, et tempora eorum determinata, et duo ex iis interi-
bunt, [20] appropinquante tempore eorum, et IV servabuntur
usque ad tempus, in quo eodem modo accipient impletionem
suam, et duo servabuntur usque ad ultimum. [22] eodem modo
ostensa tibi sunt tria capita, quae erant in silentio et requie.
haec est interpretatio eorum: in ultimo fine impletionis eo-
rum Altissimus suscitabit tres reges, et in eorum diebus erit
multa turbatio multaeque rerum innovationes. et prement ter-
ram, [24] et qui in ea sunt, magnitudine iniustitiae et oppres-
sionis et malorum dolorum, magis quam ii, qui ante eos
fuerunt. propterea vocati sunt capita aquilae, [25] quoniam erant
capita ad finiendam omnem impietatem et ad absolvenda omnia
peccata eorum impietatesque et ad implendum ultimum finem

18. ad ipsum terminum cadendi c. St., even to the extremity of falling O. — 22. ostensa tibi sunt c. St., thou sawest O. — silentio c. St., quiet O. — 24. dolorum c. St., punishments O. —

eorum. [26] et sicut vidisti destructionem capitis, quod maxi-
mum erat eorum: unus ex eis morietur super lecto suo et
tormentis punietur. [27] et ceteri duo, qui relinquuntur, interi-
bunt gladio, [28] et is ad ultimum in gladium cadet. [29] eodem
modo, quoniam vidisti, duas parvas alas se elevasse sursum
de dextero latere capitis: [30] haec est explicatio significationis,
scilicet quod Altissimus eas servabit usque ad ultimum finem,
qui erant ab initio in extremo destructionis. et totus finis
respondet initio, [31] sicut vidisti. et leo, quem vidisti venien-
tem e deserto et rugientem et loquentem ad aquilam et ar-
guentem eam propter iniustitiam oppressionis eius, et omnis
sermo, quem dixit ei, sicut audivisti: [32] hic est [prophetia
de domino Messia] is, quem Altissimus servavit et fecit re-
linqui ad ultima tempora, qui surget e semine Davidis et
veniet et colloquetur iis de impietate, quam commiserunt, et
increpabit eos propter peccata et iniustitiam eorum et cogno-
scere faciet eos insipientiam eorum. [33] et ante omnia haec
statuet eos coram iudicio suo vivos, et cum eos vituperabit,
interibunt. [34] et reliquus populus salvabitur misericordia et
miseratione. et ii, qui salvabuntur, erunt in monte sanctita-
tis meae, gaudentes, donec perfectio iudicii, de quo tibi
dixi antea, veniet. [35] haec est visio, quam vidisti, et haec
est significatio interpretationis eius. [36] et tu solus visus es
dignus esse secretis Altissimi. [37] scribe primo omnia quae
vidisti in libro et pone ea in loco secreto. [38] et ostende haec
sapientibus et intellegentibus viris populi tui, quos scis ea
recepturos esse in cordibus eorum et servaturos hoc my-
sterium. [39] sed quod te attinet, mane hic VII alios dies,
ut Altissimus tibi ostendat, quae te docere vult." tum
abiit a me.

---

26. sicut c. St., whereas O. — et tormentis punietur c. Steinero (qui textum emendavit), and afterwards shall be punished O. — 28. c. Steinero, om. O. — 34. in monte. ἐν ὄρει pro ἐν ὁρίοις, cf. IX, 8. XIII, 48. — 36. pone ea vel: pone eum sec. St. — 38. haec c. St., it O. —

40 et cum omnis populus audisset, quod VII dies prae-
terierint, et ego non intrarem ad civitatem, congregaverunt
se ipsos omnes una a minimo usque ad maximum et vene-
runt ad me et dixerunt mihi: 41 „Qua in re te offendimus,
et quid tibi mali fecimus, ut nos dereliqueris et hic conse-
deris, 42 cum tu sis is, qui nobis relictus est ex omnibus
prophetis, sicut uva e reliquiis vindemiae, et sicut lucerna
in loco obscuro, et sicut portus securitatis navi agitatae in
profundo? 43 aut quid nos satis defendet contra omnia mala,
quae nobis acciderunt? 44 si igitur tu quoque nos derelin-
quis, quid tum nobis eximium restat, nisi ut deberemus in-
cendio, quo Sion incensa est? 45 aut sumus meliores, quam
qui ibi mortui sunt?“ et flevi multis lacrimis et lamentatione.
et respondi ad eos dicens: 46 „Confortare, Israel, et ne cor
tuum contristetur, domus Jacobi! 47 nam memoria vestri est
coram Altissimo, et Omnipotens non est oblitus vestri, sed
vobis est expugnator victoriosus. 48 et ego similiter vos non
derelinquam, neque abibo a vobis, ea sola de causa veni
huc, ut orarem propter desolationem Sion et diligenter in-
quirerem finem eius et exitum vilitatis eius sanctique loci
simul. 49 nunc igitur eat unusquisque in domum suam, et
ego ad vos veniam post nonnullos dies.“ 50 itaque ivit po-
pulus in civitatem, sicut ei dixi. 51 et ego sedi in loco campi,
sicut iussus eram, et non edebam nisi viridia et herbas cum
floribus odoris, qui erant in campo, solus.

VI.

XIII. 1 Et post VII dies, cum dormirem nocte, 2 vidi,
et ecce ventus vehemens surrexit in mari, ita ut omnes

---

40. et ego non intrarem civitatem c. St., and i not returned into the city O. — 43. 44. c. St., what shall make us amends for all the evils, which have befallen us, if thou also leavest us? and what is left to us of excellency, but that etc. O. — 45. flevi. ἔκλαιον, quasi 1. sing. — 47. non est oblitus vestri c. St., will not forget you O. — 48. vilitatis c. St., affliction O. — 49. nonnullos c. St., certain O. — 50. ei dixi c. St., i bad them O. —

fluctus eo commoverentur. 3 et vidi, quod hic ventus surrexit
e medio mari, sicut persona hominis. tum vidi hunc homi-
nem volantem cum nubibus coeli. et quocunque vertit vultum
suum, omnis, quem conspexit, tremebat, 4 et in quemcunque
locum vox eius pervenit, commovebatur et tremebat, et loca
liquescebant propter vocem oris eius, sicut cera liquescit,
quando sentit ardorem ignis. 5 et posthaec vidi, quomodo
IV venti coeli omnes homines, quorum numerus computari
nequit, propulerunt, ut pugnarent cum homine, qui ascendit
de medio mari. 6 et vidi, quod fecit sibi ipsi magnum mon-
tem et ivit in cacumen eius. 7 et quaesivi videre locum, unde
fecerit hunc montem, et non potui. 8 et postea vidi, quod
ii, qui congregati erant una, ut pugnarent cum eo, timebant
eum valde, et tamen audebant pugnare. 9 quod illum attinet,
cum vidisset incrementum multitudinis venientis, non elevavit
manum suam neque cepit gladium neque ullum vas belli-
cosum, sed tantummodo vidi, 10 quod cum sustulisset vocem
suam, exiit de ore eius sicut flamma ignis cum vento cir-
cumeunte, et ardens flamma de labiis eius, et iaciebat scin-
tillas tempestatis de lingua sua. et totus locus turbatus erat
propter undas ignis et ardentem ventum et multitudinem
scintillarum. 11 et haec multitudo, quae congregata erat una,
quae se ipsam paraverat ad bellum, cecidit et extincta est;
et omnes incensi erant subito, ita ut ne unus quidem ex hac
innumerabili multitudine relictus sit, nisi solummodo pulvis
et cinis et fumus, qui spiravit. 12 tum post haec vidi, dum
dormiebam, hunc virum descendentem de coelo. et tum con-
gregata est ad eum magna multitudo et fecit pacem et con-

XIII, 4. loca c. St., several places O. — 5. c. St., and i saw after this four winds of heaven; and lo! all mankind, whose number is not to be reckoned, were gathered together to make war with this man, who ascended from the midst of the sea O. — 9. incrementum multitudinis venientis c. St., the multitude of the people which came O. — 12. dum dormiebam c. Ewaldo et Steinero, as i was standing O. —

cordiam cum iis, qui in pace erant, [13]qui venerunt ad eum. et nonnulli ex iis erant in mala conditione, et alii in bona, cum venerunt ad eum; et nonnulli erant laeti, et alii ligati vinculis. etiam alios in variis conditionibus versantes attulerunt ad eum.

quod me ipsum attinet, expergefactus sum e somno magnitudine stuporis et demissi animi et vehementia timoris et oravi Altissimum dicens: [14]„Tu, domine, dedisti intellectum servo tuo ab initio, ut cognosceret omnia haec miracula, et dignum me habuisti, ut susciperes precationem meam. [15]nunc igitur revela mihi interpretationem visionis. [16]nam cogito in corde meo et dico: vae iis, qui relicti erunt in his diebus, et multo magis vae iis, qui non erunt relicti! [17]nam qui non sunt relicti, eorum corda erant sollicita, [18]quia cognoscunt, quae in novissimis diebus, ad quos non perveniunt, futura sint. propterea [19]vae erit iis. nam videbunt multas molestias et res adversas, sicut apparuit hac visione. [20]quoniam poena et afflictio erunt sicut nubes huius saeculi, quam non potest effugere, qui sub ea est. sic erit in fine dierum.“ et respondit mihi dicens: [21]„Ostendam tibi interpretationem visionis et explicabo tibi ea quae dixisti, [22]quae attinent ea, quae dixisti de iis, qui relinquentur, et de iis, qui non relinquentur: [23]qui vadet in calamitates illius temporis et servabit se ipsum in difficultatibus, ita ut non cadat, hi sunt facientes bonum in fide et fidelitate erga Fortissimum, Altissimum. [24]cognosce igitur, quod, qui relicti erunt ad ulti-

---

13. etiam alios in variis conditionibus versantes attulerunt ad eum c. St., and other some brought those to him, whose works were various (i. e. partly good, partly bad) O. —

vehementia timoris c. St., vehement fear O. — 18. quia cognoscunt, quae in novissimis diebus, ad quos non perveniunt, futura sint c. St., because they did not know, what should be in the latter days, to which they did not reach O. — 19. molestias vel: difficultates c. St., troubles O. — 20. saeculi c. ar.[1], world O. — 23. in calamitates c. St., thro the difficulties O. — facientes bonum c. St., the workers of righteousness O. — 24. iis dabitur maior felicitas c. St., shall be given to them greater blessings O. —

mum finem, iis dabitur maior felicitas, quam iis, qui mortui sunt ante eos. [25] et quod interpretationem visionis attinet, haec est: vidisti virum ascendentem de medio mari. [26] hic est sermo de domino Messia. hic est is, quem Altissimus custodivit et conservavit longis temporibus, per quem liberabit creaturam suam. ille est, qui iudicabit et iudicium feret de omnibus, qui relicti erunt. [27] et vidisti, quod exiit de ore eius impetus venti, ignis et tempestas, [28] et quod non erat apud eum gladius neque vas bellicosum, et quod destruxit populum, qui venit bellaturus adversus eum, haec est significatio. [29] venient dies, quando Altissimus liberare vult eos, qui super terra sunt. [30] stupor erit et horror super terra, [31] et cogitabunt bellum, civitas surget adversus civitatem, et locus adversus locum, et natio adversus nationem, et regnum adversus regnum. [32] et cum haec venient ad transitum, et haec signa apparebunt, quae tibi ostendi antea, tum filius meus apparebit, quem vidisti ut virum ascendentem de medio mari. [33] et quando omnis populus audit vocem eius, omittit unusquisque verbum suum et bellum mutuum. [34] et congregabunt se una consentientes — dico multitudinem innumerabilem, sicut vidisti — et volent pugnare cum eo. [35] is autem stabit super capite montis sancti Sion. [36] et Sion veniet et perspicue apparebit unicuique aedificata et praeparata, sicut vidisti montem, unde excisus erat lapis sine manu. [37] et filius meus illas gentes increpabit propter impietatem eorum et vana opera eorum et ea proponet illis, illis ad . . . . et criminationem et iaciet eos in iudicium et poenam, qua pu-

---

32. apparebunt c. St., shall happen O. – 34. c. St., and gathered together by consent; that is the innumerable multitude (as thou sawest) and would make war with him O. — 35. autem c. St., om. O. — 36. sicut vidisti (praecedentibus coniungendum) c. St., (puncto praemisso) whereas thou sawest a mountain, from whence was cut a stone without any hand O. — 37. et filius (accuratius: puer) meus illas gentes increpabit c. St., and that my son reproved these people O. — et ea proponet illis, illis ad [terrorem?] et criminationem c. St., and set them before him to reprove them O. —

nientur in inferno [38] ad destructionem eorum, neque laborem habebit, quia ignis est ante eum. [39] tum vidisti eodem modo, quod vocavit, et congregaverunt se ad eum multitudines, et pacem constituit inter eos in consensu. [40] hae sunt IX et dimidia tribus, quas abduxerunt captivas in terram in diebus Sisarami, quas Salmanassar Asmavanassar rex Syriae abduxit captivas — et dicunt eum regem Mausil —. et fecit eos transgredi ripam magni fluminis et duxit eos singulos in terram et terminavit eam, ut secum soli essent. [41] itaque consuluerunt sibi unanimes una, ut non manerent diutius inter gentiles, sed proficiscerentur in longinquam, remotam terram, in locum, ubi nemo fuit omnino, [42] ut ibi observare possent leges, quas non observaverant in priori terra. [43] et locus, quo profecti sunt, erat horridus locus trans Euphratem fluvium. [44] et Altissimus fecit mirabilia opera cum eis, fontes perennes fecit eis fluere de fluvio, et fluens aqua fluxit sine intermissione in terram, quo profecti sunt. [45] et longinquitas viae ad hanc terram erat circiter iter unius anni et dimi-

---

38. neque laborem habebit (und er wird keine Mühe haben) c. St., neither did he take pains O. — 39. et congregaverunt se ad eum multitudines, et pacem constituit inter eos cum consensu c. St., and gathered to him the multitude and made them friends O. — 40. Asmavanassar (ipsum nomen Salm. depravatum) c. Ewaldo et Steinero, Asmouna was O. — et dicunt eum regem Mausil c. St., and he is called the king of Mausal O. — et fecit eos transgredi ripam magni fluminis (باكحر) c. St., and he carried them beyond the sea O. — et duxit eos singulos in terram et terminavit eam, ut secum soli essent c. Ewaldo et Steinero, qui ultima verba (ut secum soli essent) in finem v. 41 transponenda esse censuerunt. — 41. in longinquam, remotam terram (in ein fernes, abseits liegendes Land) c. St., to a far country, a place O. — 42. ut ibi observare possent c. St., that by this means they might keep there O. — 43. horridus locus trans Euphratem fluvium c. St., a narrow place cross the Euphrates O. — 44. de fluvio c. St., from the sea O. — et fluens aqua fluxit sine intermissione in terram c. St., and the running wather was instead of tillage to the land O. — 45. et Ararawin (vel Fararawin) c. Ewaldo et St., Kararâwin O. —

dii, et nomen regionis erat Acsarâri et Ararawin. [46]et tunc
manserunt ibi usque ad novissimos dies. et cum desiderarent
transire, [47]Altissimus retinuit hos fontes aquae pertinentes
ad fluvium, ut possent transire. propterea igitur vidisti hanc
multitudinem congregatam in pace et concordia. [48]et quod
eos attinet, qui relicti erunt de populo tuo, qui invenientur
in monte sanctitatis meae, [49]si perdidero multitudinem, quae
congregata erat una e gentibus, revertar et pugnabo pro po-
pulo [50]et ostendam eis maxima miracula."

[51]et dixi: „Domine, qui est sensus, quod vidi hunc
virum ascendentem e medio mari?" et dixit mihi: [52]„Sicut
nemo potest comprehendere aut perscrutari, ut forte cogno-
scat, quae in profundo maris sint, ita nemo potest super
terra videre mysterium filii mei, quoniam opera eius mirabilia
sunt, nisi in tempore dierum eius. [53]haec est interpretatio
visionis, quam vidisti. ideo lux est super te, ut tu solus
haec intellegas. [54]nam seposuisti a te, quae tua propria
sunt, et ipse totus incubuisti in ea, quae mea sunt, et se-
cutus es praecepta legis meae. [55]et gubernasti vitam tuam
intellectu et elegisti scientiam et invitasti ad te cognitionem.
[56]hac de causa ostendi tibi haec omnia. nam merces non
perit apud Altissimum. et post tres dies colloquar tecum de
aliis rebus et revelabo tibi postrema mysteria."

[57]tum profectus sum in hunc campum, ubi herbae
erant, et dabam magnum honorem Altissimo et laudabam eum
propter miracula, quae facit omnibus temporibus, [58]et quo-
modo ordinavit tempora et spatia temporis, quae praeterierunt,
et eodem modo, quae fuerunt in eis. tum sedi ibi tribus
diebus.

---

47. ad fluvium c. St., to the sea O. — ut possent transire c. St., qui ܝ delevit, hoc voc. etiam O. non vertit. — propterea igitur vidisti hanc multitudinem c. St., and as for thy seeing this people O. — 48. in monte (ὄρος pro ὅριον), cf. IX, 8. XII, 34. — 51. quod c. St., om. O. — 55. vitam tuam c. St., thy self O. — 56. postrema c. St., other O. —

58. ibi c. St., om. O. —

VII.

XIV. [1] Et cum quartus dies veniret, sedi sub arbore, et ecce vox exiit de dumo ante me dicens: „Ezra, Ezra.“ [2] et dixi: „Ecce.“ tum attonitus sum et surrexi. et dixit ad me: [3] „Ego sum, qui apparuit in virgulto et locutus est ad Mosem, cum populus serviebat in Aegypto. [4] et misi eum, ut populum educeret ex Aegypto, et eduxi eum e deserto. tum adduxi eum super montem Sinai et operui eum nube multis diebus [5] et ostendi ei magna miracula et feci eum cognoscere mysteria temporum et revelavi ei ultimum finem temporis spatiorum. et dedi ei praecepta et instruxi eum in verbo, quod deberet publicare, et in eo, quod deberet occultare et non publicare. [7] et ecce docebo te [8] signa, de quibus locutus sum ad te in visione, quam vidisti, et conserva tu interpretationem, quam audivisti, in corde tuo. [9] nam sustolleris a societate hominum et vives cum filio meo et cum similibus tibi, donec tempora spatiorum temporis finita erunt. [10] et quod hanc aetatem attinet, iuventus eius praeteriit et pulchritudo novitatis eius, et tempus senectutis eius appropinquavit. [11] et maxima pars annorum eius praeteriit, [12] et reliqui sunt valde pauci. [13] nunc igitur admone et dirige liberos tuos et hortare populum tuum et confirma et conforta infirmos, qui inter eos sunt, et doce sapientes viros, qui inter eos sunt, et abiice vitam huius corruptibilis saeculi. [14] et sepone perniciosas cogitationes et imaginationes et abiice a te vinculum molestumque onus humanitatis et sepone infirmitatem huius naturae, quae plena est doloribus et morbis et tenebris nigris, et plena est molesta deliberatione, et festina removeri ex hoc saeculo, [15] quod nunc vides. [16] id enim omne est imaginatio et vanitas, et his deteriora producentur. oportet enim hoc saeculum dissolvi et senescere,

---

XIV, 5. revelavi c. St., (i) declared O. — 14. nigris, obscuris c. St., which* causeth trouble O. — 16. dissolvi c. St. (emendavit), to decline O. — mala increscent c. St., wickedness shall be multiplied O. —

et mala increscent super inhabitantes terram. [18]et veritas
infirmabitur et minuetur, et mendacium appropinquabit, et
tempus aquilae, quam vidisti in visione, festinat.“

[18]et dixi ei: „Ecce, loquar coram te, domine, [19]et
abibo, sicut mihi praecepisti, et docebo populum praesentem
mecum. eos autem, qui erunt post me, quis instituet in re-
ctam viam instructionis? [20]tenebrae enim positae sunt super
hoc saeculo, et defectus luminis iis, qui in eo sunt. [21]nam
legem tuam incenderunt igne; neque quisquam est, qui co-
gnoscat res, qnae erant a te, neque res, quae futurae sunt.
[22]itaque, si gratiam inveni coram te, iniice in cor meum
spiritum sanctum, ut scribam res, quae erant ab initio huius
saeculi, et quae scripta erant in lege tua, ut homines inve-
niant vias tuas, et qui desiderant alteram vitam, ambulent
in tuis praeceptis.“ [23]et respondit mihi dicens: „Vade et
congrega populum una et manda eis, ne quaerant te usque
ad finem XL dierum. [24]et praeparent tibi magnam multitu-
dinem tabularum et sume tecum Saranum et Dirinum et
Limiyanum et Pharanum et Asielem. hi V se praeparent et
scribant diligenter. [25]tum huc venias et incendam lumen
intellectus in corde tuo, quod non extinguetur, donec finita
erunt, quae parata sunt tibi ad scribendum. [26]et si ea fini-
veris, ostende aliqua iis, qui digni sunt, et reliqua occulta.
et cras hoc tempore incipies scribere.“

[27]et profectus sum, sicut mihi praecepit, et convocavi
populum et locutus sum ad eos dicens: [28]„Audi, Israel,
haec verba, [29]vos, quorum patres peregrini erant in terra
Aegypti! et tum liberati sunt ex hoc loco [30]et acceperunt
legem vitae et non observavernnt, et vos eodem modo trans-
gressi estis contra eum, [31]qui nobis dedit terram in haere-
ditatem. et commisistis iniustitiam cum patribus vestris et
non observastis vias, quas iussi eratis. [32]quia Altissimus

---

25. quae parata sunt c. St., which thou hast prepared O. —

32. quia Altissimus iustus est iudex c. St., for the most High is a iust iudge O. — beneficentiae č. St., of favour O. —

iustus est iudex, propterea a vobis abstulit tempora beneficentiae et gratiae. [33] et nunc vos hic estis, et fratres vestri inter vos. [34] si retinetis libertatem vestram et institutionem vestram in cordibus vestris, vivetis et accurate servabimini et invenietis misericordiam in tempore mortis. [35] nam post mortem erit iudicium, quando iterum vivemus. tum iusti apparebunt in iustitia, eodemque modo opera iustorum non occultabuntur. [36] quod me attinet, nemo veniat ad me neque requirat me omnino, donec XL dies praeterierint."

[37] tum sumpsi mecum V viros, sicut mihi mandavit, et profectus sum in campum et mansi ibi. [38] et cras ecce venit vox ad me dicens: „Ezra, Ezra, aperi os tuum et bibe, quod tibi do bibendum." [39] et cum aperuissem os meum, ecce calix, quem mihi daturus erat ad bibendum, plenus erat aqua, et color eius erat sicut ignis. [40] et accepi eum, et cum eum biberem, intellectus fluebat de corde meo, et interius meum proferebat sapientiam, et spiritus meus conservabat memoriam rerum, [41] et os meum non est clausum. [42] tum Altissimus dedit intellectum cordi V virorum, ut scriberent, quae iis dicturus sim, secundum ordinem signorum rerum, successive, quae non noverant. et mansi hic XL dies, et scribebant die [43] et edebant panem noctu. et loquebar die et non silui noctu. [44] et XL diebus scripserunt XCIV volumina librorum.

[45] et in fine XL dierum locutus est Altissimus ad me et dixit: „Ostende XXIV libros, quos scripsisti primo, ut digni et indigni eos legant. [46] sed conserva LXX alios, ut tradas eos sapientibus viris populi tui. [47] in iis enim repertum est fermentum sapientiae et intellectus et amplum mare scientiae."

[48] et vixi LXXVI annos. post MMMMMXXV annum a mundo

---

34. retinetis c. St., you love O. — 35. quando iterum vivemus c. St., when the other time shall come O. —

43. non silui c. St., held not my peace O. —

46. alios c. St., last O. —

condito XII die tertii mensis [49] Ezras sublatus est et receptus in terram vivorum, qui erant eius similes. et scripsit haec omnia [50] et vocatus est auctor legis et intellectus et cognitionis Altissimi. ei sit honor et potentia in aeternum! amen.

primus liber Ezrae scribae legis finitus est, et secundus liber sequetur. gratiae ei, qui dat intellectum, in sempiternum et aeternum. finitus est secundo die, XVII die mensis Barmahat, anno sanctorum martyrum MLI. domine, propitius sis peccatori scribae et ceteris filiis baptismi! amen.

---

subscr. et secundus liber sequetur. intellegendum esse canonicum librum Ezrae vel (et?) Neemiae, docuit Joh. Gregorius Observation. sacr. c. 18 (apud Fabr. cod. apocr. N. Ti. II. p. 937 sq.), Lueckius l. l. p. 146 intellexit 4 Ezr. XV. XVI. — secundo die, i. e. hebdomadis. — XVII. die mensis Barmahat, i. e. XII. die m. Martii. nam Arabes mensem Aegyptium Phamenoth, qui incipit d. XXV. m. Febr., apellaverunt Bermehât, برمهات. – anno sanctorum Martyrum MLI. aera Diocletiana vel aera Martyrum apud Coptos vulgata incipit ab a. 284 p. Chr. d. XXIX m. Aug. itaque efficitur a. 1336 p. Chr. —

Ezras propheta armenius

latine interprete Julio Henrico Petermann.*)

Ezr(as) tertius.

I.

III. [1] Ego Salathiel, qui et Ezr(as) vocatus sum, et in
Babylone anno trigesimo stabam in cubili meo [2] et mente ver-
tebam de eversione Sionis et de exstructione Babylonis. [3] et
subito perturbatus fiebam in spiritu meo et coepi loqui ad
Altissimum verba terribilia. [4] et dixi:
„Dico, domine, mi deus, tu fecisti coela et terram et
quodcunque in iis. [5] et postea formasti incorruptis manibus
tuis hominem et insufflasti in eum spiritum vitalem, et est
coram te. [6] et collocasti in horto voluptatis, quem plantavit
dextra tua. [7] cui mandatum dedisti, ut cognoscant, quod
tuum opus est. [8] et ille migravit illud et deceptus est. qua-
propter iure decrevisti subito pro illo mortem et (pro) omni-
bus, quae ex illo gentes erant. [9] quae et migrarunt leges
sanctorum tuorum praeceptorum. nam factae sunt gentes et
generationes et familiae ex illis, quarum non exstat numerus.
[10] duxisti super illas diluvium et perdidisti illas. [11] pepercisti
servo tuo Noae, et illius causa filiis eius cum omni domo

---

*) Quatuor exemplaria huius libri exstant Venetiae in bibliotheca monasterii Mechittaristarum in insula sancti Lazari, quorum primum (A) anno 1648, secundum (B) 1655, tertium (C) 1656 scriptum est, quartum vero (D) indicio temporis caret. P.

III, 1. qui Ezr(as) A. — stabam vel: eram. — 2. mente vertebam vel: cogitabam. — eversione vel: vastatione. — 3. terribilia vel: timore plena. —

5. formasti vel: creasti. — 8. ex illis B. — erant vel: essent. — 9. ex illo D. — 11. Noae vel: Noacho. — omni vel: tota. —

eius, et invenit gratiam coram te. [12] atque iterum ex illius
prole multiplicasti homines, et illi itidem irreligiosi facti sunt
coram te et processerunt impietatibus suis et secuti sunt im-
pietatem. [13] inventus est vir unus, cui nomen erat Abraam,
[14] quem dilexisti, et placuit tibi hic solus. [15] et posuisti cum
illo foedus, (te) multiplicaturum esse prolem eius sicut stel- Gen. XXII
las coelorum multitudine et sicut arenam ad litus maris sine 17.
mensura. et hac ratione dedisti ei filium Isaacum, et Isaaco XIII,16
Jacobum, [16] et Jacobo cum aliis XI Josephum, et propter XV, 5.
Josephum duxisti patres in Aegyptum et nutrivisti illos (per)
annos multos. [17—21] et postea eduxisti illos manu servi tui
Mosis et duxisti illos ex Aegypto in desertum et nutrivisti
illos (per) annos XL; ac deinde duxisti illos in terram, quam
promisisti servo tuo Abraamo, et dedisti illis leges, et non
observarunt, et dedisti illis iudices iudicare et erudire illos
in legibus tuis (in, per) annos multos usque ad Samuelem
prophetam, qui invocabat nomen tuum. [22] etenim stabat et ma-
nebat in illis infirmitas. [23] reiectae sunt leges tuae e cordi-
bus illorum, donec constituisti super eos principem Davidem
servum tuum, [24] cui et dixisti rursus aedificare Jerusalem
ibique offerre tibi sacrificia. post eum excitasti filium eius
Solomonem, cui praecepisti aedificare templum in visione
noctis, et in eo totum coetum preces facere et offerre sa-
crificia. [25] et cum illud fieret, peccavit populus, qui in urbe
habitans erat. [27] et propterea tradita est urbs in manus eth-
nicorum, qui circum eam erant. at dum eramus in terra

---

12. irreligiosi vel: impii. — facti sunt vel: fuerunt. — impietatibus suis. A C D.: impietates ipsorum. — „impietatibus — impietatem.“ alterutrum videtur superfluum et ex margine in textum irrepsisse. P. — 15. posuisti vel: pepigisti. — sine mensura vel: innumeram. — hac ratione om. B. — 16. XI (sc. filiis) — Josephum, et propter Jos. duxisti patres om. C. — 17 — 21. et dedisti illis leges, et non observarunt (observasti B.) om. C. — iudicare et erudire vel: ut iudicarent et erudirent. — 24. ibique. „et ex ea“ s.: „et ab ea“ B. — excitasti vel: surgere fecisti. — noctis. „captivi s. captivitatis“ C. — coetum (vel: populum). totius populi (coetus) C. —

nostra, dicebam in corde meo: [28]Numquid melius faciunt,
qui in Babylone habitantes sunt? et propterea contempta est
Sion? [29]nam, ut veni huc, vidi impietatem multam, cui
non exstat numerus, et apostatas valde multos vidit persona
mea hosce XXX annos. propterea miratum est cor meum
[30]animo volvendo, quomodo indulges iniustis et pepercisti
impiis et perdidisti populum tuum et pepercisti hostibus tuis.
[31]numquid melius fecit Babylon quam Sion? [32]sive etiam
alienigena (ali)quis cognovit (te melius) quam Israel? sive
etiam quae gens credidit foederi tuo sicut Jacob? [33]quarum
fructus non comparuit. circumeundo circiumivi per gentes et
inveni eas abundantes, quae non memorabant mandata tua.
[34]iam nunc si ponderes in statera nostras iniquitates et eth-
nicorum, invenietur in stateris staterarum, in quod latus de-
clinet. [35]quando non peccarunt habitatores terrae huius co-
ram te? quae gens observavit mandata tua? [36]fortasse uspiam
paucos invenies, gentem vero nuspiam."

IV. [1]et his mecum reputatis missus est ad me angelus
unus, cuius nomen erat Uriel. [2]loqui coepit mecum et dicit:
„Perturbatum est cor tuum in hac vita, quum velis compre-
hendere viam Altissimi." [3]et dico: „Rogo te, fac me intel-
ligentem." dedit responsum et dicit mihi: „Missus sum para-
bolas tres ponere coram te et vias tres ostendere tibi, [4]qua-
rum si unam mihi dices, ego quoque tibi dicam de iis, quae
desiderasti scire." [5]responsum dedi et dico: „Loquere, mi
domine." et dixit mihi: „Vade, pondera tu mihi pondera

---

29. exstat vel: est. — apostatas vel: delinquentes. — persona vel: anima. — miratum vel: stupefactum. — 30. animo volvendo vel: perpendendo. — iniustis. „legibus". i. e. missas facis leges C. — 33. memoraverunt B. — 34. ponderes vel: ponderabis. — inveni B. C. — in cuius latus B. — 36. paucos. in textu 4 codd. legitur vox corrupta, cuius loco aut „paucos viros" aut „paucos" legendum videtur; interpunctio etiam falsa est. P. — invenies vel: invenias. — vero vel: etiam. —

IV, 1. unus vel: quidam. — erat om. B. — 4. dices vel: dicas — 5. Loquere om. B. – retro verte vel: reduc. —

ignis, sive etiam gravitatem venti, sive etiam retro verte diem praeteritam." [6] dedi responsum et dixi: „Quis ex hominibus potest facere istud, ut ego faciam?" [7] et dixit mihi: „Quodsi te interrogassem: quot sunt promtuaria in corde maris? aut quot initia sunt venarum profundarum? aut quot semitae sunt super firmamentum? aut quot exitus sunt orci? aut quot introitus sunt paradisi? [8] tunc diceres mihi: In mare non descendi et non ab initio fui in abysso et non progressus sum ultra coela et non descendi ad portas orci, non intravi in paradisum. [9] nunc non interrogabo te istud, sed de igne et ventis et die, quibus familiaris es, et a quibus non potes alienus fieri. [10] nam quaecunque tecum nutrita sunt, non potes cognoscere. [11] quomodo potes tot vias Altissimi comprehendere? etenim inaccessa est via Altissimi; caducus es et in corruptibili vita habitans es. non potes cognoscere vias incorrupti."

[12] dedi responsum et dixi ei: „Melius esset nobis, si non essemus nati, quam viventes impietate et in tormenta intrantes et non intelligere, quare offendimur." [13] dedit responsum et dicit mihi: „Audi parabolam. commeavit, ivit silvae lignum in planitiem, cogitavit [14] et dicit sociis suis: Venite, eamus, dabimus bellum cum mari, ut amotum recedat coram nobis, ut faciamus in eo alias silvas. [15] rursus fluctus maris cogitarunt, euntes contendentes cum silva planitiei parare sibi alium locum. [16] venit ignis et combussit silvam. [17] itidem et arena obstitit et prohibuit fluctus. [18] iam

---

9. istud vel: hoc. — 7. Quodsi vel: Sin vero. — profundarum vel: profundi, abyssi. — semitae vel: viae. — orci s. orco. — paradisi vel: paradiso. — 8. diceres vel: dicas. — 9. istud vel: hoc. — vento B. — familiaris vel: adsuetus. — a quo C. — alienus fieri vel: abalienari, separari. — 10. tot vel: tantas. — 11. inaccessa vel: incomprehensibilis. — caducus vel: corruptibilis. —

12. offendimur vel: labimur. — 13. lignum vel: arbor. — in planitie B. — 14. dabimus vel: faciemus. – aliam silvam B. D. — 15. rursus vel: contra. — contendentes vel: pugnantes, contendere (vel: pugnare) B. D. — 18. iam vel: nunc. — rursus vel: contra. —

si tu esses iudex, quem ex illis iustificares, aut etiam [illegible] quem condemnares?" [19] dixi: "Utrumque, quod in vanum cogitationem cogitarunt; etenim terra data est silvae, et locus [illegible] mari ad ferendum fluctibus." [20] et dixit mihi: "Bene iudicasti; quare igitur quod tibi dixi, non iudicasti? [21] quemadmodum terra data est silvae, et mare suis fluctibus, sic et illi, qui in terra sunt, data sunt terrena scire, et qui in coelis sunt, coelestia cognoscere."

[22] et dixi ego: "Precor abs te, domine, atqui cur data mihi est [illegible] mens talia in mente agitandi? [23] non [illegible] fructui est mihi interrogare, quod omnibus altius est, sed melius est nobis scire ea, quae semper nos transeunt, calamitates, iam cur Israel traditus est in manus ethnicorum, et quem Deus diligebat populum traditus est in manus inimicorum, et oblivioni datae sunt leges patrum nostrorum, et scripta testamenta nusquam inveniuntur? [24] et stamus hic sicuti locustae, quibus non sunt leges, non praecepta, non testamenta, et vadimus e terra nostra non digni facti tua misericordia. [25] quid amplius etiam accipiemus nos, in quibus invocatum est nomen eius supra nos?" [26] dedit responsum et dicit mihi: "Nunc, dum hic es, vides, illuc contendens miraberis; etenim festinat hic mundus transire, [27] quum non sustineat portare sui temporis malum, quoniam homines huius mundi pleni sunt iniustitia. [29] quapropter et transibunt super vos triturae; nam non prius veniet super eos messis,

---

20. quod. sc. de eo quod. — 21. aut legendum videtur „locus", aut „fluctus." P. — data sunt pro: datum est. — cognoscunt B. —

22. mente vel: animo. — 23. fructus vel: utile. — quod. sc. de eo, quod. — semper vel: quotidie. - transeunt vel: attingunt. — 24. nostra vel: hac. — 25. invocatum s.: vocatum, cognominatum. — „in quibus — supra nos" potest etiam verti: „super quos." — 26. videbis A B. — festinat emendavit Peterm., festinavit in B. idem emendavit. — hic om. B. — 27. sustineat vel: queat. — 29. triturae vel: tribulationes. — nam vel: si. — dies bonitatis (i. e. abundantiae, felicitatis) emendavit Peterm., irae, qui bonorum operum (irarum B.) sunt fructus codd. —

et non (antea) iustis veniet dies bonitatis, quae est fructus bonorum operum. [30. 31] age, in animo agita: quodsi parva transgressio Adami tantum malum effecit, auctum postea malum super terram, quomodo exitia (erunt), quae iniustis parantur!"

[33] responsum dedi et dico: „Usque ad quod tempus fiet hoc?" [34] et dixit mihi: „Non es sapientior quam Altissimus, ut facias subito venire finem; tu enim festina propter te solum, at Altissimus longanimis est propter multos. [35] etenim de illo quaesiverunt ab Altissimo animae iustorum et dicunt: „Usque ad quod tempus sumus hìc? quando veniet, accedet merces temporalis nostri ....?" [36] dedit responsum dominus iis et dicit: „Perseverate, donec implebitur tempus. [37] etenim mensura mensuravit annos et statera ponderavit aeterna et numero numeravit tempora; ne moveat neve excitet, donec veniet definitum tempus." [38] dedi responsum et dico: „Peto abs te, domine, a multa misericordia Altissimi, ut sustineat propter nos iniustos non adducendo finem. [39] sed indulgeat propter nos iustis, ut fruantur illi bonis, quae promisisti iis." [40] dedit responsum et dicit: „Ita utique est, quomodo dixisti; sed veniet horâ suâ. nam quemadmodum mulier non poterit ante definitum tempus parere, si non nonus mensis implebitur, [42] quomodo mulier veniente tempore festinat liberari a doloribus partus et a cruciatu puerperii, itidem

---

30. 31. in animo agita vel: reputa. — „quomodo — parantur", i. e. quanto maius supplicium manet iniustos ob auctam ipsorum malitiam et impietatem! —

34. longanimis s. indulgens. — 35. quaesiverunt Peterm., quaesitae sunt A. B. C. D. — „temporalis nostri." omissa videtur in textu vox, uti: laboris s. virtutis P. — 36. iis s. eorum. — 37. ne moveat, neve excitet, i. e. non movebit nec excitabit (suscitabit). — 38. multa vel: magna. — „sustineat." Indicativus pro Coniunctivo, nisi forte pro forma Imperativi magis vulgaris habenda est: sustine — indulge. P. — propter nos iniustos vel: propter iniustos nostrûm, propter leges nostras C. — 39. indulgeat. cf. quae ad v. 38 notata sunt. — indulgeat propter nos iustis vel: longanimis sit — erga iniustos. — 42. qui rependendus vel: quem repensurus. —

promtuaria terrae festinant rependere fructum, qui rependendus est ei. [43] iam vero, quando veniet tempus, videbis et cognosces de iis, quae concupivisti scire."

[44] et petii ab eo et dico: „Rogo te, domine, si inveni gratiam coram te, et si dignus sum, [45] manifesta mihi de tempore, utrum plurimum transivit, an stabit." [47] et dixit mihi: „Sta ad dextrum latus, et indicabo tibi formas parabolae." [48] et steti, et monstravit fornacem inflammatam. et factum est, quando finita est flamma, et procedebat fumus. [49] et post momentum unum venit nubes aquae plena et coniecit pluviam valde vehementem, et post transitum pluviae ros. [50] et dixit mihi: „Animadverte, quemadmodum ignis (amplius) quam fumus, et pluvia quam ros, ita abundat praeterità pars temporis."

[51] rursus rogavi eum et dico: „Quis e nobis vivens sit utique? aut quis e nobis sit utique diebus illis? aut etiam quod signum sit temporum illorum?" [52] dedit responsum et dicit mihi: „De signis possum tibi dicere; at de vita vestra non missus sum dicere tibi. V. [1] audi de gratia: ecce dies venient, et diebus illis admirabuntur homines mirabilia magna, abscondetur a rectitudine fidei veritatis. [2] et post multiplicatam impietatem erunt nonnulli super terram loqui aut exitiis, mendacio et fabulis diversis, nonnulli errantes in simulatione sanctitatis cultus comprehensi impatientià. [3] et erit inquieta et invia et deserta haec terra prius antea, quam tu vides. [4] si dabit Deus, videbis mirabilia. post tertiam visionem erit terra turbata, et apparebit

---

43. de eo, quod A. B. C. —

45. transivit vel: transiverit. — stabit vel: futurum sit. — 47. indicabo vel: monstrabo. — parabolae vel: similitudinis. — 48. inflammatam vel: ardentem. — finita est vel: finita erat. —

51. vivens sit vel: vivens erit. — aut quis e vobis B. — sit vel: erit. — sit vel: erit. — temporum illorum vel: temporibus illis. — V, 2. super terram loqui vel: qui loquantur de terra. — mendacio vel: fallacia. — diversis vel: variis. — errantes vel: seducti. — impatientià vel: incontinentià. — 4. in die vel: interdiu. —

sol noctu, et luna in die. [5] et e ligno sanguis stillabit, et e lapide vocem audient; populi cum populis confligent, et imperabunt, qui signa faciunt, praevalebunt fabulatores. [6] atque tempore illo mare crebro locum mutabit, et voragines fient, et aëres mutabuntur, et aves coelorum transferentur. [7] et Sodomitarum mare pisces fervefaciet [8] et ignem crebro mittet, et signum a mulieribus parietur. [9] et in aquis dulcibus salsitudo invenietur. pugnabunt homines inter se, filii cum patribus, et patres cum filiis, matres cum filiabus adversariae inter se, fratres cum fratribus (pugnabunt), amici cum familiaribus, gens cum gentibus, coetus cum coetibus, sacerdotes cum sacerdotibus, et abscondent iusta mandata Altissimi. [10] et invalescet in iis mendacium, et reiicietur intellectus sanctorum, et postea petent, et non invenietur; nam multiplicabuntur odia, et crebrescet mendacium, et superbient patres illorum, et diminuentur recti. [11] et interrogabit terra propinquos suos et dicet: Num quis ibit super te, qui habebat fidem et loquebatur veritatem vel faciebat iustitiam vel oderat iniustitiam vel in latus incidebat veritatis vel faciebat misericordiam vel oderat raptum vel quaerebat Altissimum toto corde suo, vel amabat aliquis sanctitate socius socium suum? dabit responsum et dicet: An nullus invenitur apud me talis? [12] se-

---

5. signa vel: miracula. — et praevalebunt C. — 8. signum vel: miraculum. — 9. inter se vel: secum invicem. — gens vel: gentes. — coetus cum coetibus vel: populi cum populis. — 10. mendacium vel: fallacia. — reiicietur vel: recedet. — intellectus vel: sapientia. — petent vel: quaerent. — mendacium vel: fallacia. — diminuentur recti vel: pauci fient iusti. — 11. interrogabit em. Peterm. — propinquos vel: proximos. — loquebatur vel: dicebat. — 12. laboribus vel: fatigatione. — requiescent vel: quietem acquirent. — edent vel: cibum capient. — non delectabuntur operibus vel: non fructum (voluptatem) capient ex operibus. — ibunt vel: proficiscentur. — dirigentur emend. P., dirigent codd. — arripient B. — et a gemitibus om. C. — quantum ab iis erat A. B. C. D. — tribunali vel: iudicio. — mutabit vel: transportabit. — a se ipso vel: a suo. — rependet vel: reddet. — quomodo cogitarunt B. C. D. — superbiâ vel: fastu. — contemnet vel: reprobabit, ignominia afficiet. —

cundum illa tempora exspectabunt homines accipere aliquid ab Altissimo, petent et non accipient, laborabunt laboribus et non requiescent, edent et non delectabuntur operibus manuum suarum. ibunt, et non dirigentur viae ipsorum, arripientur in fine temporum a doloribus et a moerore et a gemitibus. etenim non solum mutarunt leges, sed et ipsum etiam Altissimum super terram, quantum in iis erat. propterea veniet super eos malum, et regnabit in tribunali Altissimus et veniet et mutabit eos et ostendet a se ipso gloriam Altissimus in iis. tunc rependet iis cruciatus, quomodo et cogitarunt superbiâ, et contemnet eos itidem. [13] haec signa mandatum est mihi dicere tibi. si rursus altera vice ieiunio et lacrimis petes ab Altissimo quasi dies VII, et audies maiora quam haec."

[14] et ut evigilans et audiens hoc in animo habebam, et timore corruptae sunt formae corporis mei, et vis mea amota est a me, et prope fuit anima mea deficere. mente agitavi et dico: „Si nemo potest liberari a nobis, et morior sicut bruta, in quibus non est intellectus, et cruciantur cruciatibus aeternitatis." hoc valde mente agitans sollicitabar. [15] venit rursus Uriel angelus et corroboravit me et firmum me constituit super pedes meos et dicit mihi: „Ne doleas! nam monstratum est tibi ante tempus, quod facturus est Altissimus diebus finis. invenisti gratiam a Deo." [16] et postea venit ad me Phanuêl, qui erat dux coetus, et dixit mihi: „Cur ita deformatus est color faciei tuae? [17] nescis(ne), quod Israel tibi tradidit in hac terra peregrinationis nostrae? [18] pede sta et gusta panem, ne moriaris et relinquas nos sicut pastor gregem suum in manu luporum malignorum!" [19] et ego dixi ei: „Abi a me et ne appropinques mihi ad VII dies." et ivit a me secundum verbum.

---

13. quam Jesus C. — 14. evigilans vel: expergefactus. — habebam vel: volvebam. — amota est vel: recessit. — deficere vel: ut deficeret. — Si vel: Quod. — bruta vel: animalia. — aeternitatis vel: aeternis. — doleas vel: tristeris. — 15. monstratum vel: indicatum. — 16. postea vel: deinde. — coetus vel: populi. — 18. pede sta vel: surge. —

II.

20 et ego lacrimando et plorando enarrabam peccata
mea et ieiunavi VII dies, quomodo et mandavit mihi angelus.
21 et factum est, impletis VII diebus rursus cogitationes cordis
mei urgebant me valde. 22 accepit cor meum spiritum intel-
lectus et coepi loqui coram Altissimo haec verba 23 et dixi:
„O domine, tu es, qui voluntate Altissimi omnia fecisti et
(prae)parasti et sapientia tua omnia regis et rependis uni-
cuique secundum vias eius; tu, domine, ex omnibus materiis
lignorum elegisti tibi vitem arborem 24 et ex omnibus flori-
bus lilium florem, 26 et ex omnibus volucribus columbam, et
ex omnibus quadrupedibus ovem, 25 et in omni multitudine
aquarum Jordanum fluvium, et ex omnibus urbibus urbem
Sion, 27 et ex omnibus habitationibus terrae terram sanctita-
tis, et ex omnibus coetibus terrae elegisti prolem Abrahami,
et ab omni electae tuae leges, quas elegisti dilecto coetui.
28 et dominus meus longanimis est, qui non memor es pec-
catorum, et cur tradidisti coetus tuos in manus impiae gen-
tis, a quibus invocatum erat nomen tuum? et quam dilexisti
prolem sic dissipasti inter ethnicos. 29 et conculcatum fecisti
sicut pulverem terrae sub pedibus eius. 30 et odiendo odisti
coetum tuum propter mala eorum facinora; oportebat eos a
manibus tuis castigari."

31 et factum est, ut loquebar cum eo haec omnia,
missus est ad me angelus, qui antea locutus est mecum
praetereundo in nocte, 32 et dicit mihi: „Attende mihi et
aurem praebe et respice, et pergam dicere coram te." 33 et
ego dedi responsum et dico: „Loquere, mi domine; nam

---

22. accepit vel: recepit. — 23. domine vel: dominus. — 25. 26. sic inversi sunt versus 25 et 26 in textu arm. — 25. et in omni multitudine aquarum vel: et ex omnibus aquis multitudinis. — 27. coetibus vel: populis. — „et ab omni." et a Deo sunt (est) C. — tuae vel: quae abs te. — coetui vel: populo. — 28. et dilexisti C. — 30. coetum vel: populum. — oportebat vel: decebat. —

31. locutus est vel: locutus erat. - in nocte vel: noctu. — 33. cogitare vel: ut cogitet. —

audiet servus tuus." et dicit mihi: „Cur miratum est ita cor tuum cogitare tales cogitationes; num tu magis etiam quam Altissimus dilexisti Israelem?" [34]et dixi: „Non, domine, sed prae dolore locutus sum, quoniam poscunt a me continuo renes mei et petunt comprehendere tramites Altissimi et examinare partem ex eius iudiciis." [35]et dixit mihi: „Quod superius est quam tu, ne examines, et absconditum a filiis ab hominibus ne perscruteris; quodcunque tibi dictum est, id custodi apud te; et ne examines vias Altissimi, ut non aberres ab eo; non enim opus habes secretis." et dixi: „Jam cur natus sum, et non fuit mihi sepulcrum uterus matris meae? nam non vidissem exitium Jacobi et mortem Israelis et plenitudinem ethnicorum, qui non cognoscunt Deum." et dixit mihi: „Ne insistas scire ignota; ecce dixi tibi verbum unum, si dices mihi." [36]et dixi: „Dic mihi numerum natorum et mortuorum, enarra mihi latitudinem maris et multitudinem piscium aut altitudinem coelorum aut sphaeras stellarum, aut cursus solis aut vias stellarum aut formas firmamenti aut extentionem terrae aut gravitatem soli; computa tu mihi numerum crinis corporum tuorum aut ictum oculi tui aut audiendi vim aut odorandi praeparationem aut manuum tactum aut motum venarum, aut mentis invenies vestigia, aut spiritus invenies adspectum aut mensuram aut formas aut colores, aut sapientiae nidos, aut avium volantium sapientiam, aut electionem reptilium, quae in arido, et quae in aquis sibi invicem adversaria sunt, aut gressus sine pedibus, aut flatum ventorum; et collige tu mihi extentionem et dispersionem et guttas pluviarum et virescere fac exsiccatos flores.

---

34. tramites vel: vias. — 35. quod superius vel: qui superior. — ab hominibus i. e. hominum. — ne perscruteris vel: noli perscrutari. — custodi vel: retine. — plenitudinem vel: abundantiam. — si vel: num. — 36. sphaeras vel: ordines, coetus. — cursus vel: cursum. — extentionem vel: ambitum. — ictum vel: vibratum. — spiritus vel: animae. — adspectum vel: visum. — nidos vel: cubilia. — electionem vel: distinctionem. — collige vel: computa. —

37 aperi tu mihi obstructa promtuaria terrae et affer tu mihi,
qui in ea retenti et conclusi exstant venti, aut etiam mon-
stra mihi formas venti, aut et spiritus adspectum, et tunc
comprehendes vias Altissimi et cognosces electionem viarum
eius.“ 38 et miratus (sum) verba illa et dixi: „O domine,
domine, et quis ex hominibus potest istud scire aut facere,
nisi is, cui non est habitatio eius inter homines?“ 40 et dicit
mihi: „Quomodo non potes ex illis unum quidquam facere
aut dicere, itidem non poteris sapientiam Altissimi examinare
et scire vim viarum eius aut invenire iudicia eius aut finem
amoris eius, quem promisit dilectis suis, aut etiam bona ab
eo (facta), quae oculus non vidit et auris non audivit, et in 1 Cor.
mentem hominis non incidit, neque mente unquam agitavit II, 9.
homo, quae paravit Deus dilectis suis.“

41 responsum dedi et dico: „Ecce hoc, quomodo dixisti
mihi, (iis), qui sanctitate servierunt, et qui fiunt ei grati,
promisit; nos quid faciemus peccatores? nam leges transgressi
sumus ante quam scivimus hoc, et ecce vadimus nos illuc
inanes et vacui.“ 42 et dicit mihi: „Corona ab eo ius eius,
quomodo non deficit a tarditate eius, itidem non antevertit a
velocitate eius. 43 iterum addidi et dixi illi: „Non potest
facere utique, qui praeterierunt, et qui exstant, qui futuri
sint, simul, ut subito praetereat hic mundus, et veniet iudi-
cium, et unusquisque sciet, quid est paratum ei.“ 44 dedit
responsum angelus et dicit mihi: „Scio, quod decrevit Altis-
simus secundum tempus et in tempore facere, quidquid fu-
turum sit, et non possunt festinare creaturae, quomodo de-

---

37. retenti vel: prohibiti. — exstant vel: sunt. — spiritus vel: animi. — adspectum vel: faciem, formam. — comprehendes vel: intelliges. — inter vel: apud. — 40. examinare vel: perscrutari. —

41. hoc vel: haec. — 42. ius vel: iustitia, et ius (iustitia) C. — deficit vel: diminuitur. — antevertit vel: praecedit. — itidem non antevertit a velocitate eius om. C. — 43. addidi vel: adiunxi. — qui vel: quae. — et qui vel: et quae. — exstant vel: sunt. — qui futuri vel: quae futura. — veniet vel: veniat. — sciet vel: sciat. — est (vel: sit) om. B. —

erminavit Altissimus. etenim non utique suscipiebat omnia simul.“ [45] et ego dedi responsum: „Quomodo dixit Altissimus convertere omnes humanas creaturas? nam si dixit Altissimus, omnes simul surgere faciet. qnemcunque inveniet illo tempore vivos una cum mortuis, et quando surgent, et renovabit omnes et excipiet omnes in illo mundo et colliget, cur nunc hic mundus non potuit excipere omnes simul?“ [46] et dixit mihi: „Interroga tu uterum mulieris et dic ei: „Si paries X vicibus, cur non paris omnes simul, sed unum post alium?“ [47] et dixi ei: „Non potuit hoc facere.“ [48] dedit responsum et dicit mihi: „Itidem et terra non potest hoc facere, quoniam utero similis est, et constitutionem temporum, et iussa est in obedientia stare. [49] nam quemadmodum infans non potest parere nec quando anus est parere potest, itidem etiam terra ante tempus non potest (quidquam) facere.“

[50] dedi responsum et dico ei: „Quandoquidem gratiam inveni coram te, interrogabo te aliud etiam verbum: nam si revera uterus est mater, et ex ea sumus, tunc infansne erat, an senex?“ [51] et dicit mihi: „Interroga parentem [52] et dic: Quare quae peperisti non sunt similia primis, sed parva sunt statura et imbecillia vi? [53] et dicet tibi uterus: Alia vis erat, qua in infantia pariebam, et alia, qua in senectute. intellige tu etiam, quod imbecilliores vos estis, quam primi, [55] et qui post vos futuri sunt, quam vos, quasi in senectute sit terra, et praeteriit infantia eius.“

[56] dedi responsum et dico angelo: „Peto abs te, domine, ne avertas faciem tuam a me, qui interrogo te de

45. convertere vel: se conversurum, reducturum esse. — surgere faciet vel: expergefaciet. — quemcunque vel: quoscunque. — in illo mundo (vel: in illum mundum), in hoc mundo B. — colliget (vel: reponet), sustinebit C. D. — simul om. C. — 48. constitutionem temporum vel: tempora constituere, designare (non potest). — 49. „anus.“ rupta s. scissa B. —

52. primis vel: prioribus. — 53. tibi om. B. D. — qua vel: quam (bis). — primi vel: priores. — 55. praeteriit vel: praeterierit. —

56. interrogare vel: interrogari? —

multis; hoc manda mihi discere a te, de quibus vis interrogare.“ VI. [1] et dicit mihi: „Interroga, quod concupivit anima tua, et ego narrabo tibi, quod necesse est tibi scire.“ et dico ego: „Rogo te, audi me patientia. patres nostri patientiae crediderunt, quoniam manifesto ostendebat se ipsam illis, Enocho, Noacho, Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Mosi, Aaroni et omnibus sanctis eius, et post hos omnes habebat populus librum legum, et ex iis docebant facere voluntatem Altissimi. at nunc Altissimus non manifesto loquitur, et sancti hinc transportati sunt, et testamenta combusta sunt; quomodo hic populus non monitus voluntatem Altissimi sciet?“ dedit responsum et dicit mihi: „Altissimus veniet et faciet et docebit, sed hic populus rigidam cervicem habens est et omnino incircumcisus, et usque ad finem exiguam fidem habentes (sunt), quod veniet super eos malum.“ et dixi ei: „Quomodo veniet Altissimus? et quando fiet adventus eius?“ et dicit: „Prius ante veniet post modicum in forma filii hominis et docebit occulta, et dehonestabunt eum et abnegabunt et facient sibi malum, et postea multiplicabuntur impietates, et seducet eos spiritus seductionis, aequare montes irà et signa facere, ita ut et nonnullos e sanctis seducat. et postea Altissimus veniet in visu gloriae et sedabit spiritum seductionis, et regnabit ille et rependet sanctis sanctitatem et impiis impietatem, et tunc omnis iniqua gens populi lamentabuntur, et minime utile fiet illis, quoniam abnegaverunt eum. ecce narravi tibi cogitationes omnes; erit tibi sigillum. propterea ecce praecipio tibi animo tenere, donec

---

VI, 1. audi vel: ausculta. — transportati sunt vel: discesserunt. — non monitus vel: ineruditus. — rigidam cervicem habens vel: pertinax. — exiguam fidem habentes vel: increduli. — quando fiet vel: quando erit. — modicum vel: parvum. — forma vel: figura. — dehonestabunt vel: contemnent. — impietates vel: iniquitates. — aequare vel: complanare. — irà vel: indignatione, irae vel: indignationis B. — visu vel: forma. — impietatem vel: iniquitatem. — lamentabuntur vel: lamentabitur, planget. — utile fiet vel: fructui erit. — cogitationes omnes vel: mysteria omnia. — paravit vel: praeparavit. — et antequam fiebat natura terrae om. C. — aërum vel: aurarum. —

implebuntur tempora. etenim paravit Altissimus, et antequam
fiebat natura terrae, et antequam ponderabat exitus huius
mundi, et ante multitudinem aërum, et antequam sonabat
vox tonitruum, 2 et ante illuminantes ordines astrorum, et
antequam firmabat pavimenta paradisi, 3 et antequam appare-
bat pulchritudo eius, et antequam praevalebat violentia
motuum eius, et antequam congregabat innumeras co-
hortes angelorum, 4 et antequam fecerat firmamentum coe-
lorum, et antequam faciebat fundamentum terrae, firmitatis
aridi, 5 et antequam animo agitabat mundos omnes, et ante-
quam obsignabat mercedes retributionis (eorum), qui veritatem
fidei servent."

11 dedi responsum et dico: „Quandoquidem inveni gra-
tiam coram te, 12 monstra mihi signum, quod futurum est
in fine temporum." 13 et dicit mihi: „Quandoquidem in-
quiris et investigas vias Altissimi, surge, sta super pedes
tuos." et surrexi, steti, et dicit mihi: „Si audies vocem so-
nitus, 14 et si movebitur locus, in quo tu stes, 15 ne timeas.
nam ad summum exiturum est ab illo verbum. 16 intremiscet
terra et commoveat, ut loquatur tecum." et postquam locutus
sum hoc, ecce gloria domini illuminabat locum, in quo sta-
bat. 17 et subito vox facta est loquentis, et sonus eius sicut
magni tumultus, sive sicut (sonus) fluxuum aquarum mul-
tarum, quae praecipitanter inundantes currant. et dicit mihi:
18 „Ecce venient dies, in quibus volam visitare habitatores ter-
rae, 19 videbo iniustitiam iniustorum et iniquitatem iniquorum

---

2. illuminantes vel: lucentes. — astrorum. ἄστρων pro ἀστραπῶν. — firmabat vel: constituebat. — pavimenta vel: solum, fundamenta. — 3. violentia motuum vel: robur commotionum. — 4. firmitatis aridi vel: substantiae continentis. —

13. sonitus vel: clamoris. — 14. stes vel: stas, stabis. — 15. ne timeas vel: noli timere. — exiturum est vel: consummabitur, implebitur. — (quod) ab illo verbum, i. e. verbum eius. — 16. commoveat vel: commovebit. — stabat, sc. gloria. — 17. sive etiam A. C. D. — currant vel: currunt. — 18. quibus vel: quo. — 19. iniquitatem iniquorum vel: impietatem impiorum. — quo vel: qua re. — scandalizabant vel: offendebant. — coetus meos vel: populum meum. — aerumnae vel: miseriae. —

et infitiationem infitiantium, et quo scandalizabant coetus
meos; et quando implebuntur aerumnae servorum meorum;
[20] et quando velim prope afferre finem huius vitae vestrae,
hoc signum erit vobis: diligetur mendacium, et nascetur invidia, provocabitur iniquitas, et odio habebitur iustitia, increbrescet intemperantia, et arcebitur sobrietas, augebitur bellum, et diminuetur pax, contemnetur misericordia, et gloriabitur iustitia. et increbrescent aerumnae servorum meorum, et invalescet impiorum superbia. propterea erunt in variis locis fames et motus et demersiones, et erit signum a coelis, ignis crebro in aëribus apparebit, et in terra erunt signa
multa in variis locis, [21] et infantes anniculi loquentur, et
quae gravidae sunt gratiam parient, et vivent et vigebunt,
[22] et improvise loci seminati sine seminibus inanes invenientur. [24] et surgent urbes super urbes, leges super leges, filii patres interficient, fratres fratres, gens gentes, dilecti dilectos, familiae familias, et veniet manifesto rebellio; veniendo veniet nomen meum nova renovatione ineffabilis gloriae meae et vis et multos scandalizabit et praevalebit, et qui non credunt in id, obedientes faciet! et post illa signa erit ventus in multis urbibus et in vicis et in regionibus, et cessabunt aquae; et ne eant illis diebus usque ad tria tempora. [25] et
post absolutionem horum signorum super terram posita aperientur, et tunc apparebit gloria mea. [26] et videbunt omnes
sanctos meos, qui volarunt ad me in alta, et quicunque in-

20. mendacium vel: fallacia. — iniquitas vel: impietas. — odio. C.: odi. — sobrietas vel: temperantia. — diminuetur vel: deficiet. — gloriabitur vel: exaltabitur. — iustitia. (sic!). — a coelis vel: de coelis. — 21. vigebunt vel: adolescent. — 24. super vel: contra (bis). — fratres (Nom.) fratres (Acc.). — gens vel: gentes. — familiae familias vel: tribus tribus. — rebellio vel: defectio. — vis vel: roboris. — scandalizabit vel: offendet. — in id vel: ei. — obedientes faciet vel: subiiciet. — ventus vel: spiritus. — regionibus vel: provinciis. — ne eant vel: non ibunt. — 25. posita vel: positiones, sepulcra. — 26. magis quam sol vel: super solem. — redibunt vel: revertentur. —

venitur iustus dignus me, veniet et glorificabitur et illuminabitur magis quam sol. tunc redibunt corda habitatorum huius mundi ad alia bona. [27] delebitur et auferetur malum, et transibit dolus, et pudore afficietur incredulitas. [28] florebit fides, manifestabitur veritas, quae stabat et manebat usque nunc sine fructu tot annis. peribit mendacium, et apparebit incorruptio; finietur corruptio, atque sic veniet, accedet perfectio mundi huius."

[29] hoc ut mihi dixit, sicut visio fulgurum apparuit mihi gloria Dei, et locus, in quo stabam, commovebatur paullum, et coepi loqui et non poteram sustinere gloriam, et apprehendit me timor. venit angelus et corroboravit me, [30] et dixit mihi: „*Ne timeas et ne terrearis.* o te felicem, quod invenisti gratiam a Forti! [31] scivi rectitudinem cordis tui et sanctitatem animae tuae, quem habebas ab infantia tua. [33] et propterea dignus factus es voce Dei et cogitationum longinquorum temporum. [34] ieiuna tu alios etiam VII dies, et manifestabit tibi maius etiam quam hoc."

III.

[35] Et factum est posthac, et ieiunavi VII dies. [36] et rursus cor meum turbabatur, ac coepi loqui coram Altissimo. [37] et dico: „Domine, Deus mi, tu fecisti coela et terram et quaecunque in illis, [40] tu iussisti splendere lumen, separasti (id) a tenebris et vocasti illud diem et (praecepisti) ut misceretur [41] multitudini aquarum cum terra. tu divisisti et separasti terram seorsum extra, unam partem aquae in abyssum in-

---

27. transibit dolus vel: praeteribit fraus. — 28. stabat vel: erat. — usque nunc vel: adhuc. — tot vel: tantis. — mendacium vel: fallacia. — veniet et accedet C. — perfectio vel: finis. —

29. sicut om. C. — visio vel: adspectus. — fulgurum vel: coruscationum. — sustinere vel: ferre. — 30. Ne timeas et terrearis B. — a Forti vel: ab Omnipotente. — 32. scivi vel: cognovi. — 33. longinquorum vel: longorum. - 34. maius etiam quam hoc vel: maiora etiam quam haec. —

41. et unam vel: et alteram. statuisti vel: determinasti. — obstruxisti vel: prohibuisti. — super quam vel: super quas, super quae. —

fima segregasti constituens terram super eam, et unam partem super coela posuisti, infra quam similitudinem tecti extendisti et statuisti firmamentum, et quae remanserat congregatio aquarum, arenâ munivisti et obstruxisti. — nam antea erant mixtae invicem — super quam spiritus circumibat. et tenebrae habebant (eas) immensae, et nondum erat terra; etenim vox hominis nondum erat. iussisti advenire radios lucis, qua appareant opera tua mirabilia. [42] ast secunda die firmamentum coelorum discrevisti et elevasti in alta et praecepisti aquis inferioribus, uni parti separari a se invicem, ut una pars eius sursum secerneretur, et una pars infra maneat. [43] et rursus tertia die, quae manet, terram constituisti germinare ex ea herbam seminum et flores graminum et plantas arborum fructiferas, [44] et produxit varias multitudines, semina in cibum virium et herbas suaves in dulcedinem palati, et fructus arborum in suaves gustus. [45] et quarta die iussisti solem fieri, lucere et nutrire crescentiam et germinationem terrae; itidem et lunam illuminare tenebras noctis et distinguere commutationes horarum et cursus temporum. [47] at quinta die dixisti terrae proferre reptilia, quae se movent, spiritum vitalem et volucres varii generis, et factum est, ut multitudo formarum constitueretur pulchris coloribus. [48] itidem et mare produxit multitudinem piscium, magnos ex iis ad oblectandum cibo satietatis, et teneros ad augmentum. [53] et rursus sexta die verbo mandato tuo produxit terra quadrupedes, reptilia et volucres. [54] et post haec dominum dominicis manibus finxisti hominem et urbi similem plantasti paradisum et collocasti eum intro, et quomodo ali-

---

habebant vel: tenebant. — (eas) vel: (ea). — immensae. C. tantae. — qua appareant vel: quibus apparerent. — 42. sursum vel: supra. — et una vel: et altera. — 44. in cibum vel: cibo destinata. — herbas. B. D. odores. — dulcedinem vel: suavitatem. — 46. deest. — 48. teneros vel: minutos, minores. — 49—52. desunt. — 53. mandato tuo vel: mandati tui. — 54. finxisti vel: creasti. — fecisti vel: posuisti. — condecorasti vel: ornasti. — quod (vel: quae) e solo pulvere (vel: sola terra). — consolaretur vel: misereretur. — scriptum vel: librum. — labore vel: fatigatione. —

quis filio suo, omnia fecisti coram eo ad oblectandum et in
suavitate et desiderio hac ratione omnibus formis condecorasti
paradisum, sicut haeredi in manus dedisti, quod e solo pul-
vere formasti, et spiritu vivificasti et e costis eius mulie-
rem eius formasti, ut habitaret cum eo et colloquendo
consolaretur genus hominum. ornasti eum voluntate liber-
tatis et promtitudinis animi, principem et regem super
omnia, quae abs te facta erant super terram, consti-
tuisti eum, verum et terreno ministro non fecisti eum ca-
rentem. et sicut scriptum honoris et electionis dedisti ei man-
datum, quod abiecit e manibus, et exiit ex horto deliciarum,
abalienatus est ab incorruptione et dignus factus est labore
et denunciatis praeceptis in manum mortis traditus est. pul-
vis erat et in pulverem rediit, et ab eo nos omnes homines
seminati sumus. 55 haec omnia dixi coram te, 56 quoniam
dixisti de ethnicis, quod nihil sunt et pro nihilo aestimati
sunt et assimilati sunt confracto vitro et guttis pluviarum
inutiliter. 57 quomodo audent ethnici populi tui electi et servi
tui Abraami conculcare prolem? 58 et populum tuum, quem
elegisti et vocasti electum, quem nominasti proprium, cui
promisisti dare in sortem haereditatis terram bonorum et
promissionis, et tradidisti in manus reiectaneorum ethnicorum
populum et terram promissionis. 59 nam si populo tuo pro-
misisti dare, quomodo ethnici, qui non acceperunt legem,
ceperunt eam in sortem haereditatis? et nos in peregrina-
tione captivi degentes iis subiecti sumus, et potestatem ha-
bent supra nos."

VII. 1 et factum est, ut finivi haec verba, missus est ad
me angelus ille, qui antea locutus est mecum, 2 et dicit
mihi: „Ezra, surge et audi, quae locuturus sum tecum."
3 surrexi et steti et dico: „Loquere." et dixit mihi: „Mare
si stet in spatioso loco, 4 et introitus eius sit in angusto,

---

56. nihil sunt, pro nihilo aest. sunt C. — pluviarum inutiliter vel: imbrium inutilibus. — 58. bonorum vel: felicitatis. — 59. eam, sc. terram. —

VII, 1. locutus est vel: locutus erat. — 4. in angusto B. C. D. angustus. — 5. volet vel: velit. — super id vel: ei. —

ut fiat angustum fluvio simile: 5 si quis volet intrare in mare
et dominari super id, utique, si non antea per angustum
transeat, quomodo poterit intrare in latitudinem eius? 6 aut
etiam rursus in oppidulum aliquod ornatum et decoratum
omnibus bonis, 7 et introitus eius sit in angusto et tenuis
et difficilis, ita ut a dextro latere sit ignis, et a sinistro aqua
valde profunda, 8 et una tantum via transeat per medium
ignem et aquam, non alii cuidam sit locus, sed tantum se-
mita pedis hominis; 9 si non, qui volet illud haereditate ac-
cipere, antea transeat per angustum, non potest acquirere
haereditatem.“ 10 et ego dixi: „Ista ratione est.“ dedit re-
sponsum et dicit mihi: „Secundum eandem rationem dabitur
Israeli portio haereditatis. 11 nam propter homines fecit Deus
hunc mundum et implevit eum omni bonitate et dedit iis
legem, qua utentur et regent regnum bonum et prudens et
immaculatum. at illi non servarunt, sed reiecerunt eam, et
Altissimus cogitavit reiicere eos, qui apostatae fuerunt ab ea.
12 propterea introitus huius mundi duri sunt et difficiles et
pleni laboribus. 13 nam si prius introibunt per angustum et
tenuem tramitem huius mundi, 14 et ingressi non longanimes
erunt, non acquirent paratam iis felicitatem, quae ante mun-
dum erat. 15 tu vero ne perturberis, quod mortalis es, 16 et
ne commovearis, quod corrumperis, sed respice ad propin-
quum et reputa, quod in futuro fiet.“
17 et ego dixi: „Tunc utique iusti haereditate accipiunt

6. oppidulum. ad verbum: vicum, civitatem, κωμόπολιν. — 7. in angusto. B. C. D. angustus. — latere vel: parte. — 10. Ista vel: Hac. — Israeli haereditas B. — 11. legem vel: leges. — utentur vel: utantur, vivant. — regent vel: regant. — cogitavit vel: iudicavit, statuit. — reiicere vel: expellere. — eos. A. eum. — ab ea vel: ab eo. — 12. duri vel: asperi. — laboribus vel: aerumnis. — 13. „si.“ omissa videtur negatio „non“ P. — introibunt vel: introeant. — 14. longanimes vel: patientes. — erunt vel: sint. — acquirent vel: accipient. — paratam iis felicitatem vel: parata iis bona. — erat om. C. — 16. corrumperis vel: corruptioni obnoxius es. — reputa vel: cogita. — in futuro vel: postea. — fiet vel: futurum sit. —

17. utique vel: igitur. — bona vel: felicitatem. — sustinent vel:

bona, et propterea bene sustinent intrare per angustam et tenuem viam. [18] sed qui imbecilles sunt et sanctitate vitam suam non traducunt et experimentum angustiae nesciebant, ab aeternis bonitatibus abalienati sunt.“ [19] et dixit mihi: „Et ego tibi dico, quod non es melior quam Altissimus et non clementior quam Deus et non magis homines amans quam ille. [20] peribunt (potius) omnes, qui relinquunt praeceptum domini, quam ut contemnatur lex Dei. [21] praecipiendo praecepit Deus hominibus, quid facient et vivent, quid observabunt et ne crucientur. [22] at illi ab omni recesserunt et super hoc omne dixerunt, quod non Altissimus est et non retributio bonorum et malorum operum, vias suas perverterunt [24] et leges eius reiecerunt et mandata eius spreverunt et abnegarunt pactum eius et verbis sanctis eius diffisi sunt et electos eius contempserunt. [25] et propter hoc audi tu, Ezra: vacuitas vacuis, et plenitudo plenis! [26] ecce veniet tempus, quo fiet signum, quod antea dictum est tibi. manifestabitur urbs, quae nunc non apparet, et omne genu super terram delabetur. [27] et quicunque invenietur immaculatus, videbit gloriam Altissimi. [28] tunc apparebit Unctus Dei manifestus hominibus et laetos reddet eos, qui manserunt in fide et in patientia. [32] et omnes erigentur, qui sepulti sunt in terra, voce domini [33] et stent

---

perferunt. — 18. sanctitate vel: castitate. — traducunt vel: peragunt. — experimentum (experientiam, tentationem) angustiae vel: afflictiones. — ab aeternis bonitatibus vel: ab aeterna felicitate. — 19. Et ego om. C. — et non magis homines amans (vel: humanus) quam ille A. D.: et non homines amans sicut ille. — 20. peribunt vel: pereant. — relinquunt vel: migrant, violant. — contemnatur vel: negligetur. B. contemnant. — 21. quid facient (vel: faciant) et vivent om. C. — observabunt vel: observent. — crucientur vel: castigentur, puniautur. — 22. ab omni. C. a Deo (recte). — recedent B. — et retributio C. — perverterunt. B.: confregerunt s. contriverunt. — 24. leges vel: legem. — pactum vel: sponsionem. — diffisi sunt vel: non crediderunt. — 25. audivisti B. — 26. antea dictum vel: praedictum. — 27. inveniet B. — 29—31. desunt. — 32. erigentur vel: suscitabuntur. — 33. stent vel: stabunt. —

coram forti iudice et veniet. adveniet vita, quae non apparet, [34] et transibit corruptio, et quiescet misericordia, et otiabuntur clementiae, et concludentur portae poenitentiae, in se colligabitur longanimitas, et fides ostendet fructum suum, [35] et postea operibus merces eorum et iustitia florebit. (VI). [1] et tunc apparebit locus quietis sanctorum et verus paradisus oblectationis, et facie ad faciem horum camini ignis et cruciatus aeternitatis et vermis immortalis, quem paravit impiis et iniustis. [2] et tunc dicet Altissimus iustis: Videte locum quietis vestrae, quem paravit vobis ab initio creaturarum. intrate dehinc et quiescite et exsultate sicut vituli emissi e vinculo. et dicet impiis et iniustis: Videbitis et intelligetis me, cui non serviistis, sive etiam quem abnegastis, sive etiam cuius leges contempsistis! respicite, quae coram vobis stat parata iustis oblectatio, vobis vero impiis (paratus est) ignis et cruciatus aeternitatis. [4] et fiet dies iudicii huiusmodi: Non sol stabit lucem dans, neque luna, [5] neque stellae splendentes, nec nubes umbrosae, [6] nec tonitru insigne temporum, nec ventus refrigerans et aqua ad sitim quietis, nec ventus suavitate mixtus, [7] nec vespera ad quietem laborum, neque nox ad cessandas fatigationes, neque prosperitas operum ad promtitudinem animi, neque meridies ad gustationem ciborum, [8] non hiems ad opus terrae praeparationis, non veri ad progeniem terrae pinguedinis, non

---

34. otiabuntur vel: vacabunt. — clementiae vel: miserationes. — concludentur vel: arcebuntur. — colligabitur vel: contrahetur. — **35.** postea operibus vel: post opera. — iustitia vel: aequitas, veritas. — (VI), **1.** sanctorum vel: sanctis. — paradisus vel: hortus — facie ad faciem horum vel: coram his. — camini vel: fornaces. — **2.** creaturarum vel: creationis. — **3.** videbitis et intelligetis vel: videte et intelligite. — cuius leges vel: quas leges. — **5.** umbrosae vel: opacae. — **6.** insigne vel: eminens. — suavitate mixtus vel: bene mixtus, temperatus. — **7.** ad quietem vel: in quietem. — prosperitas vel: bonus successus. — promtitudinem animi vel: propositum. — **8.** non veri (vel: in ver, vere) ad (vel: in) progeniem (vel: germen.). Petermanno videtur legendum: ver ad (vel: in) progeniem, aut: veri progenies. — pinguedinis. B. praeparationis. —

aestati aestus, neque autumnus ad curam impendendam fru-
ctui maturo, [10] non grando a violentia aërum, [12] neque pluvia
ad crescentiam arborum, non ros ad consolationem plantarum,
[13] neque aurora, quae indicat lucem diei, [14. 15] neque lampas
noctis tenebras manifestans, sed tantummodo corona gloriae
iustorum laetitia, impiis vero ignis inextinguibilis et cruciatus
aeterni, [17] hoc est iudicium."

[18] dedi responsum et ingemiscendo dico: „Beati sunt ii,
qui breve tempus sustinuerunt altitudinis gloriae causa, et
miseri nos, qui per breve tempus fecimus voluntatem corporis
nostri et in cruciatus aeternitatis intramus et in inextinguibili
igne cruciamur semper; melius esset, si non essemus utique
nati! [19] quis ex humanis vivis non peccavit! sive etiam quis
e natis non migravit mandata eius! [20] quemadmodum video,
paucis est ille mundus in laetitiam et multis in cruciatus.
[21] nam omnes omnino iniustitiis inquinati sumus. ivimus vias
perniciei et tramites mortis [22] et abalienati sumus a veritate
vitae." [24] dedit responsum et dicit mihi: [25] „Tu dixisti,
quod pauci sunt iusti, et multi sunt impii, et nunc attende
ad hoc: [26] gemmas pretiosas si habeas, utique (quoad) omnes
res secundum earum dignitatem parabis materiem; num, quod
indignum sit, iis simile reputabis? sive etiam simile (repu-
tabis) plumbo, sive etiam testae, sive etiam alii cuidam rei
simile? [27] et dixi: „Non." [28] et dicit mihi: „Dic tu terrae,
quare, quemadmodum testam multam generas, itidem et au-
rum non producis?" et illa responsum dabit tibi et dicet:
quoniam frequentior est testa quam ferrum, et ferrum quam
plumbum, et plumbum quam aes, [30] et aes quam argentum,

---

10. violentia vel: asperitate. — 14. 15. lampas vel: fax. —
18. ingemiscendo vel: ingemiscens. — Beati sunt ii vel: O felices eos! — corporis nostri (vel: carnis nostrae). A. B. C. D. corporum nostrorum. — semper vel: per omne tempus. — 19. vivis vel: animantibus. — 20. est om. B. — ille vel: is. — 21. iniustitiis vel: iniustitia, iniustis actionibus s. operibus. — ivimus vel: ingressi sumus. — 25. attende ad hoc vel: audi hoc. — 26. parabis vel: dispones, ordinabis. — simile (secundum) vel: similes (sc. gemmas). — simile (tertium) vel: similes. — 29. et plumbum quam aes om. C. —

[39] et argentum quam aurum, et aurum quam gemmae pretio-
sae. [32] elige igitur et vide, quod pretiosum est et desi-
derabile. [33] et dixi tibi: Quisnam nescit, quod paucum
et tenue est desiderabile?“ [34] et dicit mihi: „Quemadmodum
hominibus tenue videtur pretiosum et desiderabile, [35] itidem
et Altissimo pauci iusti pretiosi sunt, et laetus fit super pau-
cis, qui laudarunt nomen eius super terram, et per eos nomen
eius celebratur et laudatur. [36] propterea florebunt iusti et
celebrabuntur coram Deo. [37] ast magna multitudo indiscipli-
nata vapori assimilabitur et parata est igni incenso; erunt
facies eorum in pudorem et ignominiam.“

[38] et dum haec loquebatur mecum, ego ingemui et per-
turbabar, et diminuebatur in me animus meus, et dicebam:
„O terra, quare genuisti hominem? [39] nam cruciatibus aeter-
nitatis traditus est. [40] propter hoc lugebit gens hominum, et
exsultat bestia agri, et plangent omnes generationes rationa-
bilium, et laeti fiant omnes quadrupedes. [41] multo melius
est iis quam nobis; non enim resurrectionem exspectant ne-
que iudicia manent. [42.43] nobis quid utile est, si in iudicium
intramus et in cruciatus incessabiles? [44] beati (essemus),
si non esset nobis resurrectio, ut ab aeternitatis cruciatibus
liberaremur!“ [45] et hoc dum in animo habebam, et dicit
mihi: „Ab initio creaturarum antequam fiebat homo super
faciem terrae, praescius Altissimus antea paravit locum oble-

31. et plumbum quam aes om. C. — 32. elige vel; proba, discerne. — 33. Quisnam vel: Quis utique. — est vel: sit. — 35. laetus fit vel: gaudet. — super paucis vel: de paucis. — laudarunt vel: glorificarunt. — 36. celebrabunt B. — 37. erunt vel: fient. — pudorem vel: turpitudinem. —

38. perturbabar vel: commovebar. — diminuebatur vel: deficiebat. — 39. nam vel: quod. — 40. gens vel: genus. — agri vel: campi. — plangent B.: destruentur. C.: et satiabuntur et plangent. — fient B. C. D. — 41. manent, i. e. exspectant. — 42. 43. utile est vel: prodest. — si vel: quod. — 44. si vel: utinam. — ut vel: nam. — 45. habebam vel: agitabam. — creaturarum vel: creationis. — fiebat vel: factus est. — praescius Altissimus om. C. —

ctationis et cruciatuum. [46]intellige igitur, [47]quod habebant legem, qua poterant servari, et non observarunt, sed contempserunt (eam). quod responsum habeant dare die finis? quod tantum tempus longanimis fuit Altissimus, [48]et illi contemnendo perdiderunt animas suas."

[49]dedi responsum et dico angelo domini: „Peto abs te, domine, dic mihi. an post mortem, quando poscitur uniuscuiusque nostrûm anima, eamus in locum cruciatuum? an in quiete simus usque ad diem iudicii? an posthac intremus in cruciatus?" [50]dedit responsum et dicit: „Dicam et hoc tibi: tu ne referas te in reos mortis; nam tibi et similibus tuis paratus est thesaurus bonorum, quae non manifestabuntur tibi usque ad finem temporum. [51]audi igitur (ea), de quibus interrogasti. ita est verbum; nam quando praeceptum mortis exit, antequam homo animam exspirat, illico statim dividitur anima a corpore et abit in locum segregationis suae. [63]et si sit plena operibus bonis et observaverit mandata Altissimi, et quo tempore erat in corruptibili naturali corporis natura, serviit innocentiâ in firmitate omni horâ calamitatum: [64]illa (anima) exsultat et laeta fit in tranquillitate in septuplici via. [65]prima via, qua multo labore certavit contra omnia peccata. [66]secunda via videns paratos peccatis cruciatus. [67]tertia via testimonii, quod testatur ei Deus, quod magna fide servavit, quae datae ei sunt, leges. [68]quarta via, qua manifestantur ei parata bona, quomodo cum angelis in

---

47. servari vel: liberari. — habeant vel: habebunt, poterunt. — finis, i. e. ultimo. — longanimis fuit vel: patienter tulit. —

49. uniuscuiusque vel: singulorum. — eamus vel: ibimus. — simus vel: erimus. — intremus vel: intrabimus. — an posthac intremus in cruc. om. B. — 50. referas vel: numeres. — bonorum vel: felicitatis, beatitudinis. — 51. igitur vel: nunc. — nam vel: quod. — exspirat vel: exspiravit. — dividitur vel: separatur. — segregationis vel: destinationis, destinatum. — 63. naturali. C.: rationali. — innocentiae C. — in firmitate vel: firme. — 64. illa (anima) vel: ille. — 65. labore vel: fatigatione. — 66. videns vel: qua vidit. — peccatis vel: peccatorum. — 67. testimonii vel: testificationis. — 68. bona vel: felicitas, beatitudo. — ministrans vel: ministrata, servita. —

multa pace ministrans servatur. 69 quinta via, (qua) glorificata
est gaudio, quod exuit corruptionem et iam inter angelos com-
putatur haereditate consequi lucem infinitam. 71 sexta via,
qua ostenditur, quomodo facies ipsius illuminatur sicut sol
et non amplius corruptione obtenebratur. 72 septima via,
quae est super omnes vias, qua gloriatur confidentiâ et liber-
tate, non pudens sive etiam erubescens, sed exsultans festi-
nat videre faciem Dei, quemadmodum serviit innocentiâ ad
vitam, qua et glorificatura est et consecutura est mercedes
retributionis. 73 hae sunt viae animarum iustorum. 53 at im-
piorum animae, et quae non servarunt praeceptum Altissimi
et contempserunt leges eius et aversabantur a servis eius,
54 illae non intrabunt in aeternum in locum quietis. 55 sed
subito separatae animae a corpore tristitiâ et doloribus per
VII vias intrabunt in cruciatus aeternitatis. 56 prima via, quod
reliquerunt legem et permutarunt praecepta Altissimi. 57 se-
cunda via, quod noluerunt redire et poenitentiam agere, dum
in hoc mundo erant. 58 tertia via, qua affliguntur videndo
iustos in tranquillitate et suos ipsarum cruciatus. 59 quarta
via, quae (qua?) stat et manet ad finem temporum in sempi-
terno igne. 60 quinta via, qua vident aliarum quietem gra-
tam Altissimo et servatam in angelorum ministerio et in in-
nocentia valde. 61 sexta via, qua vident postea paratum
regnum sanctorum et suam ipsarum prorsus perniciem. 62 se-
ptima via, quae est super omnes vias, qua macerantur et
consumuntur pudore et ignominia et circumdatae sunt intel-
tectu et timore, ut vident vias Altissimi, coram quo peccave-

---

69. glorificata (vel: celebrata) est s. celebravit. — iam vel: igitur. — inter angelos vel: cum angelis. — 71. illuminetur vel: lucet. — 72. libertate vel: audaciâ. – vitam vel: salutem. — glorificatura est vel: glorificabitur. — 73. iustorum vel: iustarum. — 53. quae vel: qui. — leges vel: legem. – 54. illae vel: illi. — 59. quae vel: qua? — sempiterno vel: aeterno. — 60. aliarum vel: aliorum. — in innocentia valde vel: in magna innocentia. — 61. videbant B. -- sanctorum vel: sanctis. — prorsus vel: totam. — 62. circumdatae vel: occlusae. — ut vel: ubi – vivae vel: viventes. — iusto (sc. Deo) C. —

runt vivae in corpore, et coram iustis cruciandae sunt.
75 dedi responsum et dico: „Dabiturne tempus animabus ad
videndum, quomodo crucientur post separationem earum a
corpore inde?“ 76 et dicit mihi: „Dabitur tempus non tran-
quillitatis, sed cruciatuum; nam in locis tormentorum obstru-
ctae sunt peccatorum animae et servantur in cruciatibus ter-
ribilium angelorum usque ad diem convictionis et iudiciorum
et retributionis boni et mali.

77 dixi: „Peto abs te, concede mihi et hoc interrogare:
et nunc die iudicii possint(ne) iusti cohibere impium, aut et
(an) intrare in precationes pro iis, uti patres pro filiis, sive
etiam filii pro patribus, sive etiam fratres pro fratribus, seu
gens pro gente, sive etiam amici pro amicis?“ 78 dedit re-
sponsum et dicit mihi: „Ne quis decipiatur in hoc. nam die
iudicii personarum ratio non habetur, et omnis veritas obsi-
gnabitur. 80 nam quemadmodum non (est) aliquis, quem
(aliquis) mittet ad moriendum pro eo, aut ad dormiendum,
aut aegrotandum, aut ad edendum, sive etiam ad bibendum:
81 itidem et nemo tunc poterit pro aliquo supplicare, 82 sive
etiam aliquem abalienare a cruciatibus. 83 sua quemque opera
defendunt.“ VII, 36 dedi responsum et dico: „Quomodo inve-
nimus, quod Abraam rogavit Deum pro Lot et pro domo
eius, et Moses pro patribus nostris, qui mortui sunt diebus
eius, 38 et Davith pro plagis populi, et Solomon pro santitate,
39 et Elia pro adventu pluviae, et Elisê pro vita mortui, 40 et

---

75. crucientur vel: cruciabuntur. — inde vel: illo. — 76. tormentorum vel: punitionis. — obstructae vel: inclusae. — servantur vel: custodiuntur. — cruciatibus vel: vexationibus. — convictionis vel: diiudicationis. — boni et mali vel: bonae et malae. —

77. et nunc vel: iam vero. — die iudicii. C. add.: quod rationem non habet personae. — possint(ne) vel: poterunt(ne). — cohibere vel: abalienare. — intrare (induci) in (ad) precationes 4 codd., sufficere precationibus vel: suscipere precationes ed. — gens pro gente vel: tribus pro tribu. — 78. in hoc vel: hac in re. — diebus A. D. — obsignabitur vel: confirmabitur. — 80. mittet vel: mittat. — VII, 40. valetudine vel: sanitate. —

Ezekia pro populo diebus Sennecherimi et pro sua valetudine, et alii pro aliis? [41] nam si, quando corruptio vigebat, et iniustitia crescebat, petierunt iusti pro impiis a Deo et acceperunt: quare tunc hoc non fit?" [42] dedit responsum et dicit mihi: „In hoc mundo si petent iusti, accipient; etenim prodest iis poenitentia, cuius causa intercedunt. [43] nam mundus hic perfectionis est et non gloriae. at in illo mundo vitae, in quo praeterit ordo poenitentiae, [44] et finita est corruptio, et soluta est paupertas, et prohibita est fides, et viget iustitia, et oritur veritas, [45] nemo potest misericordiam consequi, qui pro suis operibus transgressionis (delapsus) est in cruciatibus et in iudicio."

[46] et dixi ei: „Non ab initio utique dixi hoc, quod melius erat, si non esset utique natus super terram, quam repente periens? [47] quid prosit homini, si venerit ad multa tempora, et vita sit tristitià et post mortem exspectet cruciatus? [48] nobis quid prosit peccatoribus, si promissa sit resurrectio post mortem, et nos digna morte opera perpetravimus? [50] quid prosit nobis, si iustis parata sint inenarrabilia bona, et nobis peccatoribus pudor? [51] quid prosit peccatoribus nobis, si promtuaria bonorum iustis sunt, et nos aberrantes sumus malis? [52] quae communio sit nostra cum spe bonorum, quae in thesauro reposita sunt bonis, nos per arduam viam ivimus? [53] quid facit nobis, si coelestis paradisus paratus sit immaculatis, cuius fructus non marcescens est, in

---

41. crescebat vel: augebatur. — tunc vel: nunc? — 42. iis vel: eorum. — cuius A. D.: quorum. — intercedunt vel: supplicant. — 43. perfectionis vel: consummationis. — 44. prohibita vel: conclusa. — oritur vel: effulget. — 45. operibus vel: actionibus. —

46. erat vel: esset, fuisset. — periens vel: perditus. — 47. prosit vel: proderit. — venerit ad vel: assecutus sit. — vita sit vel: vitam degat. — 48. prosit vel: proderit. — si promiserit resurrectionem A. B. D. — 50. prosit vel: proderit. — pudor vel: ignominia. — 51. prosit vel: proderit. — bonorum. A. B. C. D.: gloriae. — iustis vel: iustorum. — aberrantes vel: seducti. — 52. sit nostra vel: erit nostrûm. — 53. facit vel: prodest. — stat vel: est. —

quo stat oblectatio et exsultatio infinita, [55]si nos non intremus? [54]et quando iustorum facies illuminabuntur sicut sol, et nostrae facies obtenebrabuntur sicut nox caliginosa? in veritate quidem non unquam animo agitavimus in vita, quid habeamus pati post mortem. [48]O Adam, quid fecisti! tu solus peccasti, et tibi soli non fuit calamitas, sed omnibus omnino, qui a te nati sunt." [57]dedit responsum et dicit: „Laborabunt in terra abiicere malum, ne patiantur hoc quod dixi, sed abiiciendo malum accipient bona. [59]penes homines est eligere vitam et mortem; etenim Moses dixit hoc iis, [60]et ii non crediderunt ei et omnibus post eum prophetis, et Deus (erat), qui locutus est cum iis."

[62]dedi responsum et dico: „Scio et ista ratione credo, quod in miserando misericors est Altissimus, [63]et in parcendo clemens (erga eos), qui redeunt ad eum, [64]longanimis est (erga eos), qui peccant; [65]et largitor; etenim promtus est et ad largiendum et ad remittenda delicta. quid prosit Altissimo, si peribunt tot animae, quas fecit, et paucae tantum animae non peribunt? [66]scio quod multum misericors est. [67]si non miserebitur, non potest liberari homo. [68]itidem et largitor est; si non largietur et levabit peccata nostra suo hominum amore, non poterit omne corpus liberari. [69]iudex est, qui arguit et iudicat et post declarationem non incusat.

---

55. intremus vel: intrabimus. — 54. facies vel: vultus. — illuminabuntur vel: splendebunt. — agitavimus vel: reputavimus. — habeamus pati vel: quid hab. patiendum, quid patiendum sit nobis. — 48. fecisti vel: perpetrasti. — calamitas vel passio. — a te vel: ex te. — 57. Laborabunt vel: laborent, studeant. — 59. „penes homines est." disiungenda est vox arm. P. — 60. ii vel: illi. — et omnibus vel: nec omnibus. — „et Deus (erat)." dativus Petermanno legendus videtur: „et (nec) Deo." —

62. Scio om. B. — ista ratione vel: sic. — 63. 64. qui redeunt ad eum, longanimis est om. C. — 65. promtus est ad largiendum A. C. D. — fecit vel: creavit. — peribunt vel: pereant. — 66. multum vel: valde. — 67. miserebitur vel: misereatur. — liberari vel: servari. — 68. et levabit om. B. — suo hominum amore vel: sua humanitate. — non — omne, i. e. nullum. — liberari vel: servari. — 69. arguit vel:

nam si non incuset et non puniat multitudinem seditionis, nemo manebit ab omni multitudine extra paucos illos; et ubi sit misericordia eius, quam promisit, aut clementia aut benignitas, aut hominum amor? cui prosit illud, si non vexatis peccatoribus? num propterea creavit tot animas, ut perdat? absit! non scientiâ plenus est? nesciat, quid faciat homo ante quam natus sit? et omnis rei sciens est antequam fiat."
VIII. [1] dedit responsum et dicit mihi: „Quod te altius est, ne loquere hoc et ne simules coram Deo; quod praeceptum est tibi, hoc intellige. hunc mundum multorum causa fecit, illum vero paucorum causa. nam quamquam praescientia ab eo multa est, sed (tamen) liberam suam voluntatem largitus est hominibus, scientiam actionis, ut sciant, quod faciunt, ut non crucientur. quare, qui idem corpus habent et eundem affectum motionum et iustis non similes fuerunt, non solum eorum viam non iverunt, verum etiam contempserunt eos et abominati sunt mores eorum? propterea Altissimus paucos servavit in illum mundum. [2] dicam tibi et parabolam, et responsum da mihi. si rogabis terram dare tibi terram, quae producit adspectus honorabiles et pretiosos, et dabit tibi terram, quae facit adspectus varii generis, sicut honorabile paucum, et inhonoratum duplex: non sedeas (et) eligas tibi honorabile, et inhonoratum reiicias?" [3] intellexi igitur, verum esse exemplum, et dixi: „Rectum est."

---

corripit, convincit. — seditionis vel: petulantiae. — si non incuset — paucos illos, i. e. si non incusaret nec puniret —, omnes omnino cum paucis illis bonis beati fierent: B. — sit vel: esset. — hominum amor vel: humanitas. — prosit vel: prodesset. — vexatis vel: afflictis. — absit vel: minime vero, nequaquam. — nesciat vel: nescire eum. — VIII, 1. praeceptum est s. praecepit. – ab eo vel: eius. - multa vel: magna. — scientiam actionis vel: cognitionem operis. — similes fuerunt vel: aequati sunt. — iverunt vel: ingressi sunt. — abominati vel: detestati. — mores vel: vitam. — in illum mundum vel: illi mundo. — 2. producit vel: producat. — adspectus vel: formas (bis). — varii vel: diversi. — sedeas vel: sedebis. — eligas vel: eliges. — reiicias vel: reiicies. —

4 et coepi dicere in animo meo: „O anima mea, fruere quaecunque [illegible] vis, et seda mentem, [illegible], et [illegible]. 5 et [illegible], quo [illegible]; non enim tibi facta sunt aut parata bona delectationis, sed hoc tantum breve tempus vitae." 6 et reputavi iterum dicere verbis quaedam coram Altissimo, quomodo dabit nobis semina fructuum, in quo fiat nobis fructus. sive etiam, quomodo feret omnis locus corruptus fructus bonorum operum et servet, licet non det. 7 opus sumus manuum eius, et propterea digni sumus misericordia eius. 8 nam hic [illegible] non reddit; manifestum est, in quorum utero format continuo hominem et dat vitam et nutrimentum, itidem et dispensationem variorum seminum vino et oleo, igne et aqua. tempore IX mensium in natura in utero matris gignit infantem. prudentiâ ei subministrat 9 et cautione servat eum, et quando avellit et dat tempore suo parvulum, 10 quem praecepit gignere in lactendo lac 11 usque ad aliquod tempus, et postea uti suâ prudentiâ et alere proventibus fructus sui. 12 et instruit eum lege sua; et paulatim augere in eo intellectum et scientiam omnium malorum et bonorum, et quae non sunt eadem ratione. 13 et post hoc omne mori facit eum. sic habet vim super opera sua. 14 tunc vero si perdet eum tantis temporibus fictum et natum labore et doloribus et fatigationibus, nutritum et eruditum facilibus ordinibus, quid prosit?"

---

4. fruere vel: oblectare. — vis vel: velis. — seda vel: mitiga. — 5. delectationis vel: felicitatis. — 6. reputavi vel: cogitavi. — dabit vel: det. — quo vel: quibus. — servet vel: conservet, salvet. — 7. a (e) manibus C. — propter hoc C. — 8. hic vel: hoc in mundo. — format vel: fingit, creat. — continuo vel: semper, quotidie. — dispensationem vel: sustentationem. — in natura. C.: in habitatione. — 9. cautione vel: curâ. — servat vel: custodit. — avellit vel: depellit, reddit. — et dat. C.: et hoc. — parvulum vel: infantem. — 10. gignere vel: nasci. — in lactendo. in respiciendo var. l. — 11. ad vel: per. — uti vel: vivere. — suâ prudentiâ vel: suo intellectu. — alere vel: ali. — 12. instruit vel: erudit. — lege sua. A. B. C. D.: exemplis suis. — augere vel: auget. — scientiam vel: cognitionem. - quae vel: qui. — 14. ordinibus vel: rationibus. —

15 et dum hoc cogitabam, aperui os meum et coepi precari
Altissimum et dicebam: „Domine deus, uti Deus tuorum
operum miserere et tuarum creaturarum, et auxiliator esto
tuis possessionibus, ac praesertim etiam tuo populo, cuius
causa ego lugeo, et haereditati tuae, cuius causa tristatus
sum, 16 et genti meae Israeli, cuius causa ego lugeo, et
proli Abraami, cuius causa ego perturbatus sum, 17 et com-
putas nos et transgressiones nostras. 18 nam audivi ego in-
clementiam magnam, quae in futuro (tempore) fiet. 19 pro-
pterea factor omnis (rei), longanimis Altissime, adtende voci
meae et aurem praebe verbis meis, quae loquor coram te
orando coram te.

Preces prophetae Ezrae.

20 Qui habitans es in aeternum, cuius oculi cuncta ma-
nifeste vident et perscrutantur, et coenacula eius in auris,
21 cuius solium ineffabile, et gloria inenarrabilis, circum quem
stant multitudines exercituum angelorum adorare cum timore,
22 et mandato eius et verbo animas in ignem reddit, 23 cuius
verbum immobile et validum omnia disponit secundum unius-
cuiusque ordinem, cuius mandatum vehemens, et ordo terri-
bilis, cuius adspectus arefacit abyssos, et verbum minationum
findit terram; omne quod vult, e nihilo creat et factum vi
mutat, cuius veritas testatur: 24 audi vocem servi tui et aurem
praebe petitionibus ministri tui, attende verbis meis! 25 dum
vivens sum, loquar. 26 ne respicias lapsum; qui habent vo-

---

15. populo vel: coetui. — tristatus vel: tristis. — 17. transgressiones nostras vel: delicta nostra. — 18. fiet vel: futura sit. — 19. factor vel: creator. — adtende voci meae vel: audi vocem meam. —

20. coenacula. ὑπερῷα Peterm. — auris vel: aëre, sublimi. — 21. solium vel: thronus. — ineffabile vel: infinitum. — adorare vel: adoraturi, adorantes. — reddit vel: vertit. — 23. immobile vel: immutabile. — validum vel: forte. — disponit. B. C.: lege sancit. — ordo vel: dispositio. — abyssum B. — findit vel: rumpit. — 24. petitioni B. C. — 26. lapsum vel: casum, ruinam, perversitatem. — observare vel: observandi. — victi vel: superati. — tamquam vel: ut-

luntatem observare mandata tua, victi sunt a cogitationibus mali, sed miserere tamquam beneficus et salvator, et parce et confirma ut sanator, qui tu solus es sine peccatis; immo peto abs te, ne respicias transgressiones coetus tui, sed (eos), qui recte servierunt tibi veritate. [27] parce, ne rependas secundum opera eorum impia, sed propter eos, qui (cum) timore servarunt pactum tuum, parce; [28] et ne mente agites de iis, qui iverunt malignitate coram te, sed recordare (eorum), qui voluntate timorem tui cognoverunt. [29] et noli perdere (eos), qui mores ipsorum brutis similes reddiderunt, sed repice clementiâ servos tuos, qui in gloria tua confisi sunt. [31] nam nos, et qui ante nos (fuerunt), digne morte voluntatis egimus. tu, domine, hominum amans, propter nos peccatores longanimis vocatus es. [32] (nam quamquam et nos sub qualibus bonis operibus eramus) et nihil secundum voluntatem tuam fecimus, sed pollutionem corporum secuti sumus. tu clementer misereberis, tunc vocaberis misericors. [33] etenim sancti tua voluntate egerunt sanctitate, non egent misericordiâ, quoniam suorum operum habent mercedem retributionis. [34] quid sumus nos homines, ut irascaris nobis veritate? [35] nemo est super terra natus, qui non peccavit. [36] in hoc cognoscetur tua clementia, quando misereberis et indulgebis nobis et missas facies impietates nostras, qui non haben materiem bonorum operum."

---

pote. — parce vel: indulge. — sanator vel: sanans, curans, medicus. — qui vel: quod. — immo. B.: sed. — transgressiones vel: delicta. — coetus vel: populi. — 27. parce vel: indulge. — eos. B.: hos. — pactum vel: foedus. — parce vel: indulge. — 28. mente agites vel: cogites. — malignitate vel: malitiâ. — voluntate vel: libenter. — tui vel: tuum. — 29. mores. B.: verba. — ipsorum vel: suos. — 31. morte voluntatis vel: voluntate mortis. Petermanno legendum videtur: voluntarie, sponte. — domine vel: dominus. — longanimis vel: patiens. — 32. nam — eramus om. C. sensum ita reddidit Peterm.: nam quamquam tam bene erga nos agebas. mihi haec delenda videntur. — et vel: tamen. — pollutionem vel: immunditiam. — corporum. C.: corporis. — misereberis vel: miserearis. — 33. sancti. A.: sanctâ. — tua voluntate vel: secundum tuam voluntatem. — sanctitate vel: sancte. — operum vel: actionum. — veritate vel: vere, diligenter. —

[37]dedit responsum mihi dominus et dicit mihi: „Si revertendo revertentur ad me peccatores ex omni corde suo, [38]non cogitabo secundum prima peccata eorum rependere, sed in fine exitus animarum eorum, quemadmodum inveniam, et iudicabo atque sic laetabor de iis, qui revertuntur ad bona opera, [39]quomodo laeter de iustis meis. [41]similem fac me simplici agricolae. quomodo agricola arat, plantat, quantumcunque vult et libet (ei), et secundum singula tempora curam gerit, uti decet, etiamsi fiat, ut aliqua (planta) ex iis debilitetur et appropinquet ad corruptionem, in quibus curam impendit; et si curâ suâ vincit, gaudio laetus fit; nam, quod debilitari volebat, vires recuperavit; sin vero nihil prosit convenienti tempore, cura amovebitur magnâ tristitiâ: hac ratione erunt (res) super terra. longanimis fiet erga illos Altissimus. nam si poenitebit illos eorum, quae impie egerunt, fecerunt bona, sin minus, punientur.“ [42]responsum dedi et dico: „Quoniam semel permisisti mihi loqui coram te, precor te, dic mihi servo tuo: [43]Semina agricolae, si non accipient modice pluviam, arescit; [44]itidem et homo, cuius tu non misereberis, non potest salvari. [45]propterea parce, domine, populo tuo et miserere haereditatis tuae, tuae possessionis, et operum manuum tuarum misereberis.“

[46]dedit responsum et dicit mihi: [50]„Miseria miseri fient homines, qui habitantes sunt in hoc mundo pro eo, quod multa impietate iverunt, et de venturo tempore non reperta est in iis ulli scientia. [51]sed tu propter te animo

37. omni vel: toto. — 38. prima, i. e. antea commissa. — eorum vel: iis. — et vel: ita. — 39. laeter vel: laetabor. — 41. similem fac vel: compara. — simplici vel: fido, sincero. — arat vel: serit. — corruptionem vel: perniciem. — in quibus vel: de quibus. — laetus fit vel: gaudet. — quod vel: quae (planta). — fiet vel: erit. — impie egerunt. A.: lege sancita erant. — fecerunt bona vel: bene egerunt. — punientur vel: castigabuntur, cruciabuntur. — 43. arescit. „sic! pro arescunt“ Peterm. — 44. salvari vel: servari. — 45. misereberis vel: miserearis. —

50. habitantes sunt vel: habitant. — impietate. B. C. D.: superbiâ, fastu. — venturo vel: futuro. — in iis vel: inter eos. — 51. agita vel: volve. — cura (vel: stude, cogita). C.: spiritus s. animae. —

agita et propter gloriam, quae tibi manet, cura. [52]nam apertus stat tibi verus paradisus, et plantata arbor veri paradisi, et parata est vita venturae voluptatis; aedificata est civitas, disposita est requies, ornata est bonitas, obsignatus est [53]morbus, impedita est mors, in pudorem facta sunt inferna, expulsa est a vobis corruptio, [54]separatus est a vobis omnis labor, manifestati sunt vobis thesauri immortalitatis. [55]ne etiam roges de interitu populi. [59]nam sicut vobis paratum est, quemadmodum superius dixi: itidem et illis, itidem venturi sunt fervor et cruciatus. [60]ego feci hominem, ut observet mandata mea et caveat a morte aeternitatis; illi omni hora semper exacerbarunt me. [61]propter hoc iudicium meum firmum est." et locutus sum cum domino et dixi: „Rogo te, domine; loquere cum misero populo, ut audiant a te et credant, timeant et redeant, et ne pereant, sed serventur; nam si alius quisquam loquetur, fortasse non credent huic ex hominibus." dedit responsum dominus et dicit: „Ego omni hora servis meis, qui mihi grati sunt, apparere feci personam meam et locutus sum cum dignis me; aliis vero per homines cognoscendum me praebui. ego sum dominus, qui examino corda et renes et cognosco hominem ante exitum eius ex utero. ego scio, quod loquar cum iis in conspectu; illi non obtemperabunt, sed magis etiam rebellando re-

---

52. stat vel: est. — veri vel: vera. — venturae (vel: futurae) voluptatis. B. D.: ventura voluptas. — disposita vel: concinnata. — obsignatus vel: sigillatus. — 53. impedita vel: prohibita. — in pudorem. B.: pudor. — 54. labor vel: fatigatio, dolor. — vobis. C.: in vobis vel: inter vos. — 55. etiam vel: adhuc, iterum. — 59. illis vel: iis. — fervor vel: sitis. — 60. ego feci. C.: et fecerunt. — caveat vel: declinet. — 61. loquitur vel: loquatur. — hora vel: tempore. — grati sunt vel: placent. — apparere feci vel: ostendi. — personam meam vel: me ipsum. — aliis vel: caeteris. — cognoscendum me praebui vel: cognoscere me feci. — examino vel: perscrutor. — Peto abs te vel: Interrego te. — tantum vel: non nisi. — cupiamus vel: optemus. — scire vel: sciamus. — scientiam vel: cognitionem. — cur enim omnino vel: cur tandem. — formasti vel: finxisti, creasti. — illo vel: cum illo, per illud. — honore vel: dignitate, digne. — angelis meis. B.: spiritus (vel: animae) angelorum meorum. — intelligentiam vel:

bellabunt." dedi responsum domino et dico: „Peto abs te, Altissime, cur non datum est nobis eiusmodi cor, ut sciamus tantum bonum et id tantum faciamus, et id tantum cupiamus, et id tantum scire dulce; sed quando accepimus mali scientiam, ad illud propensi sumus, quod tu odisti. cur enim omnino formasti hominem, ut illud habeamus et illo peccemus?" dedit responsum mihi dominus et dicit: „Ego feci hominem, ut ne pereat, sed hanc vitam honore vivat, et illam vitam haereditate accipiat. et aequalem angelis meis dedi ei intelligentiam scire, quid est bonum, aut quid est malum. et honoravi eum et dedi ei potestatem facere, quidquid velit, et obediens ei feci, quodcunque sub coelis, ut imperet iis; dedi legem et mandata, ut hic possint vivere, aut et sicut immortalia bona possideant. at ille talem potestatem a me accepit, quem bonum creaveram, non bene usus est et peccavit. non pravum quidquam creavi, sed omnia quae feci valde bona (feci s. fuerunt), singulis quae facta sunt, in ipsorum usum facta sunt. nam quomodo factum est ferrum non ut interficiat, sed ut terram colat et in usum hominum sit, at homines non ad quod creati sunt, in eo steterunt, sed quod non factum est bonum, ei manus iniecerunt: itidem et aliud quidquam bene factum in malum mutarunt. non igitur qui bene formet, causa (est), sed qui non bene fruitus est, contumelia affecit creatorem eorundem. propterea stant iis cruciatus; quae enim a me facta sint, omnia oportet eorum duce noverint me, atque etiam, qui non fruitus est iis, cognovit me. cessa igitur et ne cogites de iis."

---

sapientiam. — scire vel: sciendi, ut sciat. — quid est vel: quid sit (bis). — facere vel: faciendi. — obediens vel: subiectum. — legem vel: leges. — bonum vel: bene. — bene vel: bono. — pravum vel: turpe, malum. — facta sunt vel: fuerunt. — usum vel: necessitatem. — colat vel: subigat. — steterunt vel: manserunt. — bonum vel: bene. — ei manus iniecerunt vel: id aggressi sunt. — bonum — quidquam om. C. — formet vel: creet. — fruitus vel: usus. — stant vel: manent. — quae enim a me facta sint, omnia vel: ;qui enim a me facti sunt, omnes. — noverint vel: nosse. — fruitus est vel: fructum coepit ex. — cessa vel: quiesce. — cogites vel: cures. —

[63] dedi responsum et dico: „Peto abs te, domine, non servas odium, non habet potestatem anima mea non interrogare te. propterea ausculta servo tuo; propterea multiplicasti mihi multitudinem signorum et non dixisti mihi, quando sit, aut quo loco.“ IX. [1] dedit responsum et dicit mihi dominus: „Metiendo designa tu adventum signorum, et sit, quando videbis, quod prope sint omnia ad consummationem. [2] tunc intellige finem. opus est antea fieri, quae dicta sunt signa, atque sic venire finem. [3] fiet appropinquando tempore turbatio populorum, motiones locorum paganorum, dolus ducum, commotio sanctorum, persecutiones sacerdotum, perversio sanctae fidei et haesitatio populi, confusio ethnicorum, afflictio urbis, accensus ignis in variis locis, commotio multa, segregatio variarum gentium, urbium et pagorum, abundantiae seductionum a daemonibus impuris. tunc intelliges prope esse finem. [8] et qui tunc invenietur me dignus, is servabitur et videbit salutem meam et terram novam et terminos meos, quos sanctificavi ante aeternitatem. [9] et tunc videbunt contemptores et plangent et mirabuntur, qui nunc vident vias meas. propterea stat et manet iis paratum iudicium pro eo, quod non cognoverunt beneficia legis meae, observare omnia, quae in ea scripta sunt. [13] sed tu ne misceas te cum talibus, quos flamma ignis combustura est.“

[14] dedi responsum et dico: [15—22] „Domine, multoties

---

63. sit vel: erit. — IX, 1. sit vel: erit. — prope vel: propinqua. — consummationem vel: finem. — 2. opus est vel: oportet. — 3. turbatio vel: tumultus. — paganorum vel: ethnicorum. — dolus vel: insidiae. — haesitatio vel: dissensio, divisio. — confusio vel: perturbatio, seditio. — urbis vel: civitatis. — accensus vel: ustio. — segregatio vel: divisio, separatio. — pagorum vel: vicorum. — seductionum vel: errationum. — prope vel: propinquum. — 8. novam. C.: eius. — terminos vel: fines. aeternitatem vel: saecula. — 9. plangent vel: lamentabuntur. — quod vel: quoniam. — beneficia vel: gratiam. — observare vel: ut observarent, tenerent. —

15—22. multoties vel: saepe. — labore vel: defatigatione. — cautione vel: diligentiâ. — brevibus vel: brevi. — beneficus vel: gratus. — ferre vel: pati, habere. — opera vel: actiones. — desidero

dixi: multos perire et paucos servari, (eosque) multo labore; quis poterit cautione parare sic, quomodo et tua lex praecipit." dedit responsum Dominus et dicit: „Nihil, quod supra hominem est, praecepi, et non impossibile; sed dico tibi brevibus, quod, quemadmodum tu vis honorari a servo tuo, tuum fac tu quoque Deo vivo, et quod tibi malum videtur, tu ne socio tuo facias, et quemadmodum vis beneficus fieri, si amabis eundem, tu quoque fac. nam si hoc ferre a fratre tuo tibi facile videbitur, tu quoque ei fac, quod vobis quidem vestrum mandavi; nam quâ ratione et (quacunque ratione) voluntas est, eâdem et opera, et quâ ratione et (quacunque ratione) opera sunt, eâdem et mercedes. peribit insipiens et amens gens, et servabuntur honorabiles et margaritae, non enim delector multitudine impiorum, quomodo desidero paucos et sanctos. sic fiet, et hoc stabit, et sic definitum est a me, et nihil ex iis praeteribit, donec fiet iudicium et finis verborum meorum." et ut finem fecit dominus loquendi mecum, et videbam gloriam Altissimi decies millies sole lucidiorem. tunc adhuc etiam habebat me timor et tremor; ex tanta gloria veniebat ad me angelus, qui primo locutus est mecum, et fortificavit me et reddidit mirationem meam mihi et mandatum dedit mihi et dicit: „Ne timeas et ne contremiscas; nam invenisti gratiam coram Deo. [23]observa tu alios etiam dies VII [24]ire in planitiem, ubi non sit domus aut tectum, nec aliud quidquam nisi flores, et ne quid gustes, sed tantum a floribus campi, ubi tu sis, [25]et pete ab Altissimo sine taedio, et postea veniam ego ad te."

IV.

[26]Et ivi ego secundum verbum eius in campum, in

---

vel: cupio. — sic et hoc stabit C. — habebat vel: tenebat. — veniebat vel: venit. — locutus est vel: locutus erat. — 23. observa vel: ieiuna. — 24. ire vel: eundo, ut eas. — planitiem vel: campum. — sit vel: est. — tectum vel: habitatio. — sed tantum vel: nisi. — sis vel: eris. — 25. sine taedio (i. e. indesinenter) vel: sine molestia, sine anxietate. —

26. nominatus vel: nomine. — facultatem vel: potestatem. —

quo stat oblectatio et exsultatio infinita, [55] si nos non intremus? [54] et quando iustorum facies illuminabuntur sicut sol, et nostrae facies obtenebrabuntur sicut nox caliginosa? in veritate quidem non unquam animo agitavimus in vita, quid habeamus pati post mortem. [48] O Adam, quid fecisti! tu solus peccasti, et tibi soli non fuit calamitas, sed omnibus omnino, qui a te nati sunt." [57] dedit responsum et dicit: „Laborabunt in terra abiicere malum, ne patiantur hoc quod dixi, sed abiiciendo malum accipient bona. [59] penes homines est eligere vitam et mortem; etenim Moses dixit hoc iis, [60] et ii non crediderunt ei et omnibus post eum prophetis, et Deus (erat), qui locutus est cum iis."

[62] dedi responsum et dico: „Scio et ista ratione credo, quod in miserando misericors est Altissimus, [63] et in parcendo clemens (erga eos), qui redeunt ad eum, [64] longanimis est (erga eos), qui peccant; [65] et largitor; etenim promtus est et ad largiendum et ad remittenda delicta. quid prosit Altissimo, si peribunt tot animae, quas fecit, et paucae tantum animae non peribunt? [66] scio quod multum misericors est. [67] si non miserebitur, non potest liberari homo. [68] itidem et largitor est; si non largietur et levabit peccata nostra suo hominum amore, non poterit omne corpus liberari. [69] iudex est, qui arguit et iudicat et post declarationem non incusat.

---

55. intremus vel: intrabimus. — 54. facies vel: vultus. — illuminabuntur vel: splendebunt. — agitavimus vel: reputavimus. — habeamus pati vel: quid hab. patiendum, quid patiendum sit nobis. — 48. fecisti vel: perpetrasti. — calamitas vel passio. — a te vel: ex te. — 57. Laborabunt vel: laborent, studeant. — 59. „penes homines est." disiungenda est vox arm. P. — 60. ii vel: illi. — et omnibus vel: nec omnibus. — „et Deus (erat)." dativus Petermanno legendus videtur: „et (nec) Deo." —

62. Scio om. B. — ista ratione vel: sic. — 63. 64. qui redeunt ad eum, longanimis est om. C. — 65. promtus est ad largiendum A. C. D. — fecit vel: creavit. — peribunt vel: pereant. — 66. multum vel: valde. — 67. miserebitur vel: misereatur. — liberari vel: servari. — 68. et levabit om. B. — suo hominum amore vel: sua humanitate. — non — omne, i. e. nullum. — liberari vel: servari. — 69. arguit vel:

nam si non incuset et non puniat multitudinem seditionis, nemo manebit ab omni multitudine extra paucos illos; et ubi sit misericordia eius, quam promisit, aut clementia aut benignitas, aut hominum amor? cui prosit illud, si non vexatis peccatoribus? num propterea creavit tot animas, ut perdat? absit! non scientiâ plenus est? nesciat, quid faciat homo ante quam natus sit? et omnis rei sciens est antequam fiat."
VIII. [1] dedit responsum et dicit mihi: „Quod te altius est, ne loquere hoc et ne simules coram Deo; quod praeceptum est tibi, hoc intellige. hunc mundum multorum causa fecit, illum vero paucorum causa. nam quamquam praescientia ab eo multa est, sed (tamen) liberam suam voluntatem largitus est hominibus, scientiam actionis, ut sciant, quod faciunt, ut non crucientur. quare, qui idem corpus habent et eundem affectum motionum et iustis non similes fuerunt, non solum eorum viam non iverunt, verum etiam contempserunt eos et abominati sunt mores eorum? propterea Altissimus paucos servavit in illum mundum. [2] dicam tibi et parabolam, et responsum da mihi. si rogabis terram dare tibi terram, quae producit adspectus honorabiles et pretiosos, et dabit tibi terram, quae facit adspectus varii generis, sicut honorabile paucum, et inhonoratum duplex: non sedeas (et) eligas tibi honorabile, et inhonoratum reiicias?" [3] intellexi igitur, verum esse exemplum, et dixi: „Rectum est."

---

corripit, convincit. — seditionis vel: petulantiae. — si non incuset — paucos illos, i. e. si non incusaret nec puniret —, omnes omnino cum paucis illis bonis beati fierent: B. — sit vel: esset. — hominum amor vel: humanitas. — prosit vel: prodesset. — vexatis vel: afflictis. — absit vel: minime vero, nequaquam. — nesciat vel: nescire eum. — VIII, 1. praeceptum est s. praecepit. — ab eo vel: eius. - multa vel: magna. — scientiam actionis vel: cognitionem operis. — similes fuerunt vel: aequati sunt. — iverunt vel: ingressi sunt. — abominati vel: detestati. — mores vel: vitam. — in illum mundum vel: illi mundo. — 2. producit vel: producat. — adspectus vel: formas (bis). — varii vel: diversi. — sedeas vel: sedebis. — eligas vel: eliges. — reiicias vel: reiicies. —

[4] et coepi dicere in animo meo: „O anima mea, fruere,
quocunque modo vis, et seda mentem, terra, ut audias, [5] et
eas, quo nolis; non enim tibi data sunt aut parata bona de-
lectationis, sed hoc tantum breve tempus vitae.“ [6] et repu-
tavi iterum dicere verba quaedam coram Altissimo, quomodo
dabit nobis semina fructuum, in quo fiat nobis fructus, sive
etiam, quomodo ferat omnis locus corruptus fructûs bonorum
operum et servet, licet non det. [7] opus sumus manuum eius,
et propterea digni sumus misericordia eius. [8] nam hic vivos
nos reddit; manifestum est, in quorum utero format continuo
hominem et dat vitam et nutrimentum, itidem et dispensatio-
nem variorum seminum vino et oleo, igne et aqua, tempore
IX mensium in natura in utero matris gignit infantem, pru-
dentiâ ei subministrat [9] et cautione servat eum, et quando
avellit et dat tempore suo parvulum, [10] quem praecepit gi-
gnere in lactendo lac [11] usque ad aliquod tempus, et postea
uti suâ prudentiâ et alere proventibus fructus sui. [12] et in-
struit eum lege sua; et paulatim augere in eo intellectum et
scientiam omnium malorum et bonorum, et quae non sunt
eadem ratione. [13] et post hoc omne mori facit eum. sic ha-
bet vim super opera sua. [14] tunc vero si perdet eum tantis
temporibus fictum et natum labore et doloribus et fatigationi-
bus, nutritum et eruditum facilibus ordinibus, quid prosit?“

---

4. fruere vel: oblectare. — vis vel: velis. — seda vel: mitiga. — 5. delectationis vel: felicitatis. — 6. reputavi vel: cogitavi. — dabit vel: det. — quo vel: quibus. — servet vel: conservet, salvet. — 7. a (e) manibus C. — propter hoc C. — 8. hic vel: hoc in mundo. — format vel: fingit, creat. — continuo vel: semper, quotidie. — dispensationem vel: sustentationem. — in natura. C.: in habitatione. — 9. cautione vel: curâ. — servat vel: custodit. — avellit vel: depellit, reddit. — et dat. C.: et hoc. — parvulum vel: infantem. — 10. gignere vel: nasci. — in lactendo. in respiciendo var. l. — 11. ad vel: per. — uti vel: vivere. — suâ prudentiâ vel: suo intellectu. — alere vel: ali. — 12. instruit vel: erudit. — lege sua. A. B. C. D.: exemplis suis. — augere vel: auget. — scientiam vel: cognitionem. - quae vel: qui. — 14. ordinibus vel: rationibus. —

15 et dum hoc cogitabam, aperui os meum et coepi precari
Altissimum et dicebam: „Domine deus, uti Deus tuorum
operum miserere et tuarum creaturarum, et auxiliator esto
tuis possessionibus, ac praesertim etiam tuo populo, cuius
causa ego lugeo, et haereditati tuae, cuius causa tristatus
sum, 16 et genti meae Israeli, cuius causa ego lugeo, et
proli Abraami, cuius causa ego perturbatus sum, 17 et com-
putas nos et transgressiones nostras. 18 nam audivi ego in-
clementiam magnam, quae in futuro (tempore) fiet. 19 pro-
pterea factor omnis (rei), longanimis Altissime, adtende voci
meae et aurem praebe verbis meis, quae loquor coram te
orando coram te.

Preces prophetae Ezrae.

20 Qui habitans es in aeternum, cuius oculi cuncta ma-
nifeste vident et perscrutantur, et coenacula eius in auris,
21 cuius solium ineffabile, et gloria inenarrabilis, circum quem
stant multitudines exercituum angelorum adorare cum timore,
22 et mandato eius et verbo animas in ignem reddit, 23 cuius
verbum immobile et validum omnia disponit secundum unius-
cuiusque ordinem, cuius mandatum vehemens, et ordo terri-
bilis, cuius adspectus arefacit abyssos, et verbum minationum
findit terram; omne quod vult, e nihilo creat et factum vi
mutat, cuius veritas testatur: 24 audi vocem servi tui et aurem
praebe petitionibus ministri tui, attende verbis meis! 25 dum
vivens sum, loquar. 26 ne respicias lapsum; qui habent vo-

---

15. populo vel: coetui. — tristatus vel: tristis. — 17. transgressiones nostras vel: delicta nostra. — 18. fiet vel: futura sit. — 19. factor vel: creator. — adtende voci meae vel: audi vocem meam. —

20. coenacula. ὑπερῷα Peterm. — auris vel: aëre, sublimi. — 21. solium vel: thronus. — ineffabile vel: infinitum. — adorare vel: adoraturi, adorantes. — reddit vel: vertit. — 23. immobile vel: immutabile. — validum vel: forte. — disponit. B. C.: lege sancit. — ordo vel: dispositio. — abyssum B. — findit vel: rumpit. — 24. petitioni B. C. — 26. lapsum vel: casum, ruinam, perversitatem. — observare vel: observandi. — victi vel: superati. — tamquam vel: ut-

luntatem observare mandata tua, victi sunt a cogitationibus mali, sed miserere tamquam beneficus et salvator, et parce et confirma ut sanator, qui tu solus es sine peccatis; immo peto abs te, ne respicias transgressiones coetus tui, sed (eos), qui recte servierunt tibi veritate. [27] parce, ne rependas secundum opera eorum impia, sed propter eos, qui (cum) timore servarunt pactum tuum, parce; [28] et ne mente agites de iis, qui iverunt malignitate coram te, sed recordare (eorum), qui voluntate timorem tui cognoverunt. [29] et noli perdere (eos), qui mores ipsorum brutis similes reddiderunt, sed repice clementiâ servos tuos, qui in gloria tua confisi sunt. [31] nam nos, et qui ante nos (fuerunt), digne morte voluntatis egimus. tu, domine, hominum amans, propter nos peccatores longanimis vocatus es. [32] (nam quamquam et nos sub qualibus bonis operibus eramus) et nihil secundum voluntatem tuam fecimus, sed pollutionem corporum secuti sumus. tu clementer misereberis, tunc vocaberis misericors. [33] etenim sancti tua voluntate egerunt sanctitate, non egent misericordiâ, quoniam suorum operum habent mercedem retributionis. [34] quid sumus nos homines, ut irascaris nobis veritate? [35] nemo est super terra natus, qui non peccavit. [36] in hoc cognoscetur tua clementia, quando misereberis et indulgebis nobis et missas facies impietates nostras, qui non haben materiem bonorum operum."

---

pote. — parce vel: indulge. — sanator vel: sanans, curans, medicus. — qui vel: quod. — immo. B.: sed. — transgressiones vel: delicta. — coetus vel: populi. — 27. parce vel: indulge. — eos. B.: hos. — pactum vel: foedus. – parce vel: indulge. — 28. mente agites vel: cogites. – malignitate vel: malitiâ. — voluntate vel: libenter. — tui vel: tuum. — 29. mores. B.: verba. — ipsorum vel: suos. — 31. morte voluntatis vel: voluntate mortis. Petermanno legendum videtur: voluntarie, sponte. — domine vel: dominus. — longanimis vel: patiens. — 32. nam — eramus om. C. sensum ita reddidit Peterm.: nam quamquam tam bene erga nos agebas. mihi haec delenda videntur. — et vel: tamen. — pollutionem vel: immunditiam. — corporum. C.: corporis. — misereberis vel: miserearis. — 33. sancti. A.: sanctâ. — tua voluntate vel: secundum tuam voluntatem. — sanctitate vel: sancte. — operum vel: actionum. — veritate vel: vere, diligenter. —

[37]dedit responsum mihi dominus et dicit mihi: „Si revertendo revertentur ad me peccatores ex omni corde suo, [38]non cogitabo secundum prima peccata eorum rependere, sed in fine exitus animarum eorum, quemadmodum inveniam, et iudicabo atque sic laetabor de iis, qui revertuntur ad bona opera, [39]quomodo laeter de iustis meis. [41]similem fac me simplici agricolae. quomodo agricola arat, plantat, quantumcunque vult et libet (ei), et secundum singula tempora curam gerit, uti decet, etiamsi fiat, ut aliqua (planta) ex iis debilitetur et appropinquet ad corruptionem, in quibus curam impendit; et si curâ suâ vincit, gaudio laetus fit; nam, quod debilitari volebat, vires recuperavit; sin vero nihil prosit convenienti tempore, cura amovebitur magnâ tristitiâ: hac ratione erunt (res) super terra. longanimis fiet erga illos Altissimus. nam si poenitebit illos eorum, quae impie egerunt, fecerunt bona, sin minus, punientur.“ [42]responsum dedi et dico: „Quoniam semel permisisti mihi loqui coram te, precor te, dic mihi servo tuo: [43]Semina agricolae, si non accipient modice pluviam, arescit; [44]itidem et homo, cuius tu non misereberis, non potest salvari. [45]propterea parce, domine, populo tuo et miserere haereditatis tuae, tuae possessionis, et operum manuum tuarum misereberis.“

[46]dedit responsum et dicit mihi: [50]„Miseria miseri fient homines, qui habitantes sunt in hoc mundo pro eo, quod multa impietate iverunt, et de venturo tempore non reperta est in iis ulli scientia. [51]sed tu propter te animo

---

37. omni vel: toto. — 38. prima, i. e. antea commissa. — eorum vel: iis. — et vel: ita. — 39. laeter vel: laetabor. — 41. similem fac vel: compara. — simplici vel: fido, sincero. — arat vel: serit. — corruptionem vel: perniciem. — in quibus vel: de quibus. — laetus fit vel: gaudet. — quod vel: quae (planta). — fiet vel: erit. — impie egerunt. A.: lege sancita erant. — fecerunt bona vel: bene egerunt. — punientur vel: castigabuntur, cruciabuntur. — 43. arescit „sic! pro arescunt“ Peterm. — 44. salvari vel: servari. — 45. misereberis vel: miserearis. —

50. habitantes sunt vel: habitant. — impietate. B. C. D.: superbiâ, fastu. — venturo vel: futuro. — in iis vel: inter eos. — 51. agita vel: volve. — cura (vel: stude, cogita). C.: spiritus s. animae. —

agita et propter gloriam, quae tibi manet, cura. [52] nam apertus stat tibi verus paradisus, et plantata arbor veri paradisi, et parata est vita venturae voluptatis; aedificata est civitas, disposita est requies, ornata est bonitas, obsignatus est [53] morbus, impedita est mors, in pudorem facta sunt inferna, expulsa est a vobis corruptio, [54] separatus est a vobis omnis labor, manifestati sunt vobis thesauri immortalitatis. [55] ne etiam roges de interitu populi. [59] nam sicut vobis paratum est, quemadmodum superius dixi: itidem et illis, itidem venturi sunt fervor et cruciatus. [60] ego feci hominem, ut observet mandata mea et caveat a morte aeternitatis; illi omni hora semper exacerbarunt me. [61] propter hoc iudicium meum firmum est.“ et locutus sum cum domino et dixi: „Rogo te, domine; loquere cum misero populo, ut audiant a te et credant, timeant et redeant, et ne pereant, sed serventur; nam si alius quisquam loquetur, fortasse non credent huic ex hominibus.“ dedit responsum dominus et dicit: „Ego omni hora servis meis, qui mihi grati sunt, apparere feci personam meam et locutus sum cum dignis me; aliis vero per homines cognoscendum me praebui. ego sum dominus, qui examino corda et renes et cognosco hominem ante exitum eius ex utero. ego scio, quod loquar cum iis in conspectu; illi non obtemperabunt, sed magis etiam rebellando re-

---

52. stat vel: est. — veri vel: vera. — venturae (vel: futurae) voluptatis. B. D.: ventura voluptas. — disposita vel: concinnata. — obsignatus vel: sigillatus. — 53. impedita vel: prohibita. — in pudorem. B.: pudor. — 54. labor vel: fatigatio, dolor. — vobis. C.: in vobis vel: inter vos. — 55. etiam vel: adhuc, iterum. — 59. illis vel: iis. — fervor vel: sitis. — 60. ego feci. C.: et fecerunt. — caveat vel: declinet. — 61. loquitur vel: loquatur. — hora vel: tempore. — grati sunt vel: placent. — apparere feci vel: ostendi. — personam meam vel: me ipsum. — aliis vel: caeteris. — cognoscendum me praebui vel: cognoscere me feci. — examino vel: perscrutor. — Peto abs te vel: Interrego te. — tantum vel: non nisi. — cupiamus vel: optemus. — scire vel: sciamus. — scientiam vel: cognitionem. — cur enim omnino vel: cur tandem. — formasti vel: finxisti, creasti. — illo vel: cum illo, per illud. — honore vel: dignitate, digne. — angelis meis. B.: spiritus (vel: animae) angelorum meorum. — intelligentiam vel:

bellabunt." dedi responsum domino et dico: „Peto abs te, Altissime, cur non datum est nobis eiusmodi cor, ut sciamus tantum bonum et id tantum faciamus, et id tantum cupiamus, et id tantum scire dulce; sed quando accepimus mali scientiam, ad illud propensi sumus, quod tu odisti. cur enim omnino formasti hominem, ut illud habeamus et illo peccemus?" dedit responsum mihi dominus et dicit: „Ego feci hominem, ut ne pereat, sed hanc vitam honore vivat, et illam vitam haereditate accipiat. et aequalem angelis meis dedi ei intelligentiam scire, quid est bonum, aut quid est malum. et honoravi eum et dedi ei potestatem facere, quidquid velit, et obediens ei feci, quodcunque sub coelis, ut imperet iis; dedi legem et mandata, ut hic possint vivere, aut et sicut immortalia bona possideant. at ille talem potestatem a me accepit, quem bonum creaveram, non bene usus est et peccavit. non pravum quidquam creavi, sed omnia quae feci valde bona (feci s. fuerunt), singulis quae facta sunt, in ipsorum usum facta sunt. nam quomodo factum est ferrum non ut interficiat, sed ut terram colat et in usum hominum sit, at homines non ad quod creati sunt, in eo steterunt, sed quod non factum est bonum, ei manus iniecerunt: itidem et aliud quidquam bene factum in malum mutarunt. non igitur qui bene formet, causa (est), sed qui non bene fruitus est, contumelia affecit creatorem eorundem. propterea stant iis cruciatus; quae enim a me facta sint, omnia oportet eorum duce noverint me, atque etiam, qui non fruitus est iis, cognovit me. cessa igitur et ne cogites de iis."

---

sapientiam. — scire vel: sciendi, ut sciat. — quid est vel: quid sit (bis). — facere vel: faciendi. — obediens vel: subiectum. — legem vel: leges. — bonum vel: bene. — bene vel: bono. — pravum vel: turpe, malum. — facta sunt vel: fuerunt. — usum vel: necessitatem. — colat vel: subigat. — steterunt vel: manserunt. — bonum vel: bene. — ei manus iniecerunt vel: id aggressi sunt. — bonum — quidquam om. C. — formet vel: creet. — fruitus vel: usus. — stant vel: manent. — quae enim a me facta sint, omnia vel: ;qui enim a me facti sunt, omnes. — noverint vel: nosse. — fruitus est vel: fructum coepit ex. — cessa vel: quiesce. — cogites vel: cures. —

[63]dedi responsum et dico: „Peto abs te, domine, non servas odium, non habet potestatem anima mea non interrogare te. propterea ausculta servo tuo; propterea multiplicasti mihi multitudinem signorum et non dixisti mihi, quando sit, aut quo loco.“ IX. [1]dedit responsum et dicit mihi dominus: „Metiendo designa tu adventum signorum, et sit, quando videbis, quod prope sint omnia ad consummationem. [2]tunc intellige finem. opus est antea fieri, quae dicta sunt signa, atque sic venire finem. [3]fiet appropinquando tempore turbatio populorum, motiones locorum paganorum, dolus ducum, commotio sanctorum, persecutiones sacerdotum, perversio sanctae fidei et haesitatio populi, confusio ethnicorum, afflictio urbis, accensus ignis in variis locis, commotio multa, segregatio variarum gentium, urbium et pagorum, abundantiae seductionum a daemonibus impuris. tunc intelliges prope esse finem. [8]et qui tunc invenietur me dignus, is servabitur et videbit salutem meam et terram novam et terminos meos, quos sanctificavi ante aeternitatem. [9]et tunc videbunt contemptores et plangent et mirabuntur, qui nunc vident vias meas. propterea stat et manet iis paratum iudicium pro eo, quod non cognoverunt beneficia legis meae, observare omnia, quae in ea scripta sunt. [13]sed tu ne misceas te cum talibus, quos flamma ignis combustura est.“

[14]dedi responsum et dico: [15–22]„Domine, multoties

63. sit vel: erit. — IX, 1. sit vel: erit. — prope vel: propinqua. — consummationem vel: finem. — 2. opus est vel: oportet. — 3. turbatio vel: tumultus. — paganorum vel: ethnicorum. — dolus vel: insidiae. — haesitatio vel: dissensio, divisio. — confusio vel: perturbatio, seditio. — urbis vel: civitatis. — accensus vel: ustio. — segregatio vel: divisio, separatio. — pagorum vel: vicorum. — seductionum vel: errationum. — prope vel: propinquum. — 8. novam. C.: eius. — terminos vel: fines. aeternitatem vel: saecula. — 9. plangent vel: lamentabuntur. — quod vel: quoniam. — beneficia vel: gratiam. — observare vel: ut observarent, tenerent. —

15—22. multoties vel: saepe. — labore vel: defatigatione. — cautione vel: diligentiâ. — brevibus vel: brevi. — beneficus vel: gratus. — ferre vel: pati, habere. — opera vel: actiones. — desidero

dixi: multos perire et paucos servari, (eosque) multo labore; quis poterit cautione parare sic, quomodo et tua lex praecipit." dedit responsum Dominus et dicit: „Nihil, quod supra hominem est, praecepi, et non impossibile; sed dico tibi brevibus, quod, quemadmodum tu vis honorari a servo tuo, tuum fac tu quoque Deo vivo, et quod tibi malum videtur, tu ne socio tuo facias, et quemadmodum vis beneficus fieri, si amabis eundem, tu quoque fac. nam si hoc ferre a fratre tuo tibi facile videbitur, tu quoque ei fac, quod vobis quidem vestrum mandavi; nam quâ ratione et (quacunque ratione) voluntas est, eâdem et opera, et quâ ratione et (quacunque ratione) opera sunt, eâdem et mercedes. peribit insipiens et amens gens, et servabuntur honorabiles et margaritae, non enim delector multitudine impiorum, quomodo desidero paucos et sanctos. sic fiet, et hoc stabit, et sic definitum est a me, et nihil ex iis praeteribit, donec fiet iudicium et finis verborum meorum." et ut finem fecit dominus loquendi mecum, et videbam gloriam Altissimi decies millies sole lucidiorem. tunc adhuc etiam habebat me timor et tremor; ex tanta gloria veniebat ad me angelus, qui primo locutus est mecum, et fortificavit me et reddidit mirationem meam mihi et mandatum dedit mihi et dicit: „Ne timeas et ne contremiscas; nam invenisti gratiam coram Deo. [23] observa tu alios etiam dies VII [24] ire in planitiem, ubi non sit domus aut tectum, nec aliud quidquam nisi flores, et ne quid gustes, sed tantum a floribus campi, ubi tu sis, [25] et pete ab Altissimo sine taedio, et postea veniam ego ad te."

IV.

[26] Et ivi ego secundum verbum eius in campum, in

---

vel: cupio. — sic et hoc stabit C. — habebat vel: tenebat. — veniebat vel: venit. — locutus est vel: locutus erat. — 23. observa vel: ieiuna. — 24. ire vel: eundo, ut eas. — planitiem vel: campum. — sit vel: est. — tectum vel: habitatio. — sed tantum vel: nisi. — sis vel: eris. — 25. sine taedio (i. e. indesinenter) vel: sine molestia, sine anxietate. —

26. nominatus vel: nomine. — facultatem vel: potestatem. —

locum, qui nominatus vocatur Ardab, et sedi ibi super flori-
bus et gustavi inde, et flebat gustus eorum mihi in dulcedi-
nem et in facultatem vis meae. [27] et factum est post (aliquot)
dies, dum recumbens stabam super gramen, et rursus tur-
babatur in me cor meum, sicut primum, [28] et apertum
est os meum et coepi loqui coram Altissimo et dicere:
[29] „O domine deus, qui omnium animarum creator es,
manifestando manifestavisti patribus nostris in terra de-
serta, quando exibant ex Aegypto transeundo per desertum
aquâ carens et fructu, et dixisti iis: [30] Audite, filii Israelis,
et aures praebete verbis meis, (o) proles Jacobi! [31] ecce ego
semino legem meam, si faciet fructum, glorificabor in vobis.
sed patres nostri non observarunt legem tuam, propterea
perierunt. [36] itidem et nos, qui accepimus legem tuam, mi-
gravimus et impie egimus. [37] sed lex tua non periit, sed
mansit in gloria sua."

[38] et dum hoc mecum loquebar, vi sustuli oculos meos
et vidi a dextra parte, et ecce mulier aliqua plangebat et lu-
gebat et lacrimabat valde magna voce, discindens vestes suas
et coniiciens cinerem super caput suum. [39] et mittebam prima
verba mea, in quibus eram cogitans, mirabar, quod in tali
loco homo apparuit; conversus ad eam dicebam ei: [40] „Cur
lacrimas, et cur plangis amare?" dedit responsum et dicit
mihi: [41] „Concede mihi, domine, ut defleam me, et addam
ad lamentationem; nam valde exacerbata sum in anima mea,
et plena sum humilitate." [42] et dico ei: „Quid factum est?
dic mihi." et dicit: [43] „Sterilis fui ego famula tua et non
peperi XXX annos vivens cum marito meo. [44] et ego assiduo
(per) diem et horam ad illum annum trigesimum petebam ab
Altissimo die ac nocte. [45] et factum est post XXX annos, et

27. stabam vel: eram. — primum vel: primo. — 31. semino vel: spargo. — faciet vel: feret. — 36. impie vel: iniuste. —

38. hoc vel: haec. — plangebat C.: laborabat. — 39. mittebam vel: omittebam, missa faciebam. — 41. addam ad lamentationem, i. e. pergam lamentari. — humilitate vel: aerumna, dolore. — 43. fui vel: facta sum. — 45. miseriam vel: aerumnam. — glorificavimus vel: celebravimus. —

auscultavit Deus famulae tuae et respexit miseriam meam et dedit nobis filium, et gavisi sumus eo, ego et maritus meus et omnes cives mei, et glorificavimus Deum [46]et educavimus eum multo labore. [47]et factum est, quando crevit et adolevit, et volebamus sumere ei uxorem et faciebamus diem laetitiae. X. [1]et factum est, ut venit filius in thalamum suum, cecidit et mortuus est. [2]et transire fecimus lucem et surgere fecimus loco magnae laetitiae luctum immensum. et surrexerunt omnes cives mei ad consolandum me propter eum, et post multam consolationem mei cessavi usque ad posterum diem nocte. [3]et factum est, ut cessarunt omnes a consolando me, tacui et ego et surrexi nocte et aufugi ac veni huc, quomodo vides me in hoc campo, [4]animo agitans non amplius redire in urbem, sed hîc quiescere, non edere nec bibere, sed semper lugere et ieiunare, donec moriar.“ [5]et relinquens verba mea, in quibus eram, dedi responsum iracundiâ mulieri et dico: [6]„Quod intelligis tu, melius intelligis, quam omnes mulieres; non vides luctum nostrum, qui venit [7]super Sionem, quae est mater nostrûm omnium. gemendo gemit Jerusalem et tristis est et afflicta valde. et nunc non luges multo magis; [8]nam omnes in tristitia et in poenitentia et in luctu sumus. sed tristis es unius filii tui causa. [9]interroga terram, eaque dicet tibi, quod oportet eam lugere: nam tanta nata ex ea multitudo in corruptionem rediit. [11]nunc cui dignum est lugere? (ei) quae tantam multitudinem perdidit, an tibi propter unum filium? si dices: [12]quod non est similis tristitiae terrae meus luctus; ego enim fructum uteri mei perdidi, quem doloribus peperi, [13]at terra secundum vias suas ivit, approquinquavit et prope accessit luctus eius, quomodo et venit, et ego tibi dicam: [14]Quod, quomodo labore natus est (filius tuus), itidem et terra dedit hominem

46. sumere vel: dare. — faciebamus vel: agebamus. — X, 2. transire fecimus vel: amovimus, abstulimus. — cessavi vel: quievi. — 4. animo agitans vel: cogitans. — 5. verba mea vel: sermonem meum. — in quibus vel: in quo (loco). — 7. quae vel: qui. — 9. rediit vel: reversa est. — 11. nunc vel: iam vero. — si vel: quod. —

ab initio creatori suo. [15]nunc igitur tene tu locum tuum
et virtute fer vexationes, quae fuerunt tibi. [16]nam et tuus
filius surget tempore suo, et tu cum mulieribus nominaberis.
[17]redi igitur denuo in urbem ad maritum tuum." et dicit
mihi: [18]„Non faciam hoc et non intrabo in urbem, sed hic
moriar." [19]et perrexi loqui cum ea et dixi: [20]„Ne facias
has res, sed consenti propter tristitiam Sionis et consolare
te propter urbem Hierosolymorum. [21]conspicis utique et in
eam, quod sanctificatio nostra corrupta est, et altare ever-
sum est, [22]et laudationes cessarunt, et gloriationes nostrae
dissolutae sunt, et lumen lychni transiit, et arca testamento-
rum nostrorum in captivitatem ducta est, et sancta nostra
spurcata sunt, et nomen, quod vocatum est super nos, ab
eo abalienati sumus, et nobiles nostri contumelia affecti sunt,
et sacerdotes nostri lamentati sunt, et Levitae nostri in ser-
vitutem coniecti sunt, et mulieres nostrae vi subactae sunt,
et fortes nostri cladi traditi sunt, [23]et omnibus magis con-
tumelia affecta est Sion, sicut vas inutile, et soluta est de
gloria sua. et nos traditi sumus in manus hostium nostrorum.
[24]sed tu excute abs te multitudinem tristitiae et abiice abs
te abundantiam dolorum; nam reconciliabitur tecum Fortis et
requiescere faciet te a doloribus tuis et a laboribus."

[25]et factum est, ut loquebar cum ea, valde hilaresce-
bat facies eius, et adspectus eius fiebat ut fulgor, et forma
ipsius talis terribilis ad propinquos suos, et cor meum valde

---

15. fer vel: tolera. — fuerunt vel: factae sunt. — cum mulieribus vel: inter mulieres. — nominaberis vel: memoraberis. — 17. denuo vel: statim, hinc. — 20. consolare te vel: consolationem admitte. — 21. utique in eam B. — sanctificatio vel: sanctitas, sanctum. — 22. laudationes vel: benedictiones, hymni. — lychni vel: lucernae, candelabri. — lamentati vel: lamentantes. — coniecti vel: lapsi. — vi subactae vel: vim passae. — fortes vel: heroes. — cladi traditi vel: in fugam versi. — 23. soluta est de vel: privata est. — 24. excute vel: amove — multitudinem vel: magnitudinem. — laboribus vel: molestiis. —

25. fulgor vel: coruscatio. — talis vel: tam. — mente agitans vel: cogitans. — sit vel: erit.

territum erat, mente agitans dicebam: „Quid sit hoc?“ [26]et illa ex improviso magna voce clamavit cum timore et vociferata est ad commovendam terram a voce eius. videbam, [27]et ecce non amplius apparebat mihi mulier, sed civitas aedificata a fortibus fundamentis. terrebar et clamabam magna voce et dicebam: [28]„Ubi sit Uriel angelus, qui prima die venit ad me? nam ille fecit me venire in hunc locum mirabilium, et fuerunt mihi petitiones meae, et finis in contumeliam valde.“

[29]et hoc dum loquebar, venit angelus et vidit me. [30]et ecce coniectus collocabar ut mortuus, et sapientia mea dissolvebatur, et cepit me dextrâ manu mea et fortificavit me et firmavit me super pedes meos et dicit mihi: [31]„Quid fuit tibi? cur turbatus es? sive etiam cur dissolutus est intellectus tuus, et mens cordis tui? et dixi: [32]„Cur reliquisti me? nam ego feci secundum verbum tuum et abii in hos locos, et ecce vidi, quod non possum comprehendere.“ et dicit mihi: [33]„Sta ut vir, et loquar tecum.“ et dixi: [34]„Loquere, domine, sed tantum noli relinquere me, ne frustra moriar. [35]vidi, quod non videram, et audivi, quod nesciebam. [36]sed tantum mens mea seducta est, et anima mea corrupta est. [37]nunc peto abs te, narra servo tuo de his mirabilibus.“ dedit responsum et dicit mihi: [38]„Ausculta mihi, et docebo te de eo, quod times. propterea Altissimus patefecit tibi multa mysteria. [39]nam vidit rectitudinem tuam, quod indefesse contristatus es de populo et valde luges de Sione. [40]hae res sunt: [41]Mulier, quae apparuit tibi paullo ante, quae in

---

26. ex improviso vel: subito. — vociferata est vel: ingemuit. — ad commovendam terram vel: ita ut commoveretur terra. — voce vel: sono. — 28. sit vel: erit. — mirabilium vel: stuporis, mirationis. — petitiones vel: preces. —

30. coniectus vel: lapsus. — sapientia vel: intellectus. — dissolvebatur vel: evertebatur. — firmavit vel: constituit. — 31. fuit vel: factum est. — 36. seducta est vel: aberravit. — 39. indefesse vel: sine intermissione. — de populo vel: propter populum. — 40. hae res vel: haec. —

27*

luctu erat, et coepisti consolari eam: [42]nunc dehinc non
amplius in forma mulieris videbis, sed apparuit tibi civitas
aedificata. [43]et quod narrabat tibi de tristitia filii sui: [44]haec
mulier illa Sion est, quam videbas, quam nunc vides urbem
aedificatam. [45]et quod dixit tibi: Sterilis fui ego (per) annos
XXX, quod annos multos habebat in hoc mundo, et quando
fuit, et aedificata est, oblatum est in ea sacrificium. [46]et
postea aedificavit Salomo urbem et templum et obtulit in eo
sacrificium. quando erat? [47]quando sterilis peperit fatiga-
tione, illa habitatio Hierosolymorum erat. [48]et quando dixit
tibi: Filius meus, ut intravit in thalamum, et mortuus est,
accidebat tristitia valde, illa quae fiebat ruina Hierosoly-
morum. [49]vidisti, quod lugebat de filio suo, et coepisti
consolari de tristitia, quae venerat ei. [50]ut vidit Altissimus,
quod e toto corde curas de eo, ostendit tibi splendorem glo-
riae eius et pulchritudinem decoris eius. [51]propterea dixi
tibi, ut maneas in campo, ubi domus aedificabatur. [52]scie-
bam, quod Altissimus vult ostendere tibi hoc omne. [53]et
propterea dixi tibi venire in hunc locum, ubi non erat stru-
ctura fundamenti, [54]ubi non poterat opus aedificationum ho-
minum, in loco, ubi ostensurus erat tibi urbem Altissimi.
[55]sed ne timeas, et ne conturbetur cor tuum, sed intra et
vide splendorem urbis, sive etiam magnitudinem structurae,
quantum oculus tuus sufficiens est videre; [56]et posthac audies,
quantum auditus aurium tuarum sufficiens sit. [56]tu enim
multis beatior fuisti et gratus fuisti Altissimo, quomodo pauci.
[58]mane tu hic crastinam noctem in hoc loco, [59]et ostendam

42. dehinc vel: igitur. — civitas vel: urbs. — 43. quod vel: si. — 45. quando. Peterm. emendandum videtur: donec. — fuit vel: factum est. — oblatum est. Petermanno omissa videtur negatio. — valde vel: magna. — 52. hoc omne vel: haec omnia. — 53. venire vel: ut venires. — hunc locum vel: hos locos, — erat om. B. — 54. aedificationum (vel: structurarum). B.: aedificationis. — hominum. om. ὑπομένειν. — 55. sufficiens vel: capax. — 56. fuisti vel: factus es. — 59. futurum sit vel: fiet. —

tibi, quantum Altissimus in visione somnii ostendet tibi, quod futurum sit super habitatoribus terrae diebus finis."

V.

[60] Et intravi in domum duabus noctibus, quomodo et praecepit mihi angelus domini. XI. [1] et factum est secunda nocte, ecce exibat e mari aquila, cuius erant alae XII et capita tria. [2] et tollebat alas suas et volabat super omnem terram, et omnes venti coelorum flabant et ad eam colligebantur. [3] et videbam ex alis eius aliam alam pullulantem, et ea fiebat parvulae alae et minutae. [4] at capita aquilae in taciturnitate stabant, et medium caput aliis maius erat. verumtamen et illud in silentio quiescens erat cum iis. [5] et ecce tollebat alas suas dominari terrae et habitatoribus eius. [6] et videbam, quomodo obtemperabant ei omnia, quae sub coelis, et non resistebat ei e creaturis, quae sub coelis. [7] et videbam, quomodo surgebat aquila et stabat super pedibus suis et dicebat: [8] Simul omnes velitis vigiles stare, sed in somnum intrabit unusquisque in loco suo et in tempore suo vigilabit, [9] et capita in finem servabuntur. [10] et vidi, et ecce non exibat vox e capitibus eius, sed e medio corpore eius. [11] et numeravi superfluas alas eius, et illae sunt VIII. — [12] et vidi a dextro latere eius, quod erigebatur ala una et regnabat super omnem terram. [13] atque ut id fiebat, veniebat ei finis, ut omnino non appareret locus eius. et secunda surgebat et dominabatur et habebat multa tempora. [14] et post dominationem veniebat finis eius, ut periret sicut prima. [15] et fiebat vox cum ea et dicebat: [16] „Audi tu nuntium tuum, quae (per) tantum tempus tenuisti terram

60. mihi etiam angelus d. C. — XI, 1. exibat vel: adscendebat. — 3. alam vel: pennam. — pullulantem vel: orientem, natam. — minutae vel: tenues. — 4. taciturnitate vel: silentio. — aliis vel: caeteris. — 5. dominari vel: ad dominandum. — et non resistebat — coelis om. C. — 8. intrabit vel: intret. — vigilabit vel: vigilet, expergiscatur. — 9. servabuntur vel: serventur. — 12. erigebatur vel: surgebat. — 13. ut id fiebat vel: quum id fieret. — 16. 17. tenuisti — temporibus om. C. —

ante interitum tuum. [17] nemo post te tenebit tantis temporibus, sicut tu, sed non dimidium tui.“ [18] et surrexit tertia et tenuit imperium et periit sicut prima et illa. [19] atque sic (se) habebat imperium alarum omnium, et rursus perire. — [20] et vidi omnes alas, idque in hora sua erectas a dextro latere habere principatum. habebat ex iis et subito peribat. [21] et aliqua ex iis erigebatur et non poterat habere principatum. [22] et postea videbam, quod (singulae) XII alae peribant et duae residuae alarum. [23] et nihil manebat in membris aquilae, sed tantum e tribus capitibus absconditis. [24] et VI alae, e quibus separabantur duae et ibant, quiescebant apud caput a dextro latere, et IV manebant in ipsorum loco. [25] et videbam, quod IV alae (illae) cogitabant erigere se et dominari. [26] et ecce videbam unam, quae, quamquam erecta est, subito periit. [28] et videbam, et ecce duae manebant ex illis, quae cogitabant maiores fieri et dominari. [29] et dum hoc cogitabam, unum e capitibus inde quiescentibus, quod erat maius. [30] et tunc (singula) duo capita prehendebat secum. [31] et revertebatur caput cum corpore et edebat superfluas alas, quae volebant dominari. — [32] atque id caput dominabatur omni terrae et obedientes reddebat habitatores eius labore multo et imperabat habitationibus terrae maiori quam alae violentia. [33] et vidi postea caput medium alarum instar pereuntem. [34] manebant duo capita, eaque dominabantur terrae, itidem et habitatoribus eius. [35] videbam, et ecce, quod edebat caput

---

17. tanta tempora B. D. — 19. rursus perire vel: ut iterum periret. — 20. idque vel: easque. — erectas vel: surgentes. — 20. 21. ex iis vel: ab iis (bis). — 21. habere vel: tenere. — 22. residuae vel: superfluae. — 23. absconditis s. quiescentibus. — 24. ipsorum vel: suo. — 26. erecta est vel: surrexit. — 28. maiores fieri vel: excellere. — 29. hoc. B.: id vel: illud. — inde vel: illis. — quiescentibus. C.: absconditis. — maius (vel maximum). desideratur verbum (ἐξηγείρετο). — 31. edebat vel: devorabat. — 32. omni vel: toti. — labore vel: fatigatione. — imperabat vel: tyrrannidem exercebat. — violentia vel: vi. — 33. pereuntem vel: perditum. — 35. caput Accusat. — quod a dextra erat Nominat. — sinistrum Accusat. —

et perdebat, quod a dextra erat, sinistrum. 36 et audivi vo-
cem, quae dicebat mihi: „Respice coram te et vide, quid
vides?“ 37 vidi, et ecce leo expergefactus e silva vociferaba-
tur et rudebat et clamabat voce hominis, et audiebam, quod
dicebat aquilae: 38 „Ausculta mihi, et loquar tecum, sic dicit
Altissimus: 39 Non tu mansisti e IV animalibus, quae feci
dominari super terra mea, ut per ea veniat finis temporum?
40 et tu quartus venisti et vicisti illa et imperasti semper la-
bore multo, gubernasti mundum (per) tanta tempora fraude
41 et iudicasti terram non veritate. 42 diripuisti mansuetos,
laesisti humiles, odisti verum et dilexisti falsum, destruxisti
munimentum opulentium, evertisti muros (eorum), qui iniu-
riam tibi non fecerunt. 43 et adscendit contumelia tua ad
Altissimum, et superbia tua ad Fortem. 44 et respexit Altis-
simus tempora sua, et ecce perfecta erant. 45 propterea per-
eundo peribis tu aquila et alae tuae inutiles et caput tuum
malum et ungues tui diri et omne corpus tuum iniustum
46 ut requiescat terra, et avelletur omnis mundus liberando
a tua violentia, exspectando iudicium et misericordiam (eius),
qui fecit eum.“ XII. 1 et factum est, quando locutus est leo
haec verba cum aquila: 2 et ecce, quod manserat caput, periit,
et duae alae, quae cum eo erant, erectae sunt et mutabantur
ad dominandum, et erat principatus earum damno et confu-
sione plenus. 3 et tunc eae etiam peribant, et omne corpus
aquilae comburebatur, et obstupefiebat terra valde.

et ego a magna admiratione et a multo timore exper-

---

37. expergefactus vel: excitatus. — 39. Non vel: Nonne. — 40. imperasti vel: tyrrannidem exercuisti. — tanta vel: tot. — fraude vel: dolo. — 42. laesisti vel: iniuriam fecisti. — falsum vel: mendacem, mendacium. — evertisti vel: diruisti. — 43. superbia vel: insolentia. — 44. perfecta vel: finita. — 45. inutiles vel: improbatae, reiectaneae. — diri vel: molesti, mali. — omne vel: totum. — iniustum vel: iniquum, ineptum, absurdum. — 46. omnis vel: totus. — liberando vel: solvendo, alienando. — violentia vel: tyrannide. — exspectando vel: sperando. — XII, 2. erectae sunt vel: surrexerunt. — damno vel: diminutione. — 3. omne vel: totum. —

rectus sum et dixi animae meae: [4]„Utique tu fecisti me perscrutari vias Altissimi, [5]et tunc soluta est anima mea, spiritus meus, et invalidus sum valde, et non stat in me vis a multo timore, quem timui in hac nocte. [6]nunc rogo Altissimum, ut corroboret me usque ad finem. [7]et dico: „Domine, mi domine, si inveni gratiam in oculis tuis, si beatus praedicatus sum multoties a te, et si vere adscendit precatio mea coram facie tua: [8]corrobora me et manifesta servo tuo dicta et res et interpretationem terribilis visionis, quam vidi, ut plene consoleris animam meam. [9]quandoquidem dignum (me) fecisti ostendere mihi annorum finem et temporum consummationem.“

et dicit mihi: [10]„Haec est interpretatio visionis, quam vidisti. [11]aquila, quae exibat e mari, quartum regnum est, quod manifestatum est fratri tuo Danieli. [12]sed non manifestatum est ei ita, ut et ego manifesto tibi. [13]ecce dies venient, et surget regnum super terram et erit terribilius, quam omnes reges, qui antea erant. [14]et coram eius regno in eo XII reges unus post alium; [15]at secundus e regibus amplius tempus tenebit quam XII. [16]haec est interpretatio XII alarum, quas vidisti. [17]et cui auscultasti voci, quae loquebatur, quae non e capite vociferabatur, sed e medio corpore eius: [18]istud verbum est, quod in medio tempore illius imperii erunt separationes non paucae. appropinquabit ad evertendum et non cadet unquam, sed erigetur, stabit in prima potestate. [19]et quod vidisti superfluas alas multas pullulantes circum magnas alas eius: [20]hoc illud verbum est: exsurgent ex ea VIII re-

---

4. fecisti vel: docuisti. — 5. mea om. B. D. — stat vel: est, manet. — 7. vere vel: re vera. — 8. dicta vel: oracula, sententias. — visionis vel: somnii. — plene vel: prorsus. —

10. visionis vel: somnii. — 11. exibat vel: adscendebat. — regnum vel: imperium. — 13. erit vel: fiet. — 15. amplius tempus vel: diutius. — 17. e capite vel: a capite. — 18. erunt vel: fient. — appropinquabit vel: prope erit. — evertendum vel: eversionem. — erigetur vel: surget. — potestate vel: principatu. — 19. pullulantes vel: germinantes, natas. — 20. illud vel: id. — verbum vel: oraculum. — quorum vel: quibus. — levia vel: exigua, velocia. — cum studio vel: celeriter (sc. transibunt). —

ges, quorum tempora erunt levia et horae cum studio. duo
ex iis peribunt 21 appropinquante tempore et veniente pote-
state eius, IV servabuntur in tempus, quando volet appropin-
quare ad ea consummatio temporis, duae ad finem servabun-
tur. 22 et quod vidisti in ea tria capita tacentia et quiescentia,
23 hoc illud verbum est: in fine eius suscitabit Altissimus
tres reges, et renovabunt multa, admonebunt terram 24 et
habitatores eius potestate maiori, quam omnes omnino, qui
antea fuerant. propterea nominati sunt ii capita aquilae. 25 ii
erunt caput regni ipsorum et implebunt finem eius. 26 et quod
vidisti caput magnum ablatum et perditum: unus ex iis mo-
rietur tormentis, 27 et duo, qui maneant, eos gladius comedet,
28 et cum illis ipse etiam simul in fine in gladium cadet.
29 et quod vidisti duas superfluas alas mutatas in caput ad
dextrum latus: 30 haec illa verba sunt, quae servavit Altissi-
mus in finem eius, cuius principatus ignobilis et plenus tur-
batione. 31 quomodo respexisti leonem et vidisti exeuntem e
lustro, evigilantem et suscitatum e somno; rudendo loqueba-
tur cum aquila et redarguebat iniustitias eius secundum omnia
verba, quae audivisti: 32 ille est Unctus, quem mittet Altissi-
mus temporibus finis e gente Davidis. ille ipse exorietur et
veniet et loquetur cum eo et impietates redarguet et de in-
iustitia eius loquetur et ponet coram eo anathema. 33 et ducet
eum in suum iudicium vivum, et quando redarguet eum,
tunc perdet eum. 34 et residuum populi eius liberabit cle-
mentiâ et reliquos in finibus eius liberabit et laetos reddet
eos, donec veniet finis iudicii, de quo locutus est in initio.
35 hoc est, quod vidisti, et haec est interpretatio eius.

---

21. potestate vel: principatu. — servabuntur vel: servabunt. — ad ea (sc. regna) A. C. D., propter illud B. — 23. verbum vel: oraculum. — admonebunt vel: instruent, castigabunt. — 25. ipsorum vel: sui. — 26. ablatum vel: dimotum. — perditum vel: periens. — 27. maneant vel: manebunt. — 28. in gladium vel: gladio. — 29. mutatas vel: migrantes, discedentes. — 30. ignobilis vel: inhonoratus. — turbatione vel: tumultu. — 31. lustro vel: latibulo. — 32. exorietur vel: nascetur, relucebit. — anathema vel: maledictionem. —

[36] tu solus dignus fuisti scire mysteria Altissimi. [37] scribe istud in libro, quod vidisti, et pone istud in securo loco [38] et docebis sapientes populi tui de Deo et pones id in idoneo loco et illuminabis iis sapientes et timentes meos, quorum corda scis quod accipiunt id ad servanda mysteria haec. [39] sed tu sta et mane hic alios etiam dies VII, ut ostendam tibi id, quod vult Altissimus manifestare tibi.“ [40] et abiit angelus a me.

et factum est, ut audivit populus, quod transierunt VII dies, ego nondum reversus eram in urbem, congregavit se omnis populus a parvis usque ad magnos et venerunt ad me et dicunt: [41] „Quid peccavimus tibi, sive etiam quid migravimus, quod sic reiecisti, reliquisti nos? et hic mansisti in hoc loco. [42] tu solus mansisti nobis ex omnibus prophetis, sicut botrus vindemiarum, et uti lucerna in loco caliginis, ut portus unicus servationis. [43] non est sufficiens malum, quod venit super nos. [44] sed tu etiam nos neglexisti, reliquisti. quanto melius erat nobis ardere et comburi igne cum Sione! [45] nam erat nobis melius, quam veteribus mortuis eius.“ et hoc dicentes plorarunt magna voce. [46] dedi responsum et dico iis: „Confide, domus Jacobi! [47] nam stat memoria nostra coram Altissimo, et Fortis non oblitus est nostrûm prorsus. [48] sed ego non reliqui vos, at veni in hunc locum, precari dominum de desolatione Sionis et rogare misericordiam ob tormenta nostra. [49] et nunc ibunt unusquisque e vobis in domum suam, et ego veniam ad vos post hos dies.“ [50] et ivit populus in urbem, quemadmodum dixi iis.

---

36. scire vel: qui scias. — mysteria vel: cogitationes. — 37. istud (secundum) vel: istum (librum). — securo vel: abscondito. — 38. pones. A. B.: observabis. — id vel: eum (librum). — idoneo vel: convenienti. — scis vel: cognita habes. — accipiunt vel: recipiunt. — id vel: eum. —

41. tibi. B.: nobis. — quod om. C. — reiecisti vel: neglexisti. — 42. caliginis vel: tenebrarum. — unicus vel: unius tantum. — servationis vel: liberationis. — 44. erat vel: esset. — 45. erat vel: esset. — 47. stat vel: est. — nostra vel: nostrûm. — 48. de vel: propter. — 49. ibunt vel: eant. —

[51] et ego sedi in campo (per) VII dies, quomodo et praecepit mihi angelus domini, et edebam e floribus et de herbis campi, et fuit mihi in cibum illis diebus.

VI.

XIII. [1] Et rursus videbam in visione noctis [2] et videbam a latere maris, quod ventus magnus movebat omnes undas eius. [3] et elevabat se ipse ventus e corde maris in similitudine hominis; et currebat et volabat cum iis homo una cum nubibus, et ubi faciem suam vertebat, tremebant quae respiciebat. [4] et quo veniebat vox oris eius, tabescebant et liquescebant omnes, qui audiebant sonum eius, quomodo liquescit cera, quando appropinquabit igni. [5] et videbam postea, congregatio fiebat multitudinis hominum a IV lateribus terrae, quorum non erat numerus, ut pugnarent cum homine (illo), qui ascendebat e mari inde. [6] et videbam, quomodo percutiebat sibi montem magnum et intrabat in eum. [7] et ego quaerebam invenire terram et locum, ubi effossus erat, et non potui. [8] et postea vidi et hoc: omnes congregati sunt ad eum pugnare cum eo; timebant valde, verumtamen contendebant contendendo. [9] et quando vidit multos petere, venire, accedere multitudinem contra, non elevabat manum suam extollere arma nec aliud quoddam vas belli, sed tantum vidi in bello, [10] quomodo flamma ignis ebulliebat ex ore eius, et e labiis eius sicut fulgor lucis, [11] et irruebat irruendo super paratam multitudinem contendere et comburebat omnes omnino, ut prorsus non inveniretur e tanta multitudine, sed tantum pulverem cineris et odorem fumi vidi et miratus sum in mente

---

51. e vel: de. — in cibum vel: cibus. — illis diebus. C.: illud (per) dies (illos). —

XIII, 2. magnus vel: vehemens. — 3. elevabat se vel: surgebat. — cum iis vel: in iis. — ubi vel: quo. — 4. liquescebant vel: macerabantur, consumebantur. — 5. lateribus vel: partibus. — inde vel: illo. — 6. percutiebat. Petermanno legendum videtur: incidebat. — 8. pugnare vel: ut pugnarent. — contendebant contendendo vel: pugnabant pugnando. — 9. petere vel: impetum facere. — extollere vel: ut extolleret. — vas vel: instrumentum. — 10. ebulliebat vel: exibat. —

mea. [12] et postea vidi hominem unum, quod descendebat e monte uno, et vocabat ad se (ipsum) aliam etiam multitudinem pacis. [13] et veniebant ad eum videndum multi ex hominibus. aliqui ex iis gaudio erant, et aliqui tristitiâ, et aliqui ex iis vinctos ducebant.

et ego a multitudine turbae expergefactus sum et precatus sum Altissimum et dico: [14] „Tu, domine, ab initio ostendisti servo tuo haec tua mirabilia et dignum reputasti me accipere petita mea. [15] iam et nunc ostende mihi huius somnii interpretationem. [16] quemadmodum existimo (in) mente mea, quod hi sunt, qui manebunt in diebus illis, at (quam) miseri sunt manentes in diebus illis! [19] video calamitates magnas et miserias multas; quomodo et significat hoc somnium. [20] iam vero utique utile erat venire in illud tempus, quam praeterire nubis instar et non videre, qui venturus sit finis temporis."

dedit responsum angelus et dicit mihi: [21] Dicam tibi et hanc visionis interpretationem, verum etiam de manentibus, [22] et de quibus locutus est ille ad finem temporum, haec verba sunt. [23] beatum sit iis, qui veniant illis diebus, et qui custodiant in patientia fidem et veritatem et misericordiam! [24] scito itaque, quod magis beati fuerunt manentes quam praetereuntes. [25] at interpretatio visionis haec est: ille, quem vidisti, qui adscendebat de mari inde, [26] is est, quem mittet

---

11. contendere vel: ut contenderet, pugnaret. — non vel: nemo. — 12. unum vel: aliquem. — uno vel: aliquo. — 13. gaudio erant vel: gaudebant. — tristitiâ vel: tristabantur. —

13. turbae vel: tumultus. — 15. huius. C.: aliam vel: alias. — somnii vel: visionis. — 19. calamitates vel: dolores. — significat vel: indicat. — somnium vel: visio. — 20. utile erat vel: utilius, melius esset. — quam c. C. Peterm. (qui ceteros codd. emendandos esse censuit). —

21. hanc vel: huius. — visionis vel: somnii. — manentibus vel: residuis. — 22. ad finem vel: de fine, in fine. — 23. beatum sit iis vel: beati illi. — veniant vel: venient. — custodiant vel: custodient. — 24. fuerunt vel: praedicati sunt — manentes vel: residui. — 25. ascendebat vel: exibat. — inde vel: illo. — 26. manu eius vel: per eum. —

Altissimus post multa tempora, et manu eius liberabit crea-
turas suas, et ille reducet residuos. [27] et quia vidisti, quod
exibat spiritus ignis, [28] et quod non habebat in manu arma
neque vas quoddam belli, et quod vicit multitudinem irruen-
tium, qui veniebant pugnare cum eo, hoc illud verbum est:
[29] nam ecce dies venient, quando volet liberare Altissimus
(eos), qui (sunt) super terram. [30] veniet miratio super omnes
habitatores terrae. [31] cogitabunt inter se bellum dare locus
cum loco, gens (cum) gente, regnum (cum) regno, populi
(cum) populis, duces (cum) ducibus, sacerdotes (cum) sacer-
dotibus, et fides cultus dividetur a singulis (suis) partibus.
[32] et erit fieri haec signa, quae ego tibi dixi. apparebit Altis-
simus vi magna. hic est vir ille, quem vidisti apparentem de
mari inde, et conterent ab ethnicis imagines immunditiae eorum.
[33] et quando audient de eo, amovebuntur, ut non dent bel-
lum inter se. [34] et congregabitur simul tanta multitudo ex
omnibus habitatoribus terrae servire domino cum fide, et in
appropinquando fine dissolventur invicem. haec est multitudo,
quam vidisti, quae volebat venire ad bellum dare cum eo.
[35] sed ille stabit super caput montis, qui est Sion. [36] nam a
Sione veniet et apparebit omnibus paratis [37] et redarguet im-
pietates aliorum et pessima opera eorum et ostendet iis iudi-
cium, quo iudicabit eos. [38] et postea sine labore perdet eos.
[39] et quia vidisti eos, quod congregabatur alia multitudo pacis,
[40] illi sunt, qui ab inhonoratis ethnicis congregati abducti

---

27. exibat vel: adscendebat. — 28. vicit vel: superavit. — irruentium vel: impetum facientium. — 31. dare vel: concitare. — dividetur vel: separabitur. — partibus vel: lateribus. — 32. erit fieri vel: fiet, ut contingant, appareant. — inde vel: illo. — conterent vel: confringent. — ab ethnicis vel: ethnicorum. — imagines vel: idola. — immunditiae vel: abominationis. — 33. dent vel: concitent. — 34. simul vel: una. — servire vel: ut serviant. — dissolventur vel: destruentur. — invicem vel: alius ab alio. — dare vel: agere. — 38. labore vel: molestia. — congregabatur alia multitudo vel: congregabat aliam multitudinem. — 40. inhonoratis vel: ignobilibus, contemptis. — pacifica vel: tranquilla. — perdurant vel: sustinent, tolerant. — Beatius sit illi genti vel: Beatior sit illa gens. — 41—50. desunt. —

sunt, et e prole Abraami mixti sunt cum iis. haec est multitudo congregata et pacifica. et qui perdurant ex iis, illis ostendet Altissimus plura signa et proteget eos." et dixi: „Beatius sit illi genti quam hodierno populo!" et dicit mihi: „Sic fiet, uti vidisti, et explicatum est tibi."

51 et dico ei: „Domine, et hoc etiam manifesta mihi: Cur vidi hominem manifesto factum venire e mari inde?" 52 et dicit mihi: „Sicuti nemo potest videre aut investigare aut scire abyssos profundi: ita nunc nemo poterit super terram cognoscere aut scire cogitationes Altissimi, si non in tempore gloriosae revelationis eius. 53 haec est explicatio visionis, quam vidisti, et propterea tibi soli revelatum est hoc in terra. 54 mittens curas tuas, qui curator fuisti propter nomen et propter legem eius, petiisti tu propter populum eius et orasti. 55 nam vitam tuam degisti sapientiâ et scientiâ. 56 propterea ostendit tibi hoc omne. nam post alias tres dies dicam tibi, et apparebunt tibi mirabilia."

57 et quasi circumiens ibam in loco campi et glorificabam omnipotentem Deum, 58 quod ita curat et ducit et non contemnit gentes hominum, et steti ibi tres dies.

VII.

